Pag. 263.

1027

Inc
126

Johannes Andreae

~~Hieronymianus~~

A, 3, 24

Pellechet, 669

[Colonia] [Konrad Winters ~~C. de Homborch~~]

1482

Inc
126

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Hieroni
mianuz hoc
op9 p Johã
nez Andree
vigẽte deuo
cõe ꝯpoſitũ ĩ
ptes rite di
uidit: teſtã
te Hieronimo ſup ezechielẽ li. ix. ĩ
pri. Qꝫ diuiſus dictãtis ſcribẽtis ⁊
legẽtis labor reſpirat ĩ partib9 Ip
ſi9 vo ptes ſũt q̃tuor notabilit me
q̃les Ad eq̃litatẽ ei partiũ dĩnũ p̄
ceptũ ius ſeptũ vel ꝯpilanciũ mos
nõ artat. Primo ãt poit autor ſui
admiracõz q̃rulosã: quã verificãdo
iuſtificat ſb̃dens emẽdã per eũ in
choatã. Et qd euẽit ĩ tropa ⁊ pus ĩ
tuſcia ⁊ ducatu. Secũdo ponit bti
hieronimi legẽdã ⁊ mĩacula p tri
plex temp9 diſticta: inſerens ſue
mortis tẽpus ⁊ ſeriez: ⁊ ea q̃ verbo
tunc docuit: ac ſue ſepulture locuz
⁊ trãſlacõz ipſi9. Tercio per ſcõꝝ et
doctoꝝ autoritates hieronimũ glo
rioſũ extollit. de ipſo epythaphia
hỹpnos ⁊ orões ſb̃dẽs ⁊ exp̄mẽs
quos habuit p̄ceptores. Quarto
qꝛ mẽoratu digna lucide ſũt ponen
da: vt dicit valeri9 li. v. c. xi. ĩ pri.
ipſi9 ſcepta ⁊ canones trãſſũptos ex
illis noiatĩ exp̄mit ⁊ iterſigna poit
Et vt labor afferat fructũ ſecũ: illo
rũ aliq̃ prenotãda ad mores ſalu
bria Rethoricis ⁊ ploquutorib9 vti
lia p̄elegit ⁊ deſcribit: meliorã ⁊ po
litiorã per id reddens ingenia. Ad
qd elaborãduz eſt. qꝛ tardas men
tes virtus non facile comitat. q̃ o
dit aĩmos imbecilles ⁊ enerues. Et qꝛ
Aug9. teſtãte epla ſua ad Hiero
ni. iiij. cui ꝯcordat Caſſiodor9 vt ĩ
tercia pte dicet. Nullus hieronimi
ſermo plix9 erat q̃ntũcũqꝫ ſpaciũ
vel tẽporis occuparz. Supplicat au
tor qꝛ ſic ſermo de hieronimo plix
itatis vicio nõ notet. cũ etiã de ipſo
loq̃ pl9 liceat ꝓpt ſue veneracõis ſi
lenciũ diuturnũ Et ſi per hoc nõ ſa
tis ſit autoris tñ deuocõi neſciẽti
mẽſurã ſuã lectores faue dignent
pocius q̃ iraſci. Pedeſtrez ãt hui9 o
peris ſtilũ ĩ epla ad damaſũ ſcd'a
excuſat ipſe hieronimus:

Hieronimuz iu
gis allegam9: ſꝫ modice ve
neratur. Admiror ĩ hoc ytaliaz de
feciſſe In q̃ ſub triũ ꝯ doctoꝝ nomi
bus eccl'ie merito pullulãt ⁊ vltra
q̃nqꝫ luſtra perq̃rẽs ſcire nõ potui
Hieronimuz ibi ex originis ſue lo
cũ habuiſſe etiã vnicã eccliaz citra
tropã: de q̃ in hui9 partis calce di
cet. Nouiſſime tñ percepi duas in
tuſcia ⁊ ducatu de q̄b9 ĩ eiuſdẽ par
tis calce ſb̃mittã. Itẽ ꝯ doctoꝝ feſta
ſolẽnit: lꝫ non q̃ntũ decet teoſdẽ p
locoꝝ clericos ⁊ ꝑplos. q̃nqꝫ cum or
ganis muſicis iſtris vulgaris et
latine lingue ſermonib9 feſtiuãt

Jtlius vͦ ignorat ytalia die feſti
ſiez illͦ eccīa ſub duplici officīo iu
beat venerari· Turbor ⁊ merito: cū
ſi tps inſpiciā iter illos p̄m⁹ floru
it: vt hiſtorial' ſpecali ordo demon
ſtrat li·xvij·c·xvij· ⁊ ſeq̄ntib⁹ ⁊ li·
xviij·c.xxxviij· cū ſeq̄ntib⁹· ⁊ c·xl
vi· ⁊ vlteriorib⁹ Et lȝ diu ſupuixit
Ambroſio: certū tn̄ ē ꝙ pl⁹ ter q̄n
qȝ ānis ſibi ſupuixit Auguſtinus
Gregori⁹ vͦ tempaneus illoꝝ nō
fuit ſȝ longe poſt natus i anno dn̄i
ſexcēteſimoſexto deceſſit Quē ꝓpt̄
papatū cū pmixtiȝ de ill' loq̄tur p̄
ponit eccā· ſȝ in p⁹ ponēdo hieroni
mū non tēporis vel meritoruȝ: ſȝ or
dinis minoritatem attendit· De tē
pore patuit. De meritis loquens
nullius per hoc laudes obſcurādo·
Quero q̄s plus ꝓfecit latinoꝝ eccē
ꝙ q̄ vetus teſtamētū de greco ⁊ he
braico: ⁊ ceteros ipſi⁹ libros ſi cut
danielē de caldaico ſmone lȝ hebra
icis lr̄is: ⁊ Job de arabico p̄miſſis
in eis ſuis formoſis ⁊ vtilib⁹ ꝓlo
gis trāſtulit in latinū: qd cō doctoꝝ
nulli credit fuiſſe poſſibile: cū non
legamus illos multiplicis lingue
fuiſſe peritos· qd eē non ābigit ſpi
ritusſcī donū· Act·xiij· nec ē dubitā
dū illū deo magis acceptū: cui pl⁹
ab eo donatur. Figamus nil aliud
per hieronimū actū fore. Debuiſſȝ
ne ytalia fidei zelatrix: ⁊ moꝝ nor
ma nōgentis annis neglexiſſe ⁊ ā
plius venerationē illius· q̄ quicq̄d
habemus i dīno canone nob' dedit
qd legim⁹ ſcp̄ſit: qd itelligim⁹ do
cuit· ⁊ q̄ per id etiā omnis ūtris po
ſitiui latine lingue canonici ⁊ ciuil'
general' vel ſpēalis rimas dedit ⁊
modulos p̄pauit: ⁊ per hoc regit
vniuerſū. Abſq; eo ꝙ vltra multa
grecoꝝ opuſcula etiā ſic tranſlata
epl'as ſmones ⁊ libros notos· q̄
rum noīa in huius operis vltima
parte ſcribētur ab eo nouim⁹ eē cō
ſcp̄ta: ad ſoliditatē fidei ⁊ morū in
formacōȝ: circa pſōnas ſpecifice cu
iuſcūqȝ ſint ſtatus· Et ne ꝓplolic⁹
videar hec declarado me reſtrigēs
ad exploracōes ſcriptorū ſuoꝝ q̄s i
huius operis q̄rta pte deſcripſi

Ad primū de fide q̄ petro at
tribuit· ad amandū·ij· B·
Sufficiāt ipſi⁹ partis q̄n
qȝ capl'a: q̄ ꝓpter materiā p̄cedūt
ordinē alphabeti p que nos iſtruit
de deo trino ⁊ vno: ⁊ de vnitate et
trinitate dīna· Docet etiā per deū
intelligi ſbſtanciā increatam iuiſi
bilē ⁊ incorpoream ⁊ nō per mem
bra diſtinctam. Et q̄d in deo ſonent
motus vel mēbra in ſacra ſcriptu
ra· de ſcriptuā ⁊ de ipſius ſcp̄turē li
bris. Jtē de ipſi⁹ dei omnipotentia
⁊ q̄uo omnia regit ⁊ portat· Jtē de
libero arbitrio· Jteȝ de reſurrectōe
⁊ pctōrū remiſſione· Jtē de ſpe ⁊ de
caritate q̄ cū fide ſūt vtutes theolo
gice: Jtem de alijs vtutib⁹ ⁊ mori
bus aliq̄ intermiſcet· Docet demū
ꝙ vera fides vel ſalus non ē extra
eccīam· de miniſterio agni B· Vn̄
per portam ecc̄ie oportet portaȝ in
gredi paradiſi· de die dominico B
ac̄· per quā ingreditur q̄ſqȝ iuſte a
gens etiam ſi martirium non ſuſti
neat· Non enim querit deus ſāgui
nem confitentiuȝ· ſed fidem ꝑ quā

chriſti ſanguis effunditur. Ad ne
pocianum B.
Circa ſecūdū premittēdo ſta
tū ſm fidē dico q̄ cōfortat in
genere oēm xp̄ianū dicēdo: nihil
ipſo felicius cū ſibi ꝑmittant reg
na celorū. qd ꝓſeq̄re vt ꝫ ad ruſti
cū .ij. in pn. Illa vero ſpes non eſt
vana q̄a a xp̄o ſperat̄ a a xp̄o cōfert̄
ad marcellā xvi. B. habitauit em̄
terrā vt hō terre colonꝰ migraret
ad celos. de natiuitate dn̄i B. ꝓpriū
āt xp̄ianoꝝ dicit ſe offerre deo. ad
lucinū B. Ita q̄ ſibi cōuiuiū ſit xp̄s
lectio chriſtꝰ. q̄es chriſtꝰ. cogita
tio xp̄s. ad ruſticū narbon. E. felix
em̄ illa cōſcīa in q̄ xp̄i viget amor.
ad demetriadē E. talis em̄ amor oē
longū a difficile videri facit breue
a facile. ad euſto. E. ad v̄ginē exu
lem B. chriſti em̄ vincula volunta
ria ſūt a vertuntur in āplexus. de
q̄draginta duabus mā ſionibus
manſio. xxvii. nā xp̄o debitus mori
poteſt: ſupari non poteſt. in vita
captiui monachi. iij. Sciat tn̄ ipoſſi
bile fore gaudere cū ſeculo a regn̄re
cū xp̄o. ad eliodoꝝ D. ad Iulianū
ij. C. a q̄ tepidū diſcipulū chriſtꝰ
non amat. de v. dicta a iura. D. mo
net vt agat caueat curat a feſtinēt
qd ibi exponit ſub lrā E. a q̄nta ex
ercitatio cōgruit milicie chriſtiane
vide ad egrotū D. chriſtianis enī
p̄ncipiū ſine fine nō ſufficit. ad cel
lanciā C. qd ꝓbat exēplo Inde ad
furiā C. hortat̄ āt eos q̄ oēm ipſoꝝ
actū a inceſſū armet oratio a ma
nus crucē pingat. ad euſto. E. per
quā demones cōtremiſcūt. de nati

uitate dn̄i C. a cuius ſignū volan
tes aues oñdunt. vt ibi nec exerent
credentes ſe pſecutiones non pati
ad eliodoꝝ C. Et ſic agant q̄ mors
eos imparatos iuenire non poſſit. ad
oceanū iij. D. nec credant ſe eē nos
in epytaphio nepociani E. Grecos
āt reprehēdit quos dormitā dicit
in q̄rendo a hebraica veritate. ad ſu
niam a fretellā B. de iudeis dicit
q̄ hoc eis deficit ad fidei veritatem
ſ. chriſtū credere. In tractatu fidei
B. a q̄ chriſtū non hn̄t: eis libri le
gis vel ꝓphetarū non ꝓficiūt. ſup
Ionā B. ad nepocianū B. Et vt ibi
dr per chriſti reſurrectōem ſynago
ge cultus occubuit: a ſūt ortus ec
cleſie. ꝓpter qd ipſorū cerimonie
chriſtianis ſūt peſtifere. ad augꝰ.
iiij. Vn̄ in occulto cordis non palā
in carne iudei v circūciſi eē debemꝰ
qd plene ꝓſeq̄tur de vera circūciſi
one ꝑ totū. vbi ſub lrā F. inueniēs
differentiā inter abrahā a petrū. ꝫ
a quō clauſtra regni celorū filius
abrahe ſine petro nō poteſt itrare
Itē quō vetus fermētū iudaice tra
dicōnis factū eſt noua cōſperſio. et
huic ſimilia. vide de v. dicta a iurā
mēto C. facit de natiui. dn̄i D. Iude
orum etiam feſtiuitas ſabbati i do
minica eſt mutata. de die dominico
B. hereticos deteſtatur. contra pe
lagianos B. contra rufinum D. v
bi etiam dicit ſe contra eos latrare
pro chriſto debere. cum a canes ꝓ
dominis ſuis latrent. Vnde ibi dī
dit. q̄ potius mori poſſet q̄ cōtra
eos tacere. Et contra pelagianos.
B. dicit ſe nunq̄ hereticis pepciſſe

Et quo ecclia catholica loquitur ad eos. ponit contra luciferianos E. et quomodo iudei et heretici peiores persecutores sunt contra christianos quam ethnici. vide sup abdiam C. de ipsis autem gentilibus in expositione symboli B. et C. et in tractatu fidei B.

Secundo statum secundum utrumque sexum prosequendo: non loquendo de coniugibus de quibus supra dictum est. Mares hortatur ut non sit simpliciter homo sed vir quod erit si in christum perfectum virum pervenerit. sup psalmo primo. viros reprehendit quia de scripturis non curant. ad principiam B. Et optans effeminatorum proteruia imitetur viri. ad furiam B. Turbatur cum illos superant mulierum exempla. ad pammachium. v. D. et ad presidium D. ad rusticum primo C. hortatur eos feminis non cohabitare cum sint diaboli viscarium. ad oceanum. ii. B. Et mentes ferreas libido domet ut ibi dicens quod tactus viri et femine diuersitatem sexus intelligit. contra Jouinianum C. Ad feias dicit quod mittens culcitis ostendit sordidum animum. ad matrem et filiam C. propter quod eas hortatur quod in artificis contumeliam non conentur pulchriores esse quam nati sint. contra Eluidium D. Et commendat id facientem que destitit. ad marcellam. iiii. B. facit ad magnum oratorem B. terrens eas quod ipsarum vultus quamque pulcerrimus: senio vel infirmitate fit fedus. ad Cyprianum C. Item hortatur ne abortium vel sterilitatis venena procurent. ad eustochium C. confortat eas aut dicens quod virtutes iudicat ex animo non ex sexu. ad principiam D. et quod sexus femineus a possessione dei non excludit. de. xlii

mansionibus ultima mansio. Dum tamen caueant a variis desideriis. ad theodoram C. sed illud cogitent quod ad dei pertinet seruitutem. ad demetriam E. et non sinant cogitationem contrariam crescere: sed nequiciam elidant in semine. ad eustochium. B. et carnis desiderium desiderio spiritus restringant ut ibi C. Cum enim ibi multa sint que viros illustrant Mulieris virtus propria est pudicicia contra Jouinianum G. que tamen inter epulas seruatur difficile. ad matrem et filiam C. Tamen sepe fama pro ea et contra eam continet falsitatem: que in die iudicii reuelabitur. ad fabiolam. E. Hortatur dominas quod honestas habeant ancillas. quod plerumque ex moribus ancillarum de ipsarum moribus iudicatur. ad demetriam E. et ad principiam C famulos vero vel libertos in quorum manibus nutrite sunt et non suspectos habere debent pro gerendis negociis. ad ageruciam D. et ad saluinam D

Tercio miscendo statum virginitatis continentie coniugii: que etiam ipse coniungit in epistola ad pammachium. ii. B. Sub methaphora trium equorum discolorum: qui voluntate concordes unum trahunt aurige iugum. ibi vide. Diuisim autem commendat virginitatem que iohanni attribuitur. ad amandum. ii. B. ex eo quod preceptum non habet et ultra imperata se extendit super philemonem C. ~~Extollit etiam illam super angelos. quia quod illi habent ex natura hic nititur habere per gratiam. ad paulam et eustochium~~ C. et vide pulcre ad demetriam C. tamen ad ipsam eustochium B protestatur sibi ex hoc non remitte

ſup̄ biam ꝭ timotheū: naꝫ ſola v̄gi-
nitas ſine bonis operibꝰ non ſuffi
cit ad ſalutem. infra. xxxiij. q. v. hoc
ſolū ⁊ fuit ꝯtra iouinianū. ⁊ ꝯpat
eam floribꝰ ⁊ lilijs. ad p̄ncipiā. ij.
B. dicēs. ꝙ tenet gladiū pudicicie
ꝑ quē trūcat voluptates. vnde gē
tium error deās v̄ginum finxit ar
matas. vt ibi C. Et ꝙ nemo inter
ſerpentes ⁊ ſcorpiones ſecurus vi
uit. ad euſto. B. v̄gines hortat̄ nō
manere cū maſculis. ad marcellā
iij. B. ⁊ ſi a viro ꝯmendabili v̄go
diſcere nō poteſt qđ ignorat. meli
us ē neſcire ſecura ꝙ̄ cū periculo diſ
cere. ad euſto. D. dicēs ꝙ perit etiā
mente v̄ginitas: cū v̄ginis diffini
tio mentē ⁊ corpus includat. cōtra
Eluidiū C. Quare videat ne cadat:
ꝙ tūc illi melius fuiſſet ſubijſſe cō
iugiū ⁊ ambulaſſe ꝑ plana. xxxij.
q. v. Si paulꝰ. ⁊ fuit ad euſtochiū
Nec ei tanta ex victoria ſeq̄tur glo
ria q̄nta ē ignominia poſt ruinam.
ad ruſticū. ij. B. vn̄ reprehēdit illas
que vt ſub noīe v̄ginali credibiliꝰ
ꝑeant. cutē poliūt. crines ⁊ caput
ornant. ⁊ colla denudāt. Illas qꝫ ꝯ
mendat q̄ diebus feſtis ꝓpter po
puloꝝ freq̄ntiam pedē domi cohi
bent. ad demetriā E. Viduitatē eti
am cōmendat. de illa ſpēaliter ſcri
bens. ad furiā ⁊ ad ſaluinā. dicit
etiam quodāmō non minoris eſſe
v̄tutis a cōiugio. qđ q̄nqꝫ delecta
uerit abſtinere ꝙ̄ ꝯiugij delectamē
ta neſcire. ad paulā ⁊ euſto. E. Cui
ꝯuenit ad ageruciā C. Reprehēdit
etiā illas q̄ iugo ſeruitutis abiecto
ſe agunt liberius. adeūt balnea. vo
litant ꝑ plateas. ⁊ vultꝰ circūſpect
meretricios. ad oceā. iij. C. que tā
oēs volūtates cū marito ſepelijſſe
debuerant. ⁊ pudiciciam defuncto
dñt ⁊ xp̄o. ad Saluinā D. Item ⁊ il
las q̄ paupes maritos q̄runt qui
bus imꝑent. ⁊ ſolum viroꝝ nomē
habentes patienter riuales ſuſti
neant proijciendi ſi muſſitauerint.
ad principiam C.

De cōtinētia dicit ꝙ v̄tutes ſu
oſtentat ⁊ ꝓtegit q̄ſi ſublime
⁊ ſolidū fūdamentū ꝯtra Ioui. D.
fatetur tn̄ ꝙ eſt ī via virtutis ſed
nondū ꝑuenit ad calcē. ⁊ in hoc dif
fert a modeſtia: q̄ eſt ꝯſūmate v̄tu
tis. ſup galath. vi. vn̄ in tractatu
fidei E. dicit ꝙ vere cōtinēs omniū
membroꝝ officia ſubtrahit a ma
lis affectibus ⁊ cogitatū a tota ne
q̄cia ꝯpeſcit. ⁊ ibi ſub lrā D. ꝑtēdit
multos carne ꝯtinētes eē iracūdos
ebrioſos ſuperbos ⁊c. quibus cōti
nentia incōtinentie materiam ſub
miniſtrat.

De ꝯiugatis quō ſe inuicē dili
gere debēt ⁊ quid vtriqꝫ ꝯue
niat. vide in tractatu fidei C. cōiter
āt ꝯtrahūt ꝙ hn̄t ſpem ꝓlis in ex
poſicōe ſymboli B. tamē qđ ꝓpter in
tēperantiā agūt excuſāt ſub deſide
rio liberoꝝ. ad ageruciā B. Dn̄t
āt pecudes imitari. I. xxxij. q. iiij. ori
go. qđ fuit ꝯtra Iouinianū. nā vo
luptates q̄ de meretricū ſumūtur
amplexibꝰ ſūt in vxore dānate. e.
q. liberoꝝ. ⁊ fuit ſup epheſios. nō
enī ad īpudiciciā copulauit deus
m̄rimoniū ſꝫ vt generationi ꝓlem
obſequiū. in tractatu fidei C. Ipſe

autē dicit ſe nō dānare ·p̄mo vult·
illos vxores ducere: q̄ forſā ꝓpter
timores nocturnos ſoli cubitare nō
pn̄t. ad domonē Ꝝ · p̄mo ſecūdas
nupcias ↄcedit· ↄtra montanū B·
nec dānat octogamos·xxxi· q· i· api
ant· ⁊ fuit ad pāma· pma ⁊ ad ag
gerucīā C. Refert ſe vidiſſe ↄiuges
ex plebe viliſſimos: quoꝝ maſcul⁹
xx· vxores ſepelierat· ⁊ femina ma
ritos·xxij· quorū vir q̄ ſupuixit co
ronatus fuit a ꝓplo· Dicit tn̄ d apo
ſtolis ꝙ nō legitur aliū vxoratuz:
ꝙ petrū· cōtra Joui. C. Onera vero
matrimonij plene ponit i illo lib⁹
p̄mo ⁊ plenius in ſecūdo. ꝓpter q̄
dictū eſt hoi nō expedire vxorē ac
cipe· ꝫ xxxij· q· vij· oēs cauſacōnes.
qd fuit ad amandū: captiuitatis ei
nulla maior calamitas ꝙ ad alicaz
libidinē trahi· ↄtra Joui. G.

QVarto ſtatū ſ̄ʒ etatē· de quo
ſolū faciam duos grad⁹. ſ. Ju
uenū ⁊ ſenū. De p̄mis dicit: ꝙ nō
ſunt ſuo arbitrio dimittendi· ad ru
ſticū·ij· D· eos tn̄ monet ꝙ non diſ
cant in teneo q̄ d diſcēda forent· qꝛ
difficulter radit qd rudes aimi di
dicerunt· Exemplū ponēs de alex·
quo ad inceſſum ⁊ vicia leonidis·
pedagogi ſui· ad atletam C. Et hor
tatur vt ſꝑ audiant ⁊ innocētiam
ſimplicitati cōiugant. in tractatu
fidei· C. Et caueāt ab omni tumenti
⁊ erecta ceruice· ad abigaū· B· Et
ſenes nō ꝓuocent· ad aug⁹· ij. B·
¶ De ſenibus dicit nullū tam decre
pite etatis q̄n anno ſe viuere exti
met· ad cyp̄anū C. Sciāt tn̄ id qd
vetus ē ſeneſcit ⁊ p̄dicōni ꝓximuz
eſſe· ſup naū· p̄mo ca· Nā grecoꝝ
ſīma eſt· ꝙ ipſa ſenectus morb⁹ eſt
ſup pſal· lxxxix· ⁊ alibi dicit· ꝙ hʒ
q̄ndā ſenectus infantiā· De paren
tib⁹ bono. D. Et lʒ q̄nqꝫ cōtra matu
ritatē annoꝝ pueroꝝ viciis la
bant· non tn̄ facile credendū ē ma
lum de etate pfecta. ad ruſticū·ij·
G· nā ⁊ vicia infātie puericie et iu
uētutis firmior etas corripit ⁊ ſup
plantat· ſup malachiaʒ B· vn̄ ſup
Jobe · C· dicit· ꝙ etas vicina morti
maturiqꝫ ſīne magis ſuſcipit dei cl
tū. Et de ſe dicebat. Jllā ſenex tene
bo fidē in qua puer natus ſū: ad pā
ma· ⁊ ocea. D. Et ſcribens paulo ſē
ni hortabat eū ad ſeruandū ſcp̄ta
apl̄i pauli ſenioris· ad paulū ſe
nem C.

QVinto ſtatū ſ̄ʒ originē. ſ. no
biles ⁊ ignobiles· Jtē libos
⁊ ſeruos. Primos ad v̄tutē hortat
dicēs. ꝙ ſūma apud deū nobilitas
eſt clarū eſſe v̄tutib⁹. ad celantiā
G· ⁊ ne ꝓpter nobilitatē deſpiciant
hūiles vt facere ſolent· de hoie per
fecto E. vn̄ ↄmēdat marcellā q̄ ſciēs
ꝙ paupertati n̄ nobilitati btitudo ꝓ
mittit· de vin d·iij· D. opib⁹ ⁊ nobi
litate cōtēptis: facta ē paupertate ⁊
humilitate nobilior· ad p̄ncipiaʒ·
B· Et i epytaphio ſcē paule B· lau
dat illos q̄ nobilitatē pro ſaluato
re deſpiciūt De milite dicit· ꝙ pri
us debuit eē tyro ꝫ· xvi· q· i· ſi cleri
catus· ⁊ fuit ad ruſticū. ex q̄ āt mi
les ē hortat ne ↄcutiat· in tractatu
fidei D· ad bellū cū vxore nō vadat
ad ocea· ij· B· Cōmendabilis āt ē
q̄ ſub paludamēto ⁊ habitu mili

tatī agit opa ꝓbatūz.ad exuꝑañ
tium B.Et ad ſaluinā̃ B.dicit ꝙ nil
nocuit militanti nebridio baltheū
militare ⁊ apparitoruz caſue. quia
ſub alterius habitu alteri milita
bat.⁊ tales dici pn̄t milites xp̄i.ad
nepocianū B. Tamen pulcre horta
tur oēm militem ſeculi vt deo mi
litet.ad militem ſeculi p totū Se
cundos.ſ.ignobiles diſtinguamꝰ
ī mercatores artifices ⁊ agricolas
quibus iūgemus illis cōtrarios
ocioſōs. De hijs omnibꝰ in tracta
tu fidei D. vbi monet negociatorē
ne peieret.artificē ne illudat vel fal
lat.agricolam ne ānonam captet
Et ꝙ iſta omnia fiunt ꝓpter nūmū
cōuenit omnibus q̄d dicit.xij.q.v.
duo ſūt.ſ.nil fore miſerius ꝙ̄ ꝓpter
nūmum deum cōtemnere. Circa p̄
mum dicit ad nepocianū.negocia
torem ex inope diuitez. ex ignobili
glorioſum fugiendum vt peſtem.
lxxxviij.di.negociatorem. Hortat̄
igitur mercari ſalutez eternā pro
incōmodis preſentis vite.in vita
ſancti hylarionis C.Eſt enim opti
mi laboris merces fructus beatitu
dinis.ad paulam ⁊ euſto.D.¶ De
ſecūdo informat hominem qui eſt
dei fabrica.ne ī iniuriā artificis du
cat fabricam in ruinā.ad egrotū C
Cū tn̄ ſine ipſius artificis ꝓtectōe
incolumis eſſe nō poſſit.in ſmone
q̄dra.B. Demū peritum cōmendat
artificē.cuiꝰ oculus aurū videt q̄d
imperitus terrā putat.in expoſitiōe
ſymboli F. Vnde informat artem
ab artificibus diſcēdam.ad pam
ma.⁊ mar.ij.E.ꝙ nulla ars abſq̄
magiſtro diſcitur.ad ruſticū ij.D.
⁊ per artifices exercendam. ꝙ tūc
felices ſunt artes: cum de illis ſoli
artifices iudicant.ad pāma.ij.C.
Artifex āt in quo malicia depre̅hen
ditur ſe per ſimplicitatem excuſar̄e
non poteſt.ad pāma.⁊ mar.ij.C.
In deo autem ponēda eſt ſpes non
in arte.in qua gloria ⁊ obtrectaᵒ
ſecundis ⁊ aduerſis ventis oritur
vt ſup oſee B.¶ De agricolis autē
dicit ꝙ licet colant ſub ſpe fructus
vt in expoſitione ſimboli B.ſepe ta
men id ex diuerſis cauſis impedit̄
ad dardanuz B.q̄d graue ē: maxi
me cuz fructus tempore meſſis vel
vindemie quaſi tolluntur e mani
bus.ſuper oſee.B. Hortatur tamē
ad pacientiam in tractatu fidei E.
ad pamma.⁊ occea.ij. C. Dicit au
tem non expedire nullos vel omēs
agricolas fore: cōtra Ioui.D. Olī
ꝓpter eos ne haberent necē vrbes
intrare: iudices ſtabant in portis
ſup zachar.D.¶ Ocioſos reprēdit
qui facile de alijs iudicant.ſuper eze
chielem li.xiij.⁊ ſuper miche.C. Di
cit etiam ocium nocere corpori.q̄a
marceſſit ex illo.ſuper amos G: et
anime.quia caret mercēde.ſup da
nielem F. Monet ergo nos.ꝙ cuz
ſimus in naufragio ꝙ̄ non torpe
amus ocio: ſed ſuſcitemus oratōni
bus dormiētem dominum vt nos
ſaluet.ad algaſiā q̄ō.iiij. Ab ocio
ſis etiam verbis abſtinere debemꝰ
Ꝫ.xxij.q.v. quotiens.q̄d fuit ſuper
ephesios. Et quod ſit verbum oci
oſum vide ſuper matheum.E.¶ De
liberis dicit. ꝙ ſola apud deum

libertas ē non ſeruire peccatis · ad
cellantiā C. vnde vere captiuitatē
dicit. cū aīa eſt pcō ſubiecta · con̄
fuſāuam B. Inde ē qꝫ ſerui origine
puritate moꝝ abluunt maculā ſer
uitutis · ad ruffinū B. Cōmuniter ta
men genus ſeruoꝝ dicit q̄rulū eē.
qꝫ nō ꝯſiderant ex q̄nto ſꝫ quātū de
tur · ad mrēm ⁊ filiā D.

Sexto informat ſtatū ſm̄ for
tunā diuitiaꝝ. ſ. ⁊ paupertatis
pſperitatis ⁊ afflictōis · ſub q̄b9
merito egritudinē ⁊ ſanitatē inclu
dam ꝓpter id medicos adiūgendo
Repꝛhēdi non̄ debeo ſi de fortūna
moraliū verbis vtor. p phm. patꝫ
ethicoꝝ. pmo ⁊. ix. ptꝫ illd p vale
riū li. vi. c. fi. p totū. ⁊ li. vij. c. pmo
in pn̄. vbi dicit qꝫ fortūna volubil
res adūſās aīoſe tribuit. proſpas
vero pce. Et ſeneca de cōſol. ad ma
trē pulcre dicit. qꝫ oīa que ſibi for
tuna parabat pecuniā gloriam ⁊
honorem: eo loco poſuit qꝫ illa poſ
ſet ſine ſuo motu repetere. ſubdens
qꝫ neminē aduerſa fortūa cōminu
it: niſi quē ſecunda decepit. Et li. de
trāquillitate animi dicit. letiores
videbis q̄s nūq̄ fortūna reſpexit:
q̄ quos deſeruit. hec dixi. qꝫ Hiero
nim9 dicēs: nil p deū fieri ſine rōe
Illos cecos vocat q̄ putāt fortunā
habere aliq̄d ptātis. de vera circū
ci. B. ⁊ vide de vindicta D. ¶ AD ꝓpo
ſitū redeundo. De pmis duob9 dic.
qꝫ nec diues ſine paupere. nec pau
p ſine diuite eē pnt. ad ruſticū nar
bon̄. E. vn̄ pulcre dicit in tractatu fi
dei B. qꝫ pauptas ⁊ diuicie in toci
us hūani generis corpe collocāt.

vt pauperis pacīa ⁊ diuitis hūani
tas dei examine ꝓprobet. Et demū
ſtatim ſub lrā C. q̄nq; monicōnes
ſubdit ex q̄bus dicit diuitē tempa
ri ⁊ pauperem ſubleuari. ibi vide.
Specialiter āt cōtra diuitē eſt qd
ibi pcedit: vbertate reꝝ aīm ſolui.
ac. Pro xpi pauperibus ē qd ibi ſe
quit. illis necāria nō defutura q̄b9
celeſtia pparantur. Et ad ruſticū. ij.
G. dicit illū ſatis diuitē q̄ pane nō
indiget. dicit etiā ad Elbidiā. q. v.
Illud vulgare veriſſimū qꝫ diues
aut iniqu9 aut iniqui heres. ⁊ rati
onē reddit. Dicit etiā de hebrā. qō.
Gen̄. B. xpi diuicias cū mūdi diui
cijs nō hri. Et ī tractatu fidei B. dic
qꝫ nō facile ad diuicias aī ⁊ ad vir
tutes huius mundi diues accedit.
vnde propter diuicias dicit mētē
obcecari ſup Ionā D. intm̄ qꝫ nec ī
ſepulcris pnt carere diuicijs. ſuper
math. pmo. ⁊ in vita pauli. D. De
clarat āt cōtra pelagia. C. illis q̄
diuicijs vtūtur ad bonū: regnū ce
loꝝ deberi. quia non diuites: ſꝫ dei
diſpenſatores dicendi ſūt. Et de ve
ra circūciſione C. ſuadet elemoſinā
per eos ad pompam non dari. in
ducens illd Math. v. in fi. Confor
tat etiam pauperes. ad ruſticum.
ij. C. Ibi ſi habes ſubſtantiam ve
de ac. ibi vide. ⁊ ad egrotū E. dicit
ſepe paupertatem opibus potiorē
¶ De ſecūdis duobus ponit ſimul
ad nepocianū E. dicens. qꝫ ch̄riſti
miles leta contemnit ⁊ triſtia. Et
ſuper pſalo. libro quinto. ca. xxx. di
cit duabus de cauſis reprobos peri
re. dūz. ſ. eos aduerſitas frāgit aut

pſperitas eleuat· ⁊ ſup pſal. xxxiii·
docet nec i aduerſis ſuccūbere nec
in ſecūdis extolli· vñ in pſperis di
cit ſpem nō ponēdam· ſup Iere· D·
Et dicit ſup Iohe· B· Iuſti ⁊ fortis
viri ē nec in aduerſis frāgi nec i pſ
ꝑis ſubleuari; De aduerſis vide
duas ep̄las cōſolatorias· ad mar
cellā· xvi· ⁊ ad paulā primaꝫ ꝑ to
tum· ⁊ ad v̓ginem ꝑ totū· De pſpe
ris dicit ꝙ ſepe q̄ videntur ſalutaria
in pnicie͂ deo volente vertūtur· ſup
Ionā C· De ſanitate docet: ꝙ ad il
lam valet vite ſobrietas· qđ pbat
ꝙ ꝑ illaꝫ eger ſanat̄· hiis ergo ci
bis q̄bus recupatur ⁊ retineri pt̄·
ꝯtra Ioui· D· vñ temꝑatū cibū cor
pori ⁊ aie dicit vtilē· ad ruſt· ii· C·
dicit āt ꝙ eger īdiget fomētis ypo
cratis· ad ruſticū· ii· D· cui tñ ml̄tū
cōfert ai leticia ⁊ nocet triſticia· ſu
per yſa· B· Ibi āt ⁊ ſup Iohe· B· dic
ꝙ ꝓpria egrotatio ē corpis ⁊ egri
tudo animi· Caueāt aūt ne ſanati
corpe aio incipiāt egrotare· ad ne
pocianū B· Et egris medicos ad
iūgendo· de luca dicit ꝙ de medico
corpis factus ē medicus aiarum·
ſup philemonē D· Si tñ corp⁹ lan
guet currit̄ ad medicos ⁊ munera
ꝓmittūt̄· turbat̄ āt ꝙ aia lāguēs
negligit̄· de vindcā ⁊ iura· D· Cuꝫ
tñ ſi corp⁹ ⁊ aia egrotant ꝓmittē
da ē aie medicina· de hoie pfecto B
nec ē in ea dare plagaꝫ cui mederi
non poſſit· hꝫ enī eius medic⁹ ml̄
titudinē pigmentoꝝ: ad euagriuꝫ
B· qđ nō fit in medicis corpis q̄ ſi
ceſſant curare deſperāt· ad caſtrici
anū B· Et q̄nqꝫ grādes morbos na

ture relinquūt· ad pāma· ⁊ occea·
G· vtriqꝫ tñ ſeruiūt vt miſereantur
ad amādū· iii· nec eſt fidelis medi
cus q̄ ante purgationē putredis ī
ducit vulneri cicatricē· ad pāma· ⁊
occea· ii· G· nec peritus q̄ vno colli
rio oim oculos vult curare· xxix· di·
neceſſe: ⁊ fuit ſup ep̄he·

Septimo circa ſtatū diuerſe ꝓ
feſſionis. ſ. laicoꝝ ⁊ clericorū
in ſtatu: quos ipſe dicit duo xp̄iāo
rū genera· xii· q· i· duo ſūt· De vtriſ
qꝫ dicit ꝯtra luciferū· B· Neſcis lay
cos ⁊ clericos vnū xp̄ꝫ habere· pa
nes tñ oblacōnis laicis dādi non
ſūt· ad damaſū· iii· B· Differt etiā
inter iuſticiā laici ⁊ clerici· ꝙ laic⁹
apparere pt̄ in paucis· ſup titū D·
⁊ ſup eadē ep̄la dicit· ꝙ vehemēter
eccliam creſci deſtruit laycos eē cle
ricis melioēs· viii· q· i· Qualis Sub
ſecūdis includemus clericos ſecu
lares ⁊ religioſos cuiuſcūqꝫ ꝓfeſſi
onis ⁊ ſexus· Iteꝫ heremitas· Con
ſtat āt ꝙ ſpāle tractatuꝫ ſcp̄ſit ad
occeanū de vita clericoꝝ· ⁊ ad ruſti
cum de vita monachorū· Item ad
nepocianum ⁊ ad paulinū de vtriſ
qꝫ. ſ. de vita clericorum ⁊ monacho
rum· ⁊ ad illas remiſiſſe ſufficiat·
De epytaphio vero nepociani ſup
tum fuit cap̄lm clericus· xii· q· i· qđ
vult clericum victū ⁊ veſtitu debe
re eſſe contentū· ⁊ c. gloria· quod
dicit ignominiam ſacerdotis eſſe
ſi ſtudet proprijs diuicijs· Et ad
occeanum C· dicit: ꝙ clericum vel
monachum ſolitudo facit non pu
blicum· vnde ad paulinum· ii· B· di
cit ꝙ nō debet monach⁹ q̄rere illa

ridere quoꝝ ꝯtemptū monachus
eē cepit. Et ad ruſticū .ij. C. mihi
opidū carcer ē ⁊ ſolitudo paradiſus
De monacho etiā p̄ q̄ndā adducti
onē ꝓbat eū in patria ſua non faci
le fore pfectū. ad eliodoruꝫ C. ⁊ ad
eūm q̄ dixit ſe plus mercedis hr̄e.
ſi in media vrbe monachoꝝ vitā vi
uat. reſpōdit talia non facile ſic ex
pleri ope ſicut verbo. ad preſidiuꝫ.
B. Et cōtra vigilantiū .iij. D. dicit.
q̄d facit monachus ī cellul' feia cū
q̄d ſibi valent ſola ⁊ p̄uata collo
quia. Hec āt fortꝰ ꝯueniūt v̓gini
bus velatis q̄ꝝ verecūdior ē ſexꝰ.
ad virginē D. Ad q̄s velādas hor
tatur parentes. ad atletam E. cū per
id fiant ei ſoceri. ad cuſto. C. nam
deo deſpōſantur. ad v̓ginē B. ſecu
ture ſic agnū. ſi ſcē magis eē ſtude
ant q̄ꝫ videri. q̄ illis nullū habita
culum celeſtis aule claudet̃. vt ibi
plene. nec h̄nt timere ſi eis falſo
detrahit̃. ad demo. v̓gi. B. Con
tra heremitas dicit meliꝰ eē duos
q̄ꝫ vnū. vt alter cadēs ab altero ful
ciat̃. ad abigaū B. ⁊ cōtra eos alle
gat ad ruſticū .ij. C. q̄d ſtatū determi
nat ꝯmēdando vitam in expertis q̄
rum habitus ī ceſſus ſermo ⁊ vul
tus. ſit doctrina v̓tutū. Et de vera cir
cūciſione dicit q̄ locus heremi eſt
forma doctrine: ⁊ ipa ſolitudo p̄di
catio ē v̓tutū. quā etiam vitaꝫ ſua
det ad eliodoꝝ C. dicens q̄ illuꝫ q̄
mente in paradiſo deābulat īfinita
heremi vaſtitas non terrebit. exēpli
ficat de azella q̄ ſolitudinem puta
bat eē delicias. ad mar. xv. B. Et q̄
modo p̄ncipes heremitaꝝ fuerunt

paulus Anthonius Julianus Hi
larion ⁊ macharius. ponit ad pau
li. ij. B. Et durā vitam ⁊ longaꝫ tri
um heremitarum deſcribit in vita
ſancti pauli C.

Octauo ſtatū preſidētie actiue
⁊ paſſiue ſub quo veniunt pre
lati eccl'aſtici ⁊ ſeculares iudices.
⁊ ſubiecti patres ⁊ filij. de quibus di
ctū eſt ſ. Prelatus dꝫ eē tal' q̄ etiā
religioni detrahētes: eiꝰ vite detra
here non poſſint. ad oceanū D. Et
ad fabiolā C. dr̄ q̄ tanta dꝫ eē eiꝰ
ſciā ⁊ erudicō q̄ q̄cq̄d agit quicq̄d
loq̄tur ſit doctrina ſubditoꝝ. Debꝫ
āt p̄latus ⁊ iudex ī tot iuſticiā exer
cere q̄t ſbditos hꝫ. ſup titū D. debꝫ
tn̄ bene viuētibꝰ ſe exhibere eq̄leꝫ.
q̄ſi honore ſuppreſſo. ⁊ circa puſos
exercere iuſticiā. ſup Jere. li. xx. De
trimentū ei pecoris ignominia eſt
paſtoris. ad furiā C. vn̄ mirabat̃
Hieronimꝰ q̄ ep̄s vigilācij ipſū ī
virga apl'ica ⁊ ferrea nō corrige
bat. cōtra vigilantium .ij. B. Caue
re enim debent prelati ⁊ iudices ne
ipſi qui ſunt duces itineris ſint co
mites erroris. ad cellātiam D. Cor
rectio autem fieri debet cuꝫ maturi
tate cōſilij que eſſe non poteſt vbi
non eſt ordo iudicij. ſup Jere. xx. Et
debet fieri ſc̄m criminis qualitateꝫ
ne dignum ferula vindicetur gla
dio vel econuerſo. contra pelagia
nos E. facit .ꝫ. de peni. di. iij. querat.
Quod fuit ſuper naū. ⁊ in expoſicō
ne fidei. B. Et fortius ne puniant
innocentem. nihil enim in homini
bus tutium ſi innocentia crimino
ſa eſt. ad pammachiuꝫ ⁊ marcel.

ij·J. nec timendū tūc erit apd deū
ipſoꝝ iudiciū. ad Julia·C. Alit ei
iudicat xp̄s q̄ꝑ liuor hoim. ad Her
mon.B. xi·q·iij· q̄mō: ⁊ fuit ſuper
math·Viris āt ecclaſticis q̄ talia
fieri videt ↄſulit. xi·q·iij·qn̄: qd fu
it ſup amos·videāt ergo ne gerāt
ſtaterā doloſā.ſuper pabo.D· nec
correctōꝫ ꝓpter nobilitatē vel potē
tiā ꝑtermittant·de miſterio agni.
⁊ ne mūeribꝰ fauore vel ↄſāguini
tate iudicēt·ſuper abachuck B·ſu
per amos D·Juſticia ei patrē ⁊ fra
trē nō nouit·vt ſup pſal·xiiij·Sub
diti āt illos honorāe dn̄t·ſuper mi
cheā D·Diligere eē ⁊ timere ⁊ eis o
bedire ⁊ q̄ iubent implere·ad ruſti
cū·ij·D.vbi videas.Patres āt ſūt
ꝑ filios honorādi, de q̄ ſpēalez tra
ctatū vide de pn̄tibus honorādis.
ſi tn̄ filios a vero patre non retra
hant. ad furiā B·⁊ facit ad militē
ſeculi per totū B· Et ↄuerſo nō dꝫ
pater filios reputare q̄s vidꝫ dn̄o
diſplicere: ↄtra Joui·F·Sepe etiaꝫ
vana ē ſpes quā pentes hn̄t in fili
os vt ibi ⁊ ſup pſal·xcij·Calcatis
āt pentibꝰ ꝑt filius ad religionis
⁊ crucis vexillū volare: ad heliodo
rū C·⁊ ↄuerſō·vn̄ ſcā paula pieta
tem i filios ſupauit per pietatem i
deū: neſciēs ſe mrēm eē vt xp̄i ſe ꝓ
baret ancillā·vt i ipſiꝰ epytaphio
B·Dn̄t āt prēs filios erudire ⁊ cor
rigere timendo penā hely J·xxxvij·
legant·⁊ fuit ſuper Ephe·

Ono de ſtatu ſciētifico ſb quo
ↄphēdaꝫ ſcolares ⁊ doctoēs
pdicatores iterp̄tes ↄmentatios ⁊
aduocatos vel eloq̄ntes·Scolares

allicit dicēns.ad demetriā E· Ama
ſcripturās ſācas ⁊ amabit te ſapi
entia·dilige eā ⁊ ſeruabit te.hono
ra eā ⁊ amplexabit te. Et ad ruſti
cū Ama ſcīaꝫ ſcp̄turarū ⁊ carnis vi
cia non amabis J· de con·di·v·nū
q̄ꝑ: ⁊ ad paulā·ij·B· Que ꝑt eē vita
ſine ſcīa ſcripturarū ꝑ quā etiā ip̄e
xp̄s agnoſcit·vn̄ ignoratio ipſaꝝ
ignoratio xp̄i ē J·xxxviij·di·ſi iuxta
qd fuit ſup yſai·Et de hebray·q̄o·
Gen·B·dicit diuitias xp̄i eē notici
am ſcripturarū·nam q̄d ſuauiꝰ diſ
ciplina·q̄d erudicōe meliꝰ·de xlij·
māſionibꝰ: manſiōe ·xxv· ⁊ ibi in
xxvij·feſtino gradu ꝑgamꝰ ad ma
giſtros ⁊ eoꝝ teramus limina ⁊c̄
Ad idē ſup yſai·B·nec ſine doctore
ingrediamur viā nouā J·xvi·q·i·ſi
clericatus: ⁊ fuit ad ruſticū .naꝫ q̄
vilia opuſcula fabricātur·abſqꝫ do
ctore nō pn̄t eē qd cupiūt.ad pau
li·vi·c· Et potiſſime dīne legis ē ex
q̄renda ſcīa·ſine q̄ ſalus haberi nō
poteſt·de vindicta ⁊ iuramēto·B·
⁊ C·Diſcendūꝫ ergo eſt in terris q̄
rum ſcīa perſeueret in celis·vt ad
pauli·viij·ca· Ad id tamen requiri
tur ſtudij labor· qui enim lrāruꝫ
ſcientiam habere deſiderat.ſi diſcē
di aīo ſuſceperit tedia peritie gau
dia adipiſci non poterit·ad virgi
nem exulē C· Talis aūt labor fati
gat mentē·ſup ecclaſten vltimo c·
Jeiunium non ſaturitas·continen
cia non luxuria·vide ad Criſogo
num·B.ad pammachium ⁊ mar
cellam·ij.E· Et contra vigilanti
um B·De vigilijs vide vigil·libro
per totum: ⁊ reprehendit elatos q̄

cū modicū didicerit: diſcere deſiſtūt et nil addēdo ſubtrahunt qd habe bant. ſup eccleſiaſten. x. c. nec eī eos pudere dʒ paulisꝑ minores videri cū diſcūt. ad ruſticū narbon. B. Et ingenioſos negligētes. q̄ vt dr ſu per math. H. bonū nature corrum pūt. Itē illos q̄ vires igenij trāſcen dere volūt. nā grādes materias in genia puan̄ ſuffertūt. et i ipō cona tu ſuper vires auſa ſuccūbunt. vt i epytaphyo nepociani i pn. Et q̄a p̄mū incitamentū diſcēdi ē nobili tas mgri. ad paulaʒ et cuſto. D. Et mgrī erudicio ē diſcipuloꝝ ꝑfect9 ad p̄ncipiā. ij. C. Vitandi ſūt periti q̄ riſui patent. J. xxxvij. di. q̄ de men ſa: et ſuit ſuper daniel. Qui loquūt q̄ neſciūt docent q̄ nō didicerūt. et fiunt magiſtri cuʒ diſcipuli an̄ nō fuerint. ſuper miche. D. ɔtra Eluidi um. B. Itē q̄ volunt videri ſcire pl9 cetis. ſup zacha. G. Et ɔtra Io. ep̄z E. p̄ eligendi ergo ſūt meliores ex bonis. xvi. q. i. ſic viue. et ſuit ad ru ſticū. Monet ergo pō derari non do ctoris opinionē ſʒ rōem. ad alex. C. Doctori āt nō ſatis ē ſcire niſi alios erudiat. ſuper daniel. F. q̄ erudiri poſteros erudiāt. ad p̄ncipiā. ij. D. p̄t āt de multis diſcipul' letari. ſup abachuck. C. Cōuenit ei mlt'itudo doctori. de vera circūciſione. E. ſʒ dʒ de paucis ɔtētari. ɔtra Ioui. I. et ſciam a deo recognoſcere. J. xvi. q. i. Reuertimini. qd ſuit ſup malachi. dʒ. Predicator āt cauere dʒ ne ſibi p̄dicanti dīceri poſſit. Cur hec q̄ di cis ipſe non facis. ad nepocianū C. Debet ei vite mgrī viuē ꝑut docet

eē viuendū. de vera circūciſione G. Nā caput artis ē docere qd facias. Et ꝑdit autoritatē docēdi cui9 ope ſmo deſtruit. ad oceanū C. et ad fa biolā D. ſuper titū E. vbi etiā dixit qd h̄etur ad idē. xxv. di. p̄mū. Pre dicacōi āt docet iſiſtēdū ꝙ tūc pu riſſimi fōtes occurrūt. de. xlij. māſi onib9 māſione. vi. et ea ceſſante fa cile itereūt v̄tutes q̄ ſub illa vige bāt. ſup amos F. ſup galath. D. et iō dicit illos p̄ oculos deſignari ꝙ p̄uidēt futura et docēt vera itinera ſuper pabo. x. c. A falſa tn̄ p̄dicacōe cauēdū eſt q̄ lucra ſectat et gloriā q̄rit hūanā vel hūanā amiciciā. vl' vt apd hoīes aliq̄d videat. de vindicā et iura. E. ad algaſiā q. i. et ſup titū. D. Difficile tn̄ inueit dign9 p̄co v̄tū tū xp̄i q̄ ſuā nō q̄rat glaʒ. ad albi. q. xi. et ɔtra luciferanos C. Sic et de ypocriſi dicit ꝙ q̄uis alijs vicijs ca rere poſſim9. ypocriſis tn̄ maculā non habere aut nulloꝝ aut pauco rum ē. ɔtra pelagianos. D. Audi tor āt verbū diuinū deſpicere non debʒ ꝑpt mediocritatē p̄dicātis. de vindicā et iura. A. Interp̄tis āt offi ciū eſt vt in alterius lingua ſue li gue ꝓprietatē exp̄mat. ad ſūmiā. B. Et videat ne interpretacō ſua indi geat interpretatione. ſuper Ionaʒ B. Idem in cōmento ad cyprianū B. ſic ergo loquatur interpres et commentator ꝙ intelligat. ad da maſ. i. C. De perplexitate autem in terpretis. et quomodo idem ſuper eodem eſt quandoq3 interpres et ſcriptor. vide in cronica. B. Com mentarij nō qd volunt ſʒ eius quē

exponunt ſenſū exprimere debent. ⁊
obſcura manifeſtare plano ſermõe ī
ad pāma. D. ⁊ ad ipſū ⁊ marcellaꝫ.
ij. D. ⁊ ad marcellam. xvij. B. Expe
dit āt ꝯmentantibꝰ ſecuritatē hic
⁊ ociū. et librorū multitudinē. ſilē
ciū. ⁊ librariorꝫ ſedulitatē. ad mar
cellinū B. Interp̄tationes tñ ⁊ cō
menta licet ad vnū ſcp̄ta oibus ꝓ
ſūt. ſup zachar. B. De eloquentia
aduocatorū ⁊ oratorū dicit. ꝙ orõ.
rethorice artis fucata mēdacio. q̄ſi
q̄dā meretricula ꝓcedit in publicū
non tam eruditura ꝑplos ꝙ̄ fauorē
ꝑpli q̄ſitura. ſup Galath. E. Ob ho
dicit ſup Jonā. D. ꝙ difficile nobi
les potētes ⁊ diuites ſꝫ difficiliꝰ e
loq̄ntes credūt deo. qꝛ vicijs circū
dati n̄ pñt videre vtutes. vñ ad pā.
⁊ occea. ij. B. fert eos dicēs ꝙ i die
iudicij expediuiſſꝫ illis eloq̄ntia ca
ruiſſe. ꝙ elingues muti ⁊ ruſtici p̄
ferent̄ eiſdē. Et ad eliodorꝫ D. dicit
ꝙ ad vocē tube ſtultus plato cū ſu
is diſcipulꝭ adducet̄. ⁊ ariſtotili ar
gumenta nō ꝓderūt. Et de hoie pfe
cto D. dicit ꝙ ante tribunal vētur̄
iudicis ois lingua obmuteſcit: ⁊
ſola erit in ruſticulꝭ ſuis facūda iu
ſticia: bñ ergo ſuadebat ex duobꝰ
imꝑfectis in hoc ſeculo potiꝰ habe
re ruſticitatē ſcā ꝙ̄ eloq̄ntiā pec
catricē. ad nepocianū D. ⁊ vide īfra.
xxxviij. di. ecclaſtica. ⁊ fuit ad pā
machium

Decimo cū peregrinis nauigā
tibus vel itinerātibus cōclu
dendo. Sciendū eſt ꝙ omne quod ī
mundo patimur vna dies appella
ri poteſt; nō habitatiõis ſꝫ pegri
nationis. qꝛ aduēne ſumus ⁊ pere
grini ſicut ⁊ patres noſtri. ſup za
cha. E. Debet ergo quilibet in hac
pegrinacõe ſibi bonorꝫ operū viati
cū preparare qd̄ ad eterna ꝓficiat
ſup ezech. li. iij. Illa em̄ finita nō ē
locus merendi infra. xiij. q. ij. in p̄
ſenti. qd̄ fuit ſup galath. Licet enī
nauē ingrediens credat poſſe ſal
uari vt in expoſicõne ſimbo. B. cui
etiā ſerenitatē pollicet̄ valida ⁊ di
uturna tēpeſtas. ad v̄ginē exulēz
C. multi tñ caſus opprimunt naui
gantes. ſup yſai. xiij. in pn̄. ⁊ in p̄
facõ. traſl. victorini A. Vñ ſup oſee
D. dicit: q̄ ſepe nauigat aliqñ pati
tur tēpeſtatēꝫ. Qui freq̄nter itine
rat ipetus latronū ſuſtinet aut me
tuit. Et addit ad Julianū. ij. B. ꝙ
qñqꝫ naufragꝰ in litore latrones
repit. Cū ergo ſtudia mortaliū ad
diuerſos fines tēdūt ſepe ꝯtrarios
fines hñt. ad pāma. ⁊ mar. ij. J. et
ſup Jonā C. ⁊ in gnāli pegrinacõ
ne de q̄ p̄mo dixi: mors timēda ē. q̄
naſcēte ſeq̄tur in ipſo lucis inicio.
ad paulū ſenē A. ⁊ int̄ diuicias ⁊ ī
ſulas. ꝯſulatus repēte itrat ad p̄ſi
diū C. Eo fortiꝰ ē ꝑter p̄dicta timē
da: cū pegrinacõ ſup addit̄ ſpealis
Tales tñ pegrinos regēs dñt trie
ri īfra. xxxiij. q. v regū. ⁊ fuit ſuper
Jere. ⁊ clerici hoſpitalꝭ. xvi. q. i. q̄m
Et fuit ad damaſ. Dat̄ āt cõſiliū na
uigātibꝰ. ꝙ vnū gubnatorē hēāt
ad ruſticū. ij. D. Itē ꝙ cū puo naui
gio nō ī altū vela ꝯſigāt ne ī pici
lū pgat audacia. de hoie pfecto C.
Sūt ei naues onerarie ⁊ nauicule p
ue. xxxiiij. q. i. q̄m ⁊ fuit ad dama.

Viatores āt vbi ē ſuſpicio ſeſe in
numero cōgregant vt periculum
mutuo auxilio declicet. In vita cap
tiui monachi C. Itē qn̄ pluuie vel
ſole ſūt feſſi q̄runt vmbre ſolaciū
Ad ciprianū B. Coē autē eis veme
diū q̄ ſint in ſtatu penitentie. naz
cū mors ⁊ vita ſint ſibi cōtraria. ⁊
inter illa nullū ſit in medio ſpaciū
tn̄ p penitētiā copulantur. ad Ru
ſticū B. Ea deficiēte ſuffragari nō
poterunt Job. daniel. vel noe. xiij. q.
ij. in pn̄ti. ⁊ fuit ſup Galath.

Communiter āt oēm ſtatū al
licit ad virtutes ⁊ a vicijs re
primit dicēs. Non ad vicia ſed vir
tutes mēbra per deum fore creata.
Ad vginem. ij. D. Veres āt vtutis
erit heres ⁊ glorie. de vera circūci
ſione ff. nam vt ibi dr̄ B. non ſmo
ni ſed virtuti debet regnuz dei. De
his breuitatis cā pſequar ſolum
principalia virtutes ⁊ vicia. ⁊ nō
que deriuantur ab illis. Autorita
tes etiaz non exprimā ſed remittā
De vtutibus theologicis dcm̄ ē ſu
pra in pnci. De vicijs q̄ illis aduer
ſātur videamus. ⁊ fidei aduerſat
infidelitas. Et de hoc quo ad iudeos
⁊ paganos ⁊ hereticos dcm̄ eſt ibi
Et ſic ſumitur ſup danielem B. Itē
Infidelitas obſtat illi fidei q̄ p the
ologica vtute non ſumitur ſed pro
legalitate vel promiſſione. iuxta
qd̄ dicimus fidelis vir fidelis ami
cus vel diſpēſator. ⁊ ſic ſumit. xxiij
q. v. ſi apud. ⁊ fuit ſup titū. Cōtra
hanc fidez eſt falſitas que laborat
vt vera videatur. ad marcellaz. xi.
B. Et facilius vitat diſcors. q̄ fallax

vt i quadrageſimali ſermone B.
Item pdicio de q̄ ad furiam. C. ad
pāma. iiij. c. ad ruſticū ſcd̄a A. Itē
mendaciū qd̄ eſt veritati cōtrariū
Ad alga. q. x. ⁊. xi. Ad auguſti. iiij.
D. Conpellagiū E. Itē adulatio. de
qua ad celātiā ff. ad euſto. B. ad
ruſticū. ij. E. Et facit ad azellam B.
Spei vero aduerſatur diffidētia vel
deſperatio. vn̄ ad tyraſiū C. diffidē
tia doloribus inuenitur ā cilla. de deſ
peratōne ad ruſticū B. ⁊ ſup pſal.
li. v. Caritati aduerſat offenſa i de
um vel pximum. ſup Iere. C. ſuper
Oſee C. vel odiū ad proximum. de
quo ad celantiā B. ſup philemo
C. Et inuidia vt infra dicet. De qua
tuor cardinalibus prudētia iuſticia
tēperancia ⁊ fortitudine. ⁊ quō or
nant ⁊ muniunt. ad nepocianū E.
Et de hijs ⁊ de quatuor vicijs que
illis aduerſātur. ſup naū. c. iij. De
eiſdem quatuor vtutibus ſup pſal.
xiiij. ibi tn̄ ſuper alias extollit iuſti
ciam. q̄ valet ad proximū. Reliq
manent in habēte. ⁊ ei inimicatur
iniquitas. ad damaſuz. v. D. Et eius
diffinitio habetur in tractatu fidei
E. Et facit ad fabiolam E. de tribus
virtutibus B. vigil. ſmone C. cō
tra pellagia. D. ⁊. xi. q. iij. extimāt.
⁊ fuit ſup titū. Et q̄ vicia dn̄antur
q̄ntum boni habeant virtutes. ad
ruſticū B. Subimittam vbi tractat
de ſeptem principalibus vicijs et
virtutibus que illis aduerſantur
Et primo contra guloſos. vide ad
adletam D. ad euſto. ij. B. Et cōtra
ebrioſos. de hebraicis queſtionibus
libri regū B. ſup Galath. G. ſup

titũ C. Cõtra guloſitatẽ ubi vel po
tus ē ſobrietas. de qua dixit ſb ſex
to ſtatu. ⁊ vide cõtra Jouini. H. Et
hec vocat͛ etiã abſtinētia de q̄ ad furi
am D. p totum. ⁊ pulcre ſup tituz
C. Et hec includit ieiunia q̄ qualia
eſſe debeant. vide ad adletaz E. ad
nepocianū E. ad paulaz C. de con.
di. v. ſint tibi. ⁊ fuit ad euſto. Jtez
cõtra inuidos ad azellam D. ſuper
eccliaſten. iiij. ca. ſuper galatas. G.
Huic non expedit dare aduerſantē
qꝛ inuidus ſeipſū mordet torquet
rodit ⁊ cruciat vt ꝓbant allegata
Eſt tamē cõtra caritatem q̄ vult di
ligi bonum ꝓximi. in tractatu fidei
E. ad deſideriū B. ſup Galath. ꝓlo
ſup zach. B. Inuidia vo iuſticiaz
perſequitur. ad virginem exulem E.
Itē contra iracūdos. ad criſtinā
B. ad cellā. H. ſup Galath. F. hu
ic aduerſatur paciencia que illam
vincit de con. di. v. nunq̄. ⁊ fuit ad
ruſticū. ⁊ in tractatu fidei E. Item
cõtra ſupbos ad anthonium B. ad
cellan. G. ⁊ H. ſuper ephe. F. Aduͤ
ſatur huic humilitas. ad cellan. F
ad pāma. ij. D. ad pau. ⁊ euſto. E.
de vtraq3. ſ. ſupbia ⁊ humilitate.
ad ciprianū. ij. Z. Cõtra hos ⁊ ira
cūdos ē etiaz manſuetudo. de qua
pulcre ſup ephe. D. Itē ꝯtra luxu
rioſos. vide ad dama. vi. B ⁊ C. ad
occea. D. ad pāma ⁊ occea. ij. B. ⁊
E. Aduerſatur huic caſtitas. ad pā
ma. ⁊ occea. ij. C. De ꝯtinentia dixi
ſub tercio ſtatu Jtez cõtra auaros
ad pāma. ⁊ occea. ꝑma C. ⁊. ij. C
ad paulaz D. ſup abachuck D. ſu
per ezechielem li. viij. His aduͤſat͛
largitas vel liberalitas In qua ca
uendum eſt ne liberalitate liberali
tas peat. ad paulinum ij. C. Et ſic
mutet nomen ⁊ dicatur prodigali
tas vel ꝓfuſio. cõtra pelagiuz H.
Item ꝯtra accidioſos quibus ieſt
triſticia: que ducit ad mortem. Eſt
enim tediū vite. ſuper Johe. C. In
eſt etiam tepor quem calor vincere
deberet. ad pauli. ij. B. Ineſt ⁊ ſom
nus. contra quem ad ruſticū ij. D
Ineſt ocium de quo dixi ſub quito
ſtatu. Et ineſt tarditas ⁊ negligē
tia: de vtraq3 ad Julianum ij. A. et
D. Contra hanc potiſſime valet oc
cupa°. ad demetriadē E. ſup ezech.
li. v. ⁊ in preallegato ca. nunq̄. de
con. di. v. qd fuit ad ruſticū

Verificatū eſt ergo qd dixerā
per ipſius ſcpta omnem ſta
tum informari ad ſolibitatez fidei
⁊ ad mores. Si enim hec duo agūt
exploratiões modice. que forte ſcp
torum ſuorū ptem milleſimaz non
attingunt. quib corpus explorato
rum ſcptorum cõtineat meditaꝫ cõ
ueniat G. Anglici demū carta ſecū
da. Plenus erit numerus de pleo
collige plene. Et qꝛ vltra doctrinaz
calami verbo et exemplo docetur
deus pater verbi. ſicut ipſi glorio
ſo doctori ad apienda diuine pro
ſūditatis miſteria ⁊ ſalutifera lūe
legis ſingulariſſime dedit calamū
Sic dedit ⁊ verbum qd nõ ſolum
ex profunda rationis radice narra
bat: ſed etiam p̄cedebat ex actibus
Semꝑ q3 ſermonez actus ornabāt
⁊ roborabant exemplo. ꝓpter qd.
accumulando pſcriptū verbū hoc

ſmihi fari licet. ꝙ ſola documētorū verba ipſi⁹ ore quaſi ex beato quodam eloq̄ncie fonte in morte copioſe manantia p Euſebiū diſcipulū ſuū ſcp̄ta. de quib⁹ ī ſecūda pte dicetur. cuiq ad mores ſufficerent ⁊ ſalutē. Solent ei optima ꝑducta de optimo optimos viros efficere ⁊ optime optatū ab optimis ſalutis optimū iter impm̄e. Si de diuinis officiꝭ loq̄mur. nōne ipē ꝙ p̄⁹ q̄ſq ad libitū dicebat officiū. Mādato damaſi ſup hoc p p̄mum theodoſiū req̄ſiti ordinauit officiuz .ſ. Deus in adiutoriū meū intende horis ſingulis p̄mittendo. Pſalteriū diuidendo p ferias: ⁊ cuiq ferie ſuum aſſignādo nocturnū. In fine cuiuſq pſalmi iūgēdo gl'ia patri ⁊ c̄. Itē ordinauit epiſtolas euāgelia ⁊ lectōes p anni circulū ſine nota cantanda: ⁊ reliq̄ ad officiū ptinencia. p̄ter cantū beato Gregorio diuina ꝑuidencia reſeruatū. q̄d totuz fuit a damaſo ⁊ fratrib⁹ approbatum. Per q̄ pꝫ ꝙ militans ecc̄a ipſius filij quē lactauit nūc nutritur vberib⁹. q̄d teſte valerio li. v. c. iiij in carnali matre q̄ndoq pietas aduenit. Quid ergo miri ſi miror tāti patris tam vtiliſq doctoris venerac̄oez p nos tādiu fuiſſe neglectā Cū tamen cōſtet eſſe de illoꝝ decīo octauo vel vigenario nūero quos ſcā mater ecc̄a cēſuit reliquis beatis honorificēcius extollēdos ⁊ ſpecialius venerādos. ſe recognoſcēs illoꝝ fideliſſimis ſtudijs pluribus ſabitarib⁹q doctrinis fore ſcietiꝭ illuſtratam. v̄tutib⁹ decoratā. moribus īformatam ⁊ glorioſius ſublimatam. In reliq̄s āt decē ⁊ nouē .ſ. duodecim apoſtolis. q̄tuor euangeliſtis. tribuſq doctorib⁹: qui tū p̄ter Mattheū ⁊ Johānē duplicez locū tenētes ſoli decē ⁊ ſeptem exiſtunt ecc̄ie iuſſa ſeruant. Sol⁹ Hieronimus p ytalicos ē neglectus. Hinc ē ꝙ in ciuitate bonomie vl' e⁹ ſuburbijs: vbi ſatis abūdāt ecc̄ie ſingulis decē ⁊ nouē ſingule ſaltē ecc̄ie iā diu fuere fundate: ſoli Hieronimo ibi defuit vbi requieſceret caput eius. Heu cur tam gelida ytalicoꝝ deuoc̄o erga Hieronimū glorioſū in quē omne deuoc̄ōis imprimende viguit incentiuū.

Hic ſacerdos fuit ordine
Peregrinās maris culmine.
Heremita ſolitudine.
Demū regule pfeſſor
Clauſtri ſacri fabricator
Et monachoꝝ paſtor
Hic per flagella vocatus:
Omnis lingue peritus
Interpres omnis ritus
Fuit veritatis doctor
Scriptoꝝ verus tranſlator.
Et ſūmus compoſitor
¶ Hic ſcribendo certas metas
Omnem ſtatum docuit
Omnes dauid ⁊ ꝓphetas
Ipſe ſolus expoſuit
Super Salom ⁊ tres atletas
Eius doctrina floruit
¶ Hic fidei pugil ⁊ vexillum
Malleus hereticorum.
Ipſorum iuge flagellum
Hoſtis fuit viciorum

Virtuti fecit ſcabellum
Tradens doctrinam morum
¶ Hic ſepe certiſſimus
Judicij non pauidus
Operator ſollicitus
Nunq̄ ocioſus
Sperantium firmarius
Et confortator ſtrennuus
¶ Hic caritate feruidus
In deo nunq̄ tepidus
Proximo benignus
In zelo ſemper ſobrius
Ad pacē compoſitus
Et ab odio ſepoſitus.
¶ Hic diſtrictus in iuſticia.
Miſericors cum illa
Circumſpectus prudentia
Memorans preterita
Ponderans preſentia
Et prouidens futura
¶ Hic virtute fortiſſima
Deriſit terribilia.
Attritus abſtinentia
Poſtpoſuit carnalia
Fulcitus temperantia
Que contemnit nimia
¶ Hic humilitate deiectus
Pietate molitus
Oratione deuotus
Lacrimarum effuſor
Contemplatione ſublimis
Et vtilis actione.
¶ Hic pauperum ſubuentor.
Elemoſinarum largitor
Triſtium conſolator
Letantium temperator
In aduerſitate ſecurior
In proſperitate deuotior
¶ Hic virgo carne
Purus in mente
Jam ſenex etate
Docuit in morte
Que ſine forte
Sunt plena ſalute
¶ Hic domuit leonem
Qui prebuit obſequia.
Dogmatizauit paulam
Que preceſſit in patria
Infra vide quot poſt mortem
Coruſcarunt miracula.

Deo teſte nihil
q8 falſū putē immiſcui i hoc
ſtilo ſtudioſe difformi. nec hic ri
mas vel rigmos facere intēdebam
in q̄bus reqritur vniformis. Quid
igit̄ defuit huic glorioſiſſimo ɔfeſ
ſori q8 deuocōez poſſit iducere vel
inductā augere. Rn̄deāt ytalici ſe
nes noſtri. Et ꝙ non pn̄t. cū ſuo ca
pite culpā negligētie fateant̄. nec
allegent illius ignorantiā: cui9 di
ctis ipſoꝝ aures q̄tidie replebant̄
¶ Sʒ licēt ꝓpter id turber ɔtra ipos
ytalicos tritauoꝝ nr̄oꝝ tritauos et
deſcēdētes ab eis penes q̄s tanta
tribuēs gl'ia carere nō debuit. nec
ipſoꝝ linguā tādiu decuit adherē
palato. hoc tn̄ gratulacōis admix
tū eſt. ꝙ apd nos mihi hui9 vene
racōis pncipiū reſeruauit dīna ꝓui
dētia me trahēs ad zelū deuocōis p
cordulā rōis. Que cū cernat optīa
q̄s regit: cogit ad illa. Hoc eciā in
me auget ſpem ſalutis. et eo ampli9 ſi
p id pcipiā ſperatū veneracōis ip
ſius notabile augmentū. Scio eciā
ꝙ diu9 ex ꝓuo fōte ſcaturiēs in tor
rentē q̄n̄q; multiplicatus excreſcit.

Sic etiã deuocõis ſintilla exẽploꝝ
flatu nutrita ſepe grãdez creſcit in
flãmã. q̄ꝑ ãt vtiliť creſcit fuit origi
nis v̄tuoſe. ¶ Inchoaui igiť hũc glo
rioſũ venerari doctorem ipſi⁹ colẽ
do vigiliã ⁊ feſtũ modis varijs fe
ſtiuãdo. In meis actib⁹. p̄ncipijs.
ↄſilijs. ſentẽcijs. ⁊ ſcp̄turis ipſius i
plorãdo ſuffragiũ. Imponi feci no
men ipſi⁹ certis pueris in cathecis
mo ⁊ mutari monachis in ingreſſu
Rñq; ſolũ de ipſi⁹ ſcp̄tis ſmones
ↄpoſui. ſocios doctorãdo ipſi⁹ ora
tiones formaui q̄bus vtor infra ter
cia pte deſcp̄tas. Dictaui formaz q̄
nũc in cathedra ſedẽs pingiť cũ ca
pello. q̄ nũc cardinales vtunť ꝺpo
ſito alcone manſueto. ſic i locis di
uerſis ipſi⁹ multiplicãdo picturas
In p̄blico dom⁹ ꝓprie plene ipſi⁹
hiſtoriã feci depingi. In Bononiẽ
ſi eccl̃a cathedrali. capellaz ⁊ ſacer
dotale bñficiũ dotaui ad ipſius vo
cabulũ ⁊ honorez. ⁊ vltra bononiã
iuxta ſtratã p̄blicã ⁊ vulgatam q̄
itur florẽciã vna cũ nuru mea nũc
defũcta pulcrã prochialẽ eccl̃am
cũ officinis ⁊ dote fũdaui ¶ Mona
ſteriũ Cartuſieñ. ordinis nuprie
ꝓpe Bonoñ. infra miliare v̄ſus occi
dentẽ alienis ⁊ meis ſũptib⁹ ichoa
tũ ac etiã prochialẽ eccl̃am infra idẽ
ſpaciũ v̄ſus ſeptẽtrionẽ intitulari
ad ipſius nomẽ obtinui. ¶ In diuer
ſis eccleſijs ad ipſius honorẽ alta
ria erigi ꝓcuraui: ſingul̃ p̄ſcp̄tis
eccl̃ijs aſſignãdo doctoris ipſius of
ficiũ ſpẽale: ad mei p̄ces eleganť ↄ
poſitũ ⁊ notatũ. Curioſus ↄſeq̄ q̄ ſe
quũtur diũſas ꝓuincias vltra ma

rinas p̄ l̃ras ⁊ nũcios viſitaui. labo
raui aliq̄d habere de ſuis reliquijs
ad q̄d ꝑueniſſe me puto. Q̄ddam
notabile vltra iſta ↄcepi q̄d nũc ſi
lencio nõ ſepelire ſꝫ cooperire diſpo
ſui. Hec ſcribo vt ſi ℓ̃ia legẽtes alli
ciã. ad q̄d tñ ſufficerent p̄us dc̃a ⁊
infra ſcribenda. Precor ãt imitari
nolẽtes: vt in me rep̄hẽſionis mor
ſu. detractõis flatu. ⁊ inuidie flãma
nõ ſeuiãt. nec attribuãt ꝓpe deuo
cõis mãubrio ⁊ caritatis dolabro
fabricata. Nã vt Greg. dicit ſuper
Job. xv. ca. In dei aurib⁹ nõ ſũt ſu
ꝑba q̄ cord̄ hũili ꝓferunť. Et ſicut
culpa ẽ ſibi arrogare q̄d nõ ẽ. Sic
⁊ aliq̄n nõ hũiliť dicere q̄d ẽ. Imi
tantibus ãt btĩtudinẽ opto. q̄ ſepo
ſitis mal'oibus bonoꝝ ẽ cimulata
ↄplexio. quã vt facile ↄſeq̄nť cõce
dat eis de⁹ id agere q̄d egiſſe: id
omittẽ q̄d omiſiſſe mortis tp̄e vo
luiſſent. Hanc ãt ↄſecutũ ſpero re
colende mẽorie dñm p̄rem ſup an
tiũ de Cingulo decretorum doctorẽ
⁊ ep̄m Ceruieñ. q̄ me doctorẽ ſuum
dignatus imitari in p̄dicto origis
ſũe loco pulcrã ad ipſius doctoris
honorẽ de ſuis primonialib⁹ ſũda
uit ⁊ dotauit eccl̃az. Reliq̄ ãt p̄ſules
iuſte agẽt ſi dioceſes ſuas eccleſijs
btĩ Hieronimi carere nõ ſinãt

NVnc declarando q̄d ſup̄ dixi
de Tropa. Eſt ſciẽdum q̄ꝑ mo
derno tp̄e in Apulia in ꝓuincia ca
pitanate ꝓpe archiep̄atũ Sipõtinũ
in ciuitate q̄ dr̄ Tropa: cui⁹ ep̄s ex
emptus ẽ: ⁊ dr̄ ex ap̄lico p̄uilegio
palliatus. Erãt q̄dã deuotiſſimi he
remite. inter q̄s vir⁹ frať Bellat⁹

vocabat͛ nec ꝑtermittã eiuſdẽ fuiſ
ſe nois ꝓauũ m̃ maternũ. Jlle fra
ter bellotus vir erat magne ꝑ̄ite
tie: animi puritate ⁊ bona ſimpli
citate repletus: q̃ retulit ſibi in ſõ
nis apparuiſſe hieronimũ aſſerẽte
ꝙ i certo ⁊ exp̄ſſo loco ciuitatis illi
us volebat ſub ſuo vocabulo eccaꝫ
edificari. cui ꝑ fr̃es ordinis p̄dica
toꝝ in diuinis laudib⁹ ſuiret. ⁊ ſi
mili mõ apparuit pluribꝰ alijs dei
viris ⁊ noiati mg̃ro nicolao Bar
dano de tropa adhuc viuẽti. q̃ ad
mei req̃ſicõem iſta depoſuit. q̃ duo
attoniti id nõ reuelabãt. cũ locus
exp̄ſſus videret͛ ineptus. ꝙ ciuitatis
imũdicie ꝓijciebant͛ in illo. P⁹ tẽ
pus apparuit hieronim⁹ iterato il
los de taciturnitate tanti tpis icre
pando. Qua de cã ꝙ̃ plures dei deuo
tos ꝯgregauit in vnũ illis referen
do q̄ dixi. q̃ deliberato ⁊ iſpirato ꝯ
ſilio firmauert̃ fodere fũdãdi cã lo
cũ illũ. Cũ ãt p̄dicti fodere icepiſſẽt
inuenerũt fũdamẽta edificãde ecc̃e
magnis lapidib⁹ p̄cõſtructa. An
vͦo alicuius edificij antiq̃ſſimi fue
rint. an miraculoſe ⁊ nouiter diuina
formata vͦtute ignotuꝫ extitit. Vo
catis ergo q̃buſdã fr̃ib⁹ ordinis p̄
libati ſup illa fũdamẽta fabricare
ceperũt. diuina vͦo ꝓuidentia q̃ glori
at͛ in ſãctis ſuis: ad ãpliorẽ ꝓgreſ
ſũ fabricẽ ꝓuidit hunc caſũ. Prela
tus q̄dã ꝓpter ſui ꝯmodũ vel corpo
ris paſſionẽ incedẽs i curru cũ mg̃
na eq̃tũ comitiua. cũ fuit i fabrice
loco q̃ſiuit q̃ de re fiebat illa ecc̃a.
⁊ audito rñſo motus in riſũ dixit.
ꝙ fr̃es nouũ ſcꝫ̃ iuenientes id faci

ebant ad q̃ſtũ. Hoc glorioſiſſim⁹
hieronim⁹ int͛ antiq̃ores famoſiſſi
mus egre tulit. q̈d patuit ꝑ effectũ
Nã ſubito boues ꝓruperũt i fugaꝫ
in vicinũ vallonẽ q̈d ẽ p̄cipicium
valde grãde. q̈d ille ꝑpendens ⁊ vͦbi
penitens vouit currũ cũ bob⁹ ⁊ oĩ
bus q̃ ferebat ad fabricã illã offer
re. ſi btũs hieronimus eũ de p̄dcõ
ꝑiculo liberaret. q̈d ⁊ fecit. P⁹ vo
tũ boues illico arreſtarũt. ꝓpter id
ãt viatores ⁊ terrigene ad ꝯtribu
cõem fabrice fuerũt amplius aĩati
ita ꝙ ad ipſius doctoris gl̃aꝫ In ã
no dñi M°. ccc°. q̃nto decĩo ipſi⁹ fa
brica ẽ ꝯpleta: vbi doctoris clarẽt
moderna miracula. Que cũ Tropa
vna cũ narracõe p̄miſſa ſub teſtio
nio p̈blico ecc̃aſtici ⁊ ſecularis iu
dicis illius loci cũ triginta ſeptem
ltãtorũ teſtiũ ſubſcp̄cõe recepi. Jn
ter q̃s fuerũt decanus cãtor ⁊ octo
canonici ecc̃e cathedralis Jtẽ duo
ſacerdotes iudices ⁊ notarij decẽꝫ
numero ⁊ alij ꝓbi viri ⁊ notabili
ter fide digni

De duabus ecc̃ijs nouiſſime m̃
notis. q̈d eſt breuius ⁊ caret
miraculo p̄mittendo ꝑcepi. ꝙ i dy
ocesi Aretina ⁊ diſtrictu caſtri an
gliaris ⁊ plebatu bt̃e marie d̃ mic
ciano: q̃dam ruralis ecc̃a ſui nois
q̃ſi latet. cuius patroni dicũtur co
mites montis bagli.

De ſecũda aũt ineſt miraculuꝫ
eſt ſciendũ ꝙ ſolẽnis inforꝰõ
q̄uã habui de peruſio ſup ecc̃a btĩ
hieronimi q̃ infra ambitũ mõaſte
rij ſcĩ bennegnate: collecta ex diuẽ
ſis ſcp̄tis ⁊ dictis prelatoꝝ religio

ſorũ ⁊ ſecularium: hoc ħʒ. Qꝫ p̄dict⁹ ſanctus Bennegnate dũ viuebat rettulit ſibi ſcm̄ hieronimuz appa ruiſſe eiqꝫ mãdaſſe. ꝙ foderꝫ ĩ certo noĩato p̄dio qꝺ totũ erat cultiuuz cũ ſub illo eſſet eccl̃ia ad ipſius no men dedicata ⁊ illam diſcooperiret ecclĩam qꝺ ſcũs ille ⁊ agricultoꝛ p̄ mavicẽ nõ p̄õ derauit. Apparuit ad idẽ ſecũdo hieronimus ⁊ icrepauit eundẽ. q̄ tũc req̄ſiuit militẽ q̄ndaꝫ illius p̄dij dñm q̄ dñs Conſol⁹ vo cabat̃. vt ſibi daret licẽtiã fodiẽdi narrãs viſiones p̄dcãs. q̄ miles de riſit eundẽ. ſꝫ dũ importune iſtaret cõceſſit ꝙ expectaret meſſionẽ fru mẽti q̄ tũc illꝺ p̄diũ erat plenũ. et p⁹ea foderet. Scũs ipſe q̄ cõcepat oĩo viſiom parere. dubitare cepit q̄ deberet icipere Apparuit tercõ be atus hieronim⁹ dicens. ꝙ foderet vbi frumẽtũ metibile repiret. qui mane illuc vadens. xiiij. Maij. cũ tñ meſſiõis tps non eẽt. iuenit fru mentũ plenũ ſicut ⁊ metibile ĩ cer ta p̄ticl'a p̄dij. ⁊ ibi facta pri⁹ meſſi one cepit fodere ⁊ iuenit eccl̃am cũ p̄ua cãpana totam ſubterraneam quã totam diſcooperuit. q̄mõ ad p̄uã altitudĩeꝫ ſup̄ terrã ꝺꝛ appacẽ deſtructa eiũ volta lapidea q̄ tunc erat ⁊ q̄ p̄tim vetuſtate corruerat eleuati ſũt parietes ⁊ ſup illos edifi cio ligneo ⁊ tegulis coopta ẽ eccl̃ã In illam aũt deſcẽdit̃ p ſex g̃d⁹ lapi deos. ⁊ habeo ꝙ ſatis deſpecte eccl̃ã ipa tenetur non ſine illoꝝ nota a ꝺ quos id p̄tinet reformare. Nec ce lebratur in illa niſi in feſto btĩ hie ronimi qꝺ eſt vltimo ſeptembris

quã die ibi ſatis ſolẽniter. celebra tur ⁊ cum grandi concurſu ciuium feſtiuatur.

Explicit prima p̄s hui⁹ libri.

Incipit ſecunda pars

SEcũdam hui⁹ opis p̄tẽ ag gredioꝛ. q̄ ſꝺꝺiui ſa diſtiguit ꝑplex tps ĩ hoc glo͛ſõ do ctore. Primũ q̄. trib⁹ armis. ſ. vere fidei. ſecure ſpei. ⁊ feruide caritatis. tres hoſtes demonẽ. mũdũ. ⁊ carnẽ vincẽs dũ vixit ĩ carne. cui ãn⁹ ⁊ dimidius additi centenariũ p̄feciſ ſet vt ꝫ dicet Secũdũ q̄ carne moꝛ tuus vere viuẽs ⁊ fact⁹ ꝯpatriota celeſtiũ iacuit inhumatus Terci um p⁹ ſepulturã ipſius. hoꝝ q̄libꝫ ꝯſtat ipſũ coruſcaſſe miracul'. vt ꝯ ueniat illꝺ eccl̃aſtici. xlviij. In vita ſua fecit monſtra ⁊ ĩ morte mirabi lia opatus ẽ. Sꝫ frater Jacob⁹ fab vltim⁹ legẽdaꝝ ſolũ primi. Euſebi us de quo ẽ ⁊ ꝫ ſolũ medij. ⁊ Cyril lus hieroſolimitanus pontifex ad auguſtinũ ſolũ vltimi patris p̄di gia deſcripſerit. Que ſic ſparſa hac eternitate ſcripture ꝯnectere certis ſup additis meſt cordi: ne aboleri poſſint per obliuionis digitũ q̄ ſe pe ſupducit reb⁹ geſtis: nec p̄uti

per ūq̄tatē emulā ſc̄itatis Quod ab p̄mū ipſi⁹ cōpoſitoris vltimi q̄ pblice ſcp̄ſit ⁊ breuit̄ v̄bis vtar paucis mutatis ⁊ additis aliq̄b⁹ q̄ vt diſcernātur p v̄gulas ſignabunt

Hieronim⁹ a ierar q̄d ē ſcm̄ ⁊ nemus q̄ſi ſcm̄ nem⁹. vel norma q̄d ē lex. Vñ dr in legēda ſua q̄ hieronim⁹ interp̄tat̄ ſcā lex. Euſebius idē q̄d pius iure. igit̄ de pio pr̄e ſac̄ lex gignit̄ Fuit ei ſcūs ꝯfirm⁹. vel mūd⁹. vel vnctus. vel ſacro vſui deputatus. ſic vaſa tēpli dicebant̄ ſācta q̄ ſacro vſui deputata. Fuit igit̄ ſcūs ꝯfirm⁹ ī bono ope per pſeuerātie lōgāimitatē. Mūdus mēte p puritatē. ſāguine tinct⁹ p dñice paſſionis meditacōez. ſacro vſui deputatus p ſcp̄ture ſacre expoſicōem ⁊ interp̄tacōem. dr ⁊ nemus a nemore vbi ꝯuſatus aliq̄n fuit. ⁊ lex ꝓpter regularez diſciplinā quā mōchos ſuos docuit. vel q̄ ſacraz legē expoſuit ⁊ interp̄tatus fuit Hieronim⁹ etiā inꝑpretatur viſio pulcritudis vel diiudicās locucōes. Eſt āt mltiplex pulcritudo. p̄ma ē ſpūalis q̄ eſt in aīa. ⁊ hāc habuit in varietate v̄tutū. Scēda moral̄ q̄ cōſiſtit in honeſtate moꝝ. ⁊ hāc habuit ī honeſtate vite. Tercia intellcūal̄. q̄ eſt pulcritudo angelica quā habuit ī excellēti puritate. Quarta ſuperſbſtancial̄ q̄ eſt dīna. ⁊ hāc habuit in ardēti caritate. Quinta celeſtis q̄ eſt ſcōꝝ ī patria. quā habuit ī eterna claritate. Diiudicauit ec locucōes ſiue v̄ba taz ſua q̄ alioꝝ ſua cū examinacōe pferēndo. aliorū v̄ba ꝯfirmando. falſa confutando. dubia exponēdo. p̄ma ad cori. ij. in fi. Spūalis hō iudicat oīa Et ꝓpter principiū legende p̄mitto q̄ locus q̄ ſepulti ſunt parentes hieronimi hodie vocat̄ Sotegna in dyoceſi Trieſtina. ⁊ ibi ē ecclīa bti hieronimi tū pauprima. ⁊ dr q̄ olim vocabat̄ ſtrido. Cōius id dr de trieſtro q̄d q̄ terdeſtructū fuit ⁊ extīctū mutato ſtridonis noīe dcm̄ trieſtrū. Itē ſciendū q̄ in cronica hieronimi ī fine dr q̄ pānonia hodie vocatur vngaria.

Hieronim⁹ euſebij viri nobil̄ fili⁹. ab opido Stridonis q̄d a gotis euerſuz dalmacie ⁊ pānonie ꝯfinia tenuit extitit oriūdus. Sic ipſe de ſe loq̄t̄ ī li. viroꝝ illuſtriū ī fi. Hic adhuc puer romā adijt. ⁊ ibi xp̄i veſtē ⁊ baptiſmuz ſuſcepit. Ibi ec l̄ris grecis latinis ⁊ ebraicis plene fuit eruditus ſub p̄ceptorib⁹. de q̄b⁹ ī ſcia hui⁹ opis pte dicet̄. ſub q̄b⁹ laborauit ſtuduit pfecit ⁊ didicit. Nō ꝯq̄ramur ergo nos ſcōi⁹ lingue latine ꝯſcij. ſi q̄d didicim⁹ ignoram⁹ Poſt q̄ āt oē mundanaꝝ lrāꝝ ſtudiū adeptus ē. p batiſſimorū mōachoꝝ habitū act⁹ q̄z imitatus ē. In ſcripturis āt dīnis exercitabat̄ die ac nocte. ⁊ ide hauſit auide q̄d p⁹ modū effudit abūde Quodā vero tpe ſic ipē in ep̄la de v̄ginitate ad euſtochiū phibet. Dū de die tulliū ⁊ nocte platonē auide legerz. eo q̄ ſmo icult⁹ ſibi in lib's ꝓphetics n

placeret circa mediã q̃dragesimã tam ſubita febre corripit͛ vt toto frigeſcente iã corpe vitaliſ calor in ſolo pectore palpitaret. dũ gͦ exe quie funeris pararent. ſubito rap tus in ſpũ dicit͛ i epl'a p̃dcã ad tri bunal iudicij trahit͛: ⁊ interrogatus cuius ꝯdicõis e ẽt. xp̃ianũ ſe ẽẽ libe re ꝓfitetur. Ad quẽ iudex. mẽtiris inq̃t. Ciceronian9 es non xp̃ian9. vbi ẽ ei theſaur9 tu9 ibi ⁊ cor tuũ. q8 habet͛ Math. vi. Ac hieronim9 obmutuit. ⁊ ꝯtinuo iudex ipſũ du riſſime cedi iuſſit. tũc clamauit int͛ verbera. Miſerere mei de9 miſerere mei. tũc q̃ aſtabant dep̃cabant͛ vt veniã tribueret adoleſcẽti. Ipſe ãt deũ iurare cepit ac dicere. Dñe ſi vn q̃ habuero codices ſeculares ſi le gero te negabo. In huiõi iuramẽ ti. v̓ba dimiſſ9 ſubito reuiuiſcit. tũc lacrimis iuenit totũ ſe pfuſũ, nec fuit hec illuſio ſõni. nã vt dic͛. eui gilatus plagas ſẽſit. ⁊ ex v̓berib9 q̃ añ tribunal ſuſcepat ſcapulaſ re pit t͛ribilit͛ limẽtes. Tanto ãt ſtu dio libros diuos legit ex tũc. ꝙ tan to libroſ gẽtiliũ añ nõ legerat. Su p. epl'a v̓o ad galath. li. iij. in p̃n. ſe ꝓmiſſa ſuaſſe teſtat͛ dicẽs. xv. ãnos tũc elapſos: ꝙ i man9 ſuaſ gẽ tiliũ lr̃aꝝ autor nõ aſcẽdit. Et ſi q̃d forte inde dũ loq̃tur obrepat. q̃ſi antiq̃ p nebulã ſomnij recordatur de hoc ẽẽ ſatis ꝓlixe ſeq̃tur in epl'a ſecũda ad pãmachiũ ⁊ marcellã. ꝫ iiij. carta. vbi vide ad ꝓpoſitũ ſub lr̃a ff. dũ ãt eſſet ãnoꝝ xxxviij. p Liberiũ p̃pm cardinalis preſb̓r or dinatus ẽ ad titulũ ſcẽ Anaſtaſie.

vt ꝯtinet v̓na legenda. i quo faſti gio cũ multa puritate mẽtis. ⁊ ab ſtinentia corpis ſanctitatis mini ſtrabat exẽpla. incõpoſitos a ſuo cõſorcio repellendo. vt de trib9 cle ricis talibus dicitur i policrato li. viij. ꝙ illos a menſa ſua reppulit di cens. turpe in honeſto ꝯſorcio incõ poſitũ inueniri Tũc ãt conſtãtino q̃ poſt mortem patris ſui cõſtanti ni magni gubernabat imperium. in arrianam heresim lapſo: pullu larunt ⁊ alie hereses. Sꝫ xp̃i confeſ ſor arrianũ dogma cepit infringẽ iuxta ſciam ſibi datam a deo. Tũc paula matrona nobilis genere. ſꝫ ſanctitate nobilior videns hieronĩ mũ in defẽſione fidei laborare. cepit ei de ſuis facultatibus miniſtrare. Cũ pſequente cõſtantino. xp̃iani maxĩe clerici ſuis vti non poſſent. Quã ⁊ filiã eiuſ Euſtochiũ diuaꝝ ſcp̄turarũ ſẽtentia hieronim9 ibue bat Mortuo liberio p̃p hieronim9 dignus ſũmo ſacerdocio ab oĩbuſ acclamatur. Sꝫ dũ quorundã clẽi coꝝ ⁊ monachoꝝ laſciuiã increpa ret. cuius rei fiduciã a ꝯſciẽe purita te ſumebat. illi nimiũ indignati ei inſidias parauerũt. ⁊ p veſtẽ mu liebrem. vt ait Io. beleth. ⁊ vincẽ cius ab eis turpiter ẽ deriſus. Nã cũ hieronim9 ad matutinũ ſolito more ſurgeret veſtẽ mulieris quã emuli iuxta lectũ poſuerant reperit ſuãq̃ eſſe credenſ induit. ⁊ in eccle ſiam ſic proceſſit. Hoc ãt emuli fa ciebant. vt mulierẽ habere i tha lamo crederetur. Q8 ille videns tã te eoꝝ vẽſanie locum dedit. nec v̓

tutes eius iniuria fregit. ſed acuit Nam q̄ſi diuinitus fuerit ad eum dictū illd amos vij. fuge in terram iuda ⁊ comede ibi panē. ⁊ ibi ꝓphe tabis omni cognatione relicta. ad Gregoriū nazāzenū Conſtantino politane vrbis epm̄ puenit. Poſt ꝙ āt ab ipſo ſacras lrās didicit p rexit in Siriā in poſſeſſione euagrij preſbri aliqntulū ↄmoratus. Dein de in egipti heremū ꝑerauit. vbi q̄nta ꝑ xpō ſuſtinuit. ipſe ad euſto chiū narrat dicens. Quociēs in he remo cōſtitutus ⁊ illa ſolitudīe va ſta. q̄ exuſta ſolis ardorib9 horri dū monachis p̄ſtat habitaculuz. putaui me romanis delicijs inter eſſe. horrebant ſacco mēbra defor mia. ſqualida cutis ſitū ethiopice carnis adduxerat. q̄tidie lacrime. q̄tidie gemit9. ⁊ qn̄ repugnātē car nē ſōn9 imiēns oppreſſiſſet. nuda humo vix oſſa adherentia collide bā: de cibo ⁊ potu taceo. cū etiā lan guentes aqua frigida vtant. ⁊ co ctum aliq̄d accepiſſe luxuria ſit. Et tamen ſcorpionū tm̄ ſocius ⁊ fera rum. ſepe thoris intererā puellarū ⁊ in frigido corpe ⁊ carne p̄mortua ſola libidinū incēdia bulliebant. Itaqꝫ ↄtinuo flebā ⁊ repugnantez carnez ebdomodarꝝ inedia ſubige bam. diē crebro ↄiūxi cū nocte. nec p̄us a pectoris ceſſabam v̄beribꝰ ꝙ a dn̄o rediret trāq̄llitas. Ipſā qꝫ cellulam meaz q̄ſi cogitacōnū ↄſci am ptimeſcebam. ⁊ mihi met ira tus ⁊ rigid9 ſolus deſerta penetra bā: Et vt m̄ teſtis ē deus p9 mltas lacrimas nōnunq̄ videbar mihi

intereſſe agminib9 angeloꝝ. Per q̄ driēniū ergo ibidē ſic pacia pacta. timens ne ruſticitas in eccā fructifi cate valēti dānuz inferret. Relicta ſolitudine adiuit bethleem opidū qd a hieroſolima ſex milib9 diſtat vbi prudēs aīal ad p̄ſepe dn̄i ſeſe obtulit pmanſurū. Bibliotecāz āt ſuam quā ſūmo ſtudio ſibi cōdide rat clauſā: alioſqꝫ libros iterum re legens diem ieiunijs ducebat ad veſperum. Edebat āt vt viueret. nō vi uebat vt ederet. multos autem diſ cipulos ibi coadunās de Cirilli pō tificis illi9 loci licētia ⁊ vicinoꝝ ca tholicoꝝ auxilio puulum habita tionis locellum ↄſtruxit ad portaz bethleem que ad occidentem cōſpi cit. ⁊ in ſcō ꝓpoſito ⁊ tranſlatione ſcripturarum. lv. ānis ſm̄ Iacobū Scdm Vincētiuz q̄nquaginta an nis ⁊ ſex menſibus deſudauit. ⁊ vſ qꝫ ad finem vite virgo pmanſit. Licet autem in hac legenda dicat ꝙ v̄go ſemp fuerit. Ipſe tamen vt ait frater Iacobus de ſe ita ſcribit ad pāmachiū i apogoletico circa finem. Virginitatē in celo pfero n̄ qꝛ habeo. ſ; qꝛ magis miror ꝙ non habeo. S; cōtrarietatē tollat v̄buz baſilij dicētis. mulierem ignoro ⁊ tn̄ v̄go nō ſū. Et videꝫ. q̄rta pte cō tra Eluidiū. ⁋ Tanta deniqꝫ laſſitu dine fatigatus eſt. vt in ſtratu ſuo iacens funiculo ad trabem ſuſpēſo ſupinus māibus ſe leuaret. vt ſ. officium monaſterij. prout pote rat exhiberet ⁋ Quadam vero die adueſperaſcente. cuz Hieronimus cum fratribus ad ſacrā lectionem

audiendā ſederet. ſubito leo q̄dam
claudicās trib⁹ pedib⁹ q̄rto ſuſpē
ſo monaſteriū ingreſſus ē q̄ viſo
cū ceteri frēs fugerēt. hieronim⁹ q̄
ſi hoſpiti obuiauit. Leo igit̄ cū pedē
ſibi leſū oſtēderet. vocatis frīb⁹ pedē
ſibi p̄cepit ablui ⁊ diligēt̄ ei⁹ pla
gā req̄ri. qḋ cū factū fuiſſꝫ iuenerūt
leōis plātā a ſētib⁹ vulneratā. ad
hibita igit̄ diligēti cura leo ꝯualu
it. ⁊ oī feritate depoſita īt̄ eos q̄ſi do
meſticū aīal hītauit. iuꝫ illḋ iob. ⁊
Beſtie t̄re pacifice erūt tibi. Tūc hie
ronim⁹ vidēs ꝙ de⁹ nō tā ꝓ ſāitate
ſui pedis cui ſine frīb⁹ mederi potu
iſſꝫ: ꝙ̄ ꝓ eoꝝ vtilitate leonē miſiſſꝫ
de ꝯſilio frm̄ hoc idē iniūxit officiū
vt aſinū quē hēbāt q̄ ligna de nēo
re deferebat ipſe leo ad paſcua du
ceret: ⁊ ductū ibidē cuſtodiret. qḋ
⁊ factū ē. Nā iniūcta leoni aſini cu
ra more paſtoris īduſtrij eūdo ad
paſtū iceſſant itineris iuē paſcēdo
vndecūqꝫ defēſor tutiſſim⁹ erat. ve
rūtn̄ vt ſe cibaret ⁊ aſin⁹ ſolitū pfi
ceret op⁹ ꝯſuetis ſp̄ horis eūdo do
mū rdibat. Quadā igit̄ vice paſcē
te aſino ⁊ leōe ḡuit ſoporādo: mer
catores cū camel' īde trāſeūtes aſi
nū ſolū viderūt ⁊ eū q̄ntoci⁹ rapu
erūt. Stupefact⁹ itaqꝫ leo cū ſociū
nō iueīrꝫ rugiēdo huc illucqꝫ ibat
quē tandē nō iuemēs ad portā mō
ſterij triſtis redijt: ⁊ intus vt ſoli
tus erat p̄ verecūdia ingredi nō p̄
ſūpſit. Et vidētes frēs ꝙ tardi⁹ ſo
lito ⁊ ſine aſino veniſſꝫ. putauerūt
ꝙ fame ꝯpulſus aſinū comediſſet
Volentes qꝫ ānonā ei tribuere cō
ſuetā dicētes. vade ⁊ reliquā ꝑtē

aſinelli q̄ tibi remāſit māduca ⁊ tuā
ingluuiā reple. Heſitantes tn̄ vtꝝ
hoc malū ꝑpetraſſet exierūt ad paſ
cua. ſi forte aliqḋ indiciū iuenirēt
⁊ nihil inuenientes redūſi hoc hiero
nimo retulerūt. q̄ iuſſit leonē non
exaſꝑari vel abiectū nutriri. iniūctis
tamen eius officiū aſini leoni iniū
gunt frēs. ⁊ ligna cedētes leoni im
ponunt. qḋ cum leo patiēter ferret
onuſtus incedebat vt aſin⁹. Quā
dā die expleto op̄e ad agrū exijt ⁊
ecce vidit a longe negociatores cū
onuſtis camelis p̄cedente aſino ve
nientes (Mos eī illi regioni eſt. vt
q̄n breui paſſu cū camelis longi⁹
gradiūtur. cameli vt directius va
dant p̄cedentē ⁊ collo funiculū ge
ſtantē aſinū ſubſequant.) Illis igi
tur leo ibat obuius pedetentiꝫ ⁊ re
cognito aſino cū ingenti rugitu ſu
per eos irruit. ⁊ oēs hoīes ſine tn̄ le
ſione in fugā ꝯuertit. ac leo terribi
liter rugiēs ꝑcutiebat cauda forti
ter t̄rā. ꝑterritoſqꝫ camelos ſic erāt
onuſti āte ſe ad cellā ire coegit. Qḋ
cū frēs vidiſſēt ⁊ hieronimo nūci
aſſent. ille ait frēs cariſſimi hoſpiti
b⁹ veſtris dicit antiq̄ legēda ꝟ ca
melis ſarcinas auferentes. pedes
abluite. eſcas p̄bete. ⁊ ſup hoc volū
tatē dn̄i expectate. Tūc leo per mo
naſteriū cepit vt ſolebat letus diſ
currere. ſinguloꝝ fratꝝ veſtigijs
ſe ꝓſternēs. ⁊ q̄ſi de ꝑpetrata quā
nō fecerat culpa cauda alludēs veni
aꝫ poſtulabat. Hieronim⁹ āt̄ futu
roꝝ p̄ſcius frībus ait. Ite frēs veni
entib⁹ hoſpitib⁹ neccāria prepate.
Adhuc eo loq̄nte nuncius ad eum

venit ānūcians aū fores hoſpites
adeſſe q̄ abbatē vellent videre. Ad
quos cū iuiſſet. illi eius pedibus ꝓ
uoluūtur: ꝓ culpa veniā poſtulātes
q̄s ille benigne eleuās p̄cepit vt
ſua reciperent ⁊ aliena nō vſurpa
rēt Rogāt igit̄ illi btūz hieronimū
vt medietatē olei ꝓ bn̄dictōe acci
piat. q̄b9 vix aſſentiēs tandē coac
tus ſuſcipi iubet. Promiſerunt āt
annuatī eandē olei mēſurā f̄ribus
ipſi ad eccl̄iā ⁊ necītatē ip̄oꝝ ſe
daturos. ⁊ a ſuis dari hēdib9 p̄ce
pturos. ⁊ leti remeārt ad ꝓꝓa. Frī
Jacob9 inſerto q̄d in p̄te p̄ma de
d̄īnis officiis dcm̄ ē. ſic ꝯcludit. ꝙ
more ſpelūce vbi dn̄s latuit monu
mētū ſibi ꝯſtituit. vbi expletis no
nagīta octo ānis ⁊ ſex mēſib9 ſepl̄
tus fuit circa ānos dn̄i. ccc. De lo
co f̄ī Brocardus in deſcp̄cōe t̄re ſcē
diſcordat. Nā vbi de bethleē loq̄t̄
dicit illū fuiſſe in ſua cella vel claū
ſtro ſepultū De tp̄e v̄o f̄ī Jacob9
defecit in duob9 i vero nūero ānoꝝ
dn̄i vt ꝑ̄ dicet. Et ꝙ diē mortis n̄ po
ſuit. Catholicō ī etate ꝯcordat vbi
ſb lrā h. de hieronimo loq̄t̄ Annū
v̄o dn̄i nō poſuit neq3 diē In vna
ex antiq̄s legēdis ſic inueni cōclu
ſū. Tandē p9 p̄fectā plantatāq3 deo
ꝯūſacōnem. in nonageſimonono
ſue etatis anno apd̄ bethleē opidū
ī pace q̄euit p̄die kl' octobris v. vl
timo ſeptēbris. Anno honorij. xij.
Martin9 eēr vbi de honorio tractat
in cronica dic̄ ꝙ ſb illo deceſſit ſ3 ā
nū ei9 nō exp̄mit De etate dic̄ ꝙ de
ceſſit āno. xci. In alia legenda ſic
ꝯcludit. P9 multa bō q̄ fecerat ſcp̄
ſerat ⁊ docuerat. nōgeſimop̄mo eta
tis ſue āno migrauit ad dn̄m Aliā
apd̄ p̄dicatores legi dicētē ꝙ deceſ
ſit expleto nōgeſimop̄mo āno. Et
iſta cōcordat ei q̄d de āno honorij
xij. dcm̄ eſt Sigibertus ꝯvicēti9
dicīt vt in ſpe. hi. xx. c. xi. ꝙ deceſſit
anno honorij. xi. Alia lrā xij. etatis
ſue āno nonageſimooctauo Euſe
bius v̄o dixit. ꝙ ꝯpleuerat annos
nonaginta ſex. diez ⁊ annū dn̄i nō
exprimit. ſ3 ponit horā vltimam. ſ.
completorij Alia legenda quam
nuper vidi dicit de octuageſimo
octauo ⁊ ſub theodoſio iuniore.
Vides ꝙ vnica legēnda. ſ. ſecūda
ſup̄ poſita exprimit diez. ⁊ ita tene
mus nec aliq̄s diſcordat. ſ3 in eta
te ⁊ āno mortis nōbilit̄ diſcrepāt
Et pri9 ꝓſeq̄ndo etatē dicūt d' octu
ageſimooctauo. de nonageſimop̄
mo. ⁊ hoc dupl'r. de xcvi. de. xcviij.
⁊ hoc duplicat̄. ⁊ de. xcix. āno. ⁊ hec
placet ſeq̄ndo p̄mā ⁊ ſecūdaz le
gendā. ⁊ p ea q̄ ſtatim dicā. Cui cō
ꝯcordat q̄d de. xcviij. dr̄ ſi itelliga
tur de cōpleto. Euſebius etiam nō
dixit illū mortuū ī nonageſimoſex
to. ſ3 ꝙ illos ꝯpleuerat. forſā ille vir
ſcūs lz ſibi familiaris dubius de e
tate voluit loq̄ ſibi certū. Per eūdē
modū ſolui p̄t q̄d de nōgeſiop̄mo
anno p̄miſi Nunc ad ānos dn̄i ve
niamus. Et eſt ſciendū. ꝙ q̄dā legē
da ſimpl'r dixit eum mortuū tēpore
theodoſij. q̄d. vt. s̄ dixi verificari poſ
ſet loq̄ndo de iuniori. de ſeniore illi
us auo nō poſſet intelligi in anno
xij. cū hieronim9 āno ipſi9. xiiij. fe
cerit libꝝ virorū illuſtriuz. Circa

hoc ſciendū ꝙ theodoſi⁹ ſenior duꝯ habuit filios .ſ. Archadiū ⁊ Ho
norīū · q̄ ſil' eo mortuo regnare ceperūt
āno dñi trecētesimonōgeſimo viij
Mortuo archadio āno dñi q̄drīgē
teſimo vndecimo · regnare cepit hono
rius cū ſilio archadij Theodoſio
iuniore · cū q̄ regnauit ānis · xiiij · Sʒ
p⁹ mortē honorij ſolus theodoſius
regnare cepit āno dñi q̄drīngētesimo
vigeſimoq̄nto · Ex q̄ ergo ſil' ſimul
regnauerūt · pʒ ꝙ vtrūqʒ poſſʒ eē verū
tñ ſm morē cronicarū totū tps q̄
regnaūt archadius ⁊ honori⁹ attri
buit archadio · ⁊ tps honorij ⁊ the
odoſij aſſcribit honorio · ſeq̄ns tps
theodoſio · lʒ cū ipſo īperauerit valē
tinian⁹ terci⁹ · ⁊ ſm hūc modū cō
putando currebāt ī āno xij · honorij
āni dñi q̄drīgētixxij · vel · xxiij · ꝙ ī
xij · ānū honorij potuit incidere ān⁹
vterqʒ · Qꝫ āt vera ſit hec ꝯputacō ꝓ
bat p ſupiora vbi dr̄ · ꝙ mortuo li
berio adhuc hieronim⁹ erat ī vrbe
maior · xxxix · ānis ⁊ cardial' · Sʒ libe
rius deceſſit trecētesimōſeptuageſimō
q̄ anno ſbrogatus fuit damaſus ·
Itē p⁹ vltra marinū trāſitū vixit
vltra ānos q̄nq̄gita vt ē · ergo āno
rū dñi p̄ſcptorꝝ p̄t nūerus eē verus
Et ꝙ de q̄drigētis dr̄ ſtarē nō p̄t · qđ
aliter eē p gd⁹ ānorꝝ icedēs ſic oñ
do · vt pʒ ī ſpe · hiſto · li · xviij · c · xlvij ·
⁊ ſeq̄n · Scā paula deceſſit anno ar
chadij ⁊ honorij nono · q̄ cū ī cepit
trecenteſimononageſimooctauo ·
pʒ ꝙ ille nonus ānus erat in ꝯpu
to q̄drīngētesimusſeptimus · Cō
ſtat āt illū tūc vixiſſe · cū p⁹ea ſcp
ſerit epitaphiū ⁊ mortē illi⁹ · de q̄ ī

in q̄rta p̄te dicet ſub lr̄a E · ⁊ Ioſue
⁊ alios libros trāſtulit · vt ī ꝓlogo
ioſue in p̄n · ⁊ ſi · Itē ꝙ mlt̄ū paule
ſupuixerit · ꝙ multos libros eē vo
luminib⁹ magnos · p⁹ mortē ipſi⁹ ſcp
ſit p ānorꝝ interualla · vt ipē fatet .ſ.
ſup oſee ⁊ iohelem · vt ī ipſorꝝ ꝓlo
gis pʒ · Itē ſup amos danielē ⁊ yſa
iā · vbi li · xviij · ī p̄n · ꝙ mortua eāt
paula : cla⁹ poit · Itē ꝯſtat ꝙ anno
ab vrbe ꝯdita milleſimocētesimōſex
ageſimoq̄rto a Gothis ⁊ eorꝝ p̄nci
pe Alarico capta ⁊ deſtructa fuit
Roma · qđ fuit q̄drīngenteſimoꝺcō
decimo anno dñi · ⁊ ſecūdo vel ꝺcio
anno honorij · lʒ Martin⁹ dicat ꝙ
fuit ſub archadio · Hoc lʒ ex mlt̄is
ſcripturis colligā remitto ad ſpecu
lū hiſto · li · xx · c · iiij · ꝯiūcto cū vltio
c · li · xv · Sʒ ꝯſtat ꝙ tūc pre triſticia
his nouis in bethleē auditis hie
ronim⁹ ceſſauit ſcribere · de q̄ ī · q̄rta
p̄te ad marcellinū ⁊ ſup ezechielē
li · v ⁊ · iij · Et poſtea ſcripſit ſup ipſū
ezechielem · ⁊ deinū ſup Ieremiā
vt pʒ in vtriuſqʒ p̄n · Ergo vltra
q̄drīngentos tredecī ānos dñi ſatis
vixit · Itē cū q̄drīngenteſimodeci
mooctauo vel decīonono · q̄ eāt no
nus honorij Oroſius preſbr̄ miſſ⁹
ad hieronimū p auguſtinū ꝓ q̄
ſtione de origie aīe · rediēs portauit
in affricā certas reliq̄as ſtephani
ꝓthomr̄ · vt ī ſpe · li · xx · c · viij · g° ⁊ c̄
Ipē āt Oroſi⁹ cū hieronimo ī beth
leē ſe fuiſſe narrat ī cronica ſua co
lūna penlt̄ia · Itē p̄ dcō āno q̄drīn
gētesimōſeptīo vel ſeq̄nti creat⁹ fuit
Innocēti⁹ pp̄ p̄m⁹ · de q̄ refert ipſe
Oroſius in ſue cronice carta penlt̄ia ·

ꝙ in captiõe vrbis fugit tā ueñā q̄
vixit vltra xv annos ⁊ ſic attigit
vel pfecit q̄drigẽteſimū viceſimū
ſecūdū. Ad ipſū āt Hieronim⁹ ꝛn̄t
ep̄la de q̄ infra q̄ta pte ſb lrā J. q̄
āt āno pōtificatus id fuit ignora⁹.
potuit āt ſic eē vltio ſic p̄mo vel in
termedijs. Ex his igit̄ ſic collat̄s ꝯ
cludo lȝ q̄ſi tremulus ꝓpter ꝯtrari
etates cronicaꝝ q̄s vidi. Hieroni
mū mortuū āno dn̄i q̄dringenteſiō
vigeſimoſcđo vel vigeſimotercō
ī etatis ſue āno nonageſimonono
vltimo ſeptēbris. ⁊ vltima ei⁹ ho
ra. ſ. ꝯpleto iij. vt ꝯuenit a illd̄ ſecū
di paralipo. xviij. in ſi. ibi Mortuus ē
rex iſrł occidēte ſole. Scio ꝙ ex q̄ di
es veneracōis ē certus. De alijs tri
bus. ſ. hora. etate. ⁊ āno dn̄i ſacre re
rū: paꝝ īterest ipſius ſcī vel nrā. ſꝫ
ꝓpter ꝯtrarietates p̄dcās ſic mihi
viſū fuit expediēs in īueſtigādo aī
mū ⁊ iſcribēdo calamū fatigaē. Sci
ens valde ꝯmēdabile venerari cer
titudinē in īcertis: ⁊ in dubiā d̄ du
bijs elimaē ſn̄aȝ. ⁊ hoc p̄cipue q̄n̄
p iter arcū ⁊ altū ad ipſi⁹ veritatis
latitudinē ⁊ plani cīē puenit.

Ultra p̄dcā ſciendū ꝙ Euſebi
us nobil̄ cremonēſ diſcipulus
Hieronimi ep̄lam ſcp̄ſit p̄us ad
damaſū portueñ. ep̄m ⁊ theodoriū
ſenatorē Romanū frēm ipſi⁹. ⁊ eā
dē ad auguſtinū ſeuex ⁊ euſtochi
um. In q̄ ipſi⁹ īſiſtēs laudib⁹ obi
t⁹ ſui ſeriē intiauit. quā ad lrāȝ ſb
ponē rēnuo ꝓpt̄ ꝓlixitatē ipſi⁹. ſꝫ q̄
tuor ipſi⁹ ptes ad q̄ntā reducēdo d̄
cidaȝ. De ep̄la tn̄ q̄ auguſtini d̄r.
ad cirillū q̄dā vbi ꝯueniēt inſerā
abbreuiata. ne diuiſi ꝯpoſita plus
ſpacij occuparent. ptes āt ⁊ noui
le ī margine deſcribent. vt q̄d q̄rit̄
facilius habeatur. Euſebi⁹ ei q̄d
vidit ⁊ audiuit ſe aſſerens nūciaē
ipſū ſoli lucēti ꝯpat ⁊ lucerne ſup
candelabrū collocatē. nā ab oriēte
ad occidentem illuminās hoīm in
tellectus. hereticos ſanās aut opp̄
mēs. ſcp̄turaꝝ enigmata reſerauit
ſoluit nodos ¶ dilucidauit obſcu
ra. ⁊ dubia declarauit. falſitates
correxit. ⁊ vetiſſima ex linguis q̄
plurimis adunauit. cui⁹ vboꝝ elegā
tia ſingulari cui⁹ ſon⁹ ī oēm terrā
exiuit ¶ Ipſū igit̄ quē dicit iſtabeli
tā: in q̄ dolus nō fuit Johāni bap
tiſte ꝯpauit in trib⁹. vterq̄ virgo
vterq̄ heremita veſtib⁹ ⁊ cibis aſ
perā vitaȝ ducēs. de his ē. vterq̄
martir. Ille tn̄ ferro. iſte adūſitatū
pacia. videꝫ ī ep̄la ſcē paule in ſi.
⁊ bn̄ ꝯuenit hymn⁹. Iſtu corona
celſior ab ſi. Quot ei ipſe ſuſtinuit
tribulacōes. afflictōes. cruciatus.
agones. flagella. famē. ſitū. cordis
amaritudines. carnis tēptacōnes
abſtinētias. vigilias. pegrinacōs
carnis maceracōnes. nuditates. ie
iunia. erūnas. ꝯtumelias. pſecucō
nes. p̄uoꝝ ⁊ hereticoꝝ cū q̄b⁹ ſibi
iugis pugna ꝯtinuūq̄ certamen.
Poſt q̄ oīa dicebat vt in ep̄la ad
aſellaȝ de ſictis amicis. grās ago
deo q̄m dign⁹ habitus ſū vt me o
diat mūd⁹. hec Euſebi⁹ ¶ Auguſti
n⁹ āt circa finē ep̄le ſue ſup̄ dcē di
cit ꝙ cū cogitaēt ī laudē hieronimi
ipſi⁹ texturā ep̄le. hora medie no
ctis ip̄ȝ ſōn⁹ opp̄ſſit ⁊ tūc vidit iſt̄

multitudinē angeloꝝ duos plꝰ ce
liqs corpe fulgētes: ⁊ veſtibꝰ ſic ſi
miles ꝙ aliq̄ diſſiſitudo notari nō
poterat: n̄ ꝙ tria p̄cioſa ſerta gere
bat vnꝰ i capite: ⁊ aliꝰ duo. q̄ appi
q̄ntes ſteterūt pauliſp. q̄ꝝ p̄mꝰ ait
cogitas Auguſtine qd laudis de
Hieronimo pferas: vēimꝰ vt gl'az
indicemꝰ. Hic ſociꝰ hieronimꝰ ē. q̄
ſic vita ⁊ ſc̄itate m̄ fuit eq̄lis: ſic eſt
eq̄lis i gl'ia potētia ⁊ volūtate. deū
videt ⁊ itelligit ſic ego. in q̄ oīs ſcō
rū gl'ia ⁊ btitudo ɔſiſtit. In tcō tn̄
ſerto illū excedo: q̄ martirio corpo
ris vitā finiui. Ipſe v̄o licz ꝑ̄ceꝰ eru
nas afflictōs ⁊c̄. q̄ ptulit verꝰ mar
tir extiterit. q̄ tn̄ vitā gladio nō fi
niuit: martirij nō hʒ aureolā. ſʒ ſō
lū v̄ginū ⁊ doctorū. Et q̄rēte augu
ſtio q̄s eēt: ſe ēēt Johēz baptiſtā
q̄ venerat ſibi ad gl'az hieronimi
intimādā ⁊ p ipſū aliīs nūciādaz
Aſſerēs i veneracōe vniꝰ ſc̄i ceteros
venerari. apd q̄s nec iuidia nec ap
petitꝰ p̄eminētie nec cōparacōis glie
inuēit. ſʒ ſingulorꝝ gl'a cūctorꝝ eſt
gl'a. ⁊ ēc ɔuſo. His dictis ſocietas
illa diſparuit. Et ne putet vanū ſō
nū id fuiſſe teſtē deū iuocat Augu
ſtinꝰ ſe iſe exptū hꝰ viſiōis effectū
ꝙ ertūt ſic in ipſo caritas feruit ꝙ
plꝰ gaudʒ alieno bono q̄ ſuo. plꝰ
ſubeſſe appetit q̄ p̄eſſe: inuidie ſup
bie vel arrogācie ōm appetitu depo nota
ſito. Nec ē etiā nouū p deū abſcon
dita ⁊ maxia reuelari. Hec breuia
ta de ep'la auguſtini. q̄ priꝰ ibidez
dixerat. ꝙ lʒ iter mulieꝝ natos nō
ſurrexit maior Johanne baptiſta
non tn̄ nephas vel huiꝰ ɔtrariū ē

dicere. Iſtū eq̄lez i gloria de ap'lis
idē dicēs. Et ē ſciendū ꝙ Cirillus re
cepta ep'la Auguſtini. in ſua ep'la
de q̄ dicet infra an finē ipſiꝰ ſcpſit.
ꝙ quaſi recte ſit eū viſionē habu
erat alter Cirillus alexādrinꝰ ep̄s
in feſto beati Johānis Subdebat
demū Euſebius. ꝙ Hieronimꝰ ro
gādus a deo vt facie diſcerneret qd
hic videbat i enigmate. febre eſtu
ans valida ipſiꝰ Euſebij ⁊ aliorū
vultus ītuēs ġues luctu. illos hor
tatus ē vt abijcerēt a lacrimis di
cēs. illas nō fūdēdas n̄ ob ſatiſfa
ctōnē ⁊ mēoriā pctōꝝ. huiꝰ ei vite
exitꝰ plorādꝰ nō ē. i q̄ nec hora trā
ſit in q̄ viuens a dolore ſit liber. ſi
diues: vndiq3 anguſtiat timoē ne
qd hʒ amittat. ſi paup nūq̄ q̄eſcit
vt iueniat. ſi bonꝰ timet ſui naufra
giū. ad quē timoē ⁊ dn̄i multis au
toritatibꝰ illos iduxit dicens. ꝙ ſi
noſter genitor timuiſſet nō cecidiſ
ſet. Cecidit etiā ſalomon ⁊ dauid
eius genitor electus ſm cor dn̄i. Ti
meat igit ſāctior ⁊ ſapientior. q̄a
maiorem dat caſū altiꝰ cadēs ⁊ for
tius cruciatur

De doctoribꝰ demū ſubdēs dic.
ꝙ mali bn̄ dicēdo ⁊ male viuēdo ſe
ipſos damnāt ⁊ deū offendūt. In
ducens illd pſal. Peccatori āt dix
it deꝰ. q̄re enarras iuſticias meas
⁊c̄. Multi eī legunt grādia. addiſ
cunt ardua. ſbtiliter diſputant. or
nate loquūt: vt a populo honores
capiant. ⁊ magiſtri in plebibꝰ no
minētur. Subdit āt ſi experto credi
tur: mihi credite. plus enim mo
uet corda hominum vite ſanctitas

ꝙ ornata colloquia. Facite poſteã
pdicate. Cepit enĩ Jh̄us prius fa
cere poſtea p̄dicare. Nec dixit Jh̄s
q̃ predicauerit voluntatem patris
mei: ſʒ qui fecerit. Nõ vitupero p̄di
cacõem niſi in non facientib⁹ ea q̃
predicãt. Meretur enĩ plus q̃ facit ⁊
predicat ꝙ qui facit ⁊ tacet. Sciẽs
enĩ nõ docens tenetur deo reddẽ ra
tionẽ. docens ãt d᷑ lux illũiãs
intellectũ: ⁊ ſal cõdiens verbũ dei:
qd cibus ẽ aĩe operib⁹ bonis. ⁊ eo
amplius ſi ſuſceperit doctoris offi
ciũ: quot enĩ eius negligentia pec
catis moriunt᷑: tot de ipſius manu
requiret dñs. Sunt eciʒ tales mer
cenarij q̃bus nõ eſt cura de ouib⁹
Heu ꝗ hodie pꝰ paſtoꝝ nõ minoꝝ
nõ ſolũ a peccatis non emũdant. ſʒ
ipſi vel ex ſui negligentia vel ſuis
nephandis operib⁹. vel ſuis peſſi
mis miniſtris oues trahunt ad il
licita. ⁊ tales ſi deus ĩpunes relinq̃
ret deus ãplius non eſſet.

Hortabatur eos demum ad pau
pertatem. vt imitarentur deum.
qui cuʒ in forma dei eſſet ſeipſum
exinaniuit. qd etiã iuſſit apl'is ꝓis
ꝓhibens peram ⁊ ſacculũ. ⁊ iuue
ni ꝯſuluit vt q̃ habebat venderet
⁊ pauperibus erogaret. Nec mirũ
cũ diuicijs ꝯiũcta ſit ſuperbia. ⁊ q̃d
ea peius. ex q̃ velut ex radice mala
oĩa oriunt᷑. ſicut ex hũilitate bõ oĩa
generãtur. diues eĩ factus hõ ſup
bit. p qd polluũtur vie eius ⁊ cogi
tat interitũ ĩnocẽtis. reſpicit ĩ pau
perem ⁊ inſidias refert illi. videns
deũ dormientẽ q̃ſi crapulatũ a vio
Sʒ cũ plus morat᷑ deus ad iudiciũ
plus inebriat᷑ ira. ⁊ ideo plus cẽtu
plo timendus ẽ: cũ diu tolerat ma
la ꝙ cũ feſtinanter punit

Et ꝗ ſine hũilitate paupertas
deo grata nõ eſt. hortabat᷑ illos hu
miliari ſub potẽti manu dei. ſicut ſe
ipſũ ꝓ nobis humiliauit obediẽs
vſqʒ ad mortẽ. Et ꝗ obediencia hu
militatis ẽ riuu⁹. hortabatur cuʒ
ap'lo illos obedientes oĩ humane
creature ꝓpter deũ. Specialiter ad
monachos dicẽs. nõ licere illis vel
le vel nolle. ⁊ hoc obediẽ ꝓpriũ alie
ne parere volũtati non ꝓprie. dicẽs
illũ nõ obedientẽ q̃ ſecũdũ mandata
tũ expectat. ad vnius enim iuſſio
nis vocẽ petrus ⁊ ãdreas dimiſſis
retibus ſecuti ſũt xp̄m.

Hortabat᷑ etiã preſidentẽ eẽ mi
noris miniſtrũ. ⁊ ꝓpter hũilitateʒ
ſociũ: cũ bene agit. cuʒ v̓o delinq̃t
ſe ꝯtra illũ erigat p zelũ iuſticie ne
ſit fedus cũ vicijs ⁊ ne vana hũili
tas vocetur. optans ꝗ cõtra vicia
oĩs hõ clamaret. Pctõr eĩ deũ nõ ti
mẽs q̃nqʒ hoĩes reueret᷑. ⁊ ꝗ iuſt⁹
eſt dñs ⁊ iuſticiã dilexit ⁊ eq̃tateʒ
vidit. vultus ei⁹ vera iuſticia bae
volẽs vmaiqʒ qd ſuũ ẽ vultũ hoĩs
nõ veret᷑. Nec ꝓpt᷑ potẽciã ẽ iuſticia
dimittẽda. obediẽ eĩ oʒ deo ⁊ nõ ho
mĩb⁹. nec ẽ apd ipʒ acceptõ pſõa
rũ. q̃ eĩ ꝓpt᷑ iuſticiã pſecucõʒ patit᷑
btũs ẽ ⁊ ſi morit᷑ beatioꝝ. Nec ꝓpter
diuicias q̃s honorãd⁹ pl⁹ paupe
r̄imo pl⁹ paup in q̃ relucet ymago
xp̄i. ĩ diuite ãt mũdi Cõtrafaciẽs p̄
ponit mundũ deo. ⁊ ſic nec dign⁹ ẽ
deo. ⁊ illud euãgeliũ notũ eſt faci
lius eẽ camelum. ⁊c.

de diuitibus

Diuitie igitur potētie nobilita
tes ⁊ honores vanitates sūt huiꝰ
seculi· quoꝝ fumis obcecati timerē
habent ne sue breuissime vite tela
p mortē velut a texente ca nocte scī
dantur. Ex duodecim apl'is solū
Bartholomeū nobilem ⁊ Matheū
diuitē xp̄s elegit· Ve diuitibꝰ qui
sup fluētatibus vestiū sup fluitatē
addūt· de nudis pauperibꝰ nō cu
rātes. Edificia erigunt vt hūanis
oculis cōtemplentur· ⁊ pauperes
in plateis incōmodis moriuntur·
Conuiuia cū delicatis ferculis diui
tibus preparantur: ⁊ paupes fame
mori permittunt. Vere si deum iu
dicem agnoscerent ⁊ se mori crede
rent: saltem tam securiter non pec
carent. Sꝫ qđ horrendū est: eccl'ias
visitant vt feminas contemplent
⁊ ad suam voluntatē illas satagāt
habere· p hec corpus antē tempꝰ
destruentes ⁊ animū occidētes· vñ
enim infirmitas ⁊ mors intēpesti
ua: nisi ex nimia ciboꝝ copia: ⁊ fre
quēti mulierum vsu· ⁊ hij deum de
ludere credentes seipsos deludunt
ꝑ corpore obliuiscuntur anime· et
corpus simul cum aīa destruūt añ
tempus· ⁊ mala eueniunt. de q̇bꝰ
ī· dicetur· cū de luxuria tractabit'.
Et demum cū diuite qui epulaba
tur splendide aque guttā habere
non potuīt· audituri terribilē sen
tentiam· Jte maledicti in ignem et
num. dicens illius cor forte lapide
um qđ non timet ob pua huiꝰ mū
di solacia talem audire sententiam.
Dimittēda sūt igit' vana gaudia
ꝑpter vera· ⁊ caduca ⁊ momētanea
ꝑpter ppetua ⁊ eterna. hic enim ri
dētes ibi plangent. Et si forsitā
quis dicat benignus est dominus
qui pctōrem ad se redeuntē recipit
⁊ idulget. Rñdet q̄ est benignior
q̄ȝ credatur· Dat eñ peccatoribus
spacium temporis vt se emendent
ipsoꝝ iniurias tolerando· sed sicut
est in tolerando benignus· sic ⁊ iu
stus in puniendo· ⁊c̄·

Et etiam illoꝝ vana p̄sumpcō
qui malam vitam ɔtinuant spērā
tes in morte p̄ pniam veniam ob
tinere· Quō ei deo acceptā pniam
redderet qui tardaret si speraret de
bere sanari. ⁊ si forsā sanabitur pe
ior erit· Docet expientia illius finē
non bonum qui cōtinue male vixit
Stultus est q̇ vult i seculo gaude
re ⁊ cum xp̄o regnare· Non sufficit
xp̄iam nomen ei qui xp̄m non imi
tatur· ⁊ si fidem habeat· illa tamen
sine operibus mortua est· Nō se pu
tet xp̄ianum qui mori ꝑ xp̄o nō hꝫ
animū preparatū. Non speret mer
cedem qui nō laborat· nec possumꝰ
illa sustinere pro xp̄o que sint con
digna ad futuram gloriam

Veris ergo xp̄ianus precipue
sacerdos ⁊ monachus: in quo vt ī
speculo debet relucere pfectio: ab
neget semetipsum vt toti mundo
sit mortuus· quia nisi granum fru
menti ⁊c̄· Oportet enim perfectum
ita mortuum esse mundo· vt velut
mortuus nil de rebus secularibus
sentiat· vt cum apostolo dicat· no
stra conuersatio ī celis est· Et iterū
viuo ego· iam non ego· viuit aūt
in me christus· Glorietur in tribu

latiombus ⁊ aduersitatib⁹. Nā et
xp̄s discipulis in vltima cena dixit
Plorabitis ⁊ flebitis vos. mūd⁹
āt gaudebit. Temptationib⁹ resi
st at. Nam non meret premiū nul
lum hn̄s prelium. ⁊ non resistēte
suggestio diabolica non excusat. si
cut p̄mum parentem. Ille eniz nec
suggestionē dyabolicā q̄d essz no
uerat: nec q̄ntum peccatum essz de
um offendere. que hodie cessant in
homine. q͛ nouit vtrūq3 vide ifra
ad virginem

Fortitudinem āt ⁊ paciam ha
beat cōtra adūsitates ⁊ ob p̄bria
cū v̄tutes in hoīe probentur p pa
cientiam. sicut aurū per ignem. Ad
vindictam ergo vel odiū proximi
ↄtumeliosa verba non moueant.
Inde saluator. In paciā possidebi
tis aīas vr̄as. Cōnexa ē āt fortitu
do pacie. vir em̄ patiens fortis est
aīo. Paciā em̄ seruanda est in mē
te. ⁊ cū tps est exercenda in opati
one. Est āt paciā velū quo in hui⁹
mundi p̄cellis nauis nostra quo
cūq3 vento secure nauigat nullum
timens periculum.

Sit etiā misericors sicut pater
celestis ē. Erit ei iudiciū sine mīa ei
q̄ misericors n̄ est: Et īpossibile est
fore hominem misericordē ⁊ piium
iram non placarē diuinaz. Inde di
ctum. Beati misericordes qm̄ ipsi
miam cōsequentur. Sacerdos aūt
⁊ monachus sine mīa est nauis ī
pelago vndiq3 pforata. Vana est
ei religio que mīa caret. ⁊ fugiēdi
sūt tales sic̄ serpētes. Subdens q͛
nulla tam crudelis bestia sicut ma
lus sacerdos vel monachus q̄ cor
rigi non patitur. nec veritatem au
dire potest. ⁊ breuiter omnes pre
eminet malicia

Contra cupiditatem ipsoruz in
uehens rep̄hendit illos qui ex pau
perū elemosinis ecc̄ias ⁊ monaste
ria in miro artificio sublimant. q̄d
bonum est si p id pauperibus non
subtrahat̄. nec eis necessaria p id
denegēt̄. Qualis enim iusticia de in
digentia pauperū offerre deo. Quo
domus deo vel sanctis grata ↄstru
cta de pecunijs quas pauperes plo
rant. placet enim deo opus de quo
pauperes gaudent. Q̄d enim tem
plū deo cari⁹ q̄ homo. gratū ergo
deo templum edificat q̄ paupi ma
nuz porrigit. viro in suis necessita
tibus subuenit. errātem ad viam
rectam p̄ducit. Nec enim excusa
tur. dicēs se non habere is qui ali
quid vltra extremā necc̄itatem pos
sidet ⁊ pauperi nō tribuit. Sumus
em̄ rerum temporalium dispēsatorēs
nō possessores. furamur ergo nob̄
superfluum quo frater eget. lex na
turalis exigit. vt q̄d ab alijs desi
deramus alijs faciam⁹.

Hortabat̄ etiaz eos q͛ iuxta p̄ce
ptū euāgelij essent sicut puuli. q̄d
exponēs dicit. q͛ puulus vidēs pl
cram mulierem nō cōcupiscit illaz
Preciosā vestē intuēs nō desiderat
in iracūdia nō pseuerat. lesus nō
recordat̄ nec odit. p̄rēz seq̄t̄. mrēz
nō deserit. Imitari g° puulū ē mū
dū spnē. castitatē hr̄e. frēm diligē
paciam suare. prēm xp̄z seq̄ ⁊ in
gremio matris ecc̄e sp recūbere

Luxuria

POnebat vt luxuriā fugerent q̄
eſt enſis et tethe diaboli. ſicut enī v̄
ginitas hoīez equat āgelis. ſic lux
uria hoīem beſtificat. Nā hoīem de
bilitat famā denigrat. marſupia
vacuat. furta inſtruit. homicidia
cauſat. memoriā ebetat. coꝛ aufert
oculos vtriuſqꝫ hoīs cecat. et p̄ cete
ris iraꝫ dei ꝓuocat. et ex radice gu
la orit᷑. Pro nullo reatū legit᷑ deuꝫ
ita iuſtū ſine mīa vt ꝓ iſto. Mūdo
inducēs diluuiū. ſodomā et gomor
rā ɔburens. Qui hoc capitur nō ci
to ſoluit᷑. huiꝰ p̄lij victoria ē fugē
Nā ꝓpter ſui ſecuritatē multi ſāctiſ
ſimi ceciderūt hoc vicio. Et hodie ſub
ſpūalitatis noīe nouū ſit fornicacō
nis genus a pluribus. ſꝫ dolendū
dicit. ꝙ hoc vicio non verecūdant᷑
hodie hoīes ſꝫ gloriant᷑. Aliq̄liſ in
mulieribus viget verecūdia licet
parua

Charitas

AD caritatē trāſiēs dicebat non
ſūum ſꝫ ſīmum eſſe p̄ceptuꝫ. q̄ dix
it. meū eſt p̄ceptū vt diligatis vos
inuicem. nā ex caritate oēs v̄tutes
generantur. vn̄ apl's. Si linguis
hoīm. ac̄. caritatē āt non habeā ni
hil ſum. Sꝫ caritatē habens benig
nus et paciens ē. vera āt caritas ē
etiam inimicū diligere. Sicut autē
non diligere malū eſt. ſic et nimiū
diligere. qđ eſt qn̄ aliq̄d diligitur
ſup̄ deum. et talis deo non ē dignꝰ
virtus vult mediū. Dilectio igitur
ex qua iſurgit luxuria. iuidia. p̄ter
miſſio obſeq̄oꝝ diuinorū imꝓba
eſt. punire malū caritaſ ē. pluſ me
liorem diligere iuſtū eſt. Sic ei di
ligendi ſūt hoīes vt bonitas exalte
tur et viciuꝫ deturpet᷑. Vbi caritas
ibi nulla iuidia. nulla ābicio. mur
muracō. detractio. vel irriſio. ſꝫ ōni
bus vna voluntas. hec āplectenda
nec iuanum gratia dei ſuſcipienda
ſꝫ hoc breui tp̄e ſeminādum qđ po
ſtea metamꝰ. venit enī mors tanq̄
fur. q̄re q̄ſ quiſ ſe exhibere dꝫ vt dei
miniſter in multa paciā. i tribula
tionibꝰ. in anguſtijs. in neceſſita
tibus. i plagis. i carceribus. i ſedi
tionibus. in laboribꝰ. in vigilijs. i
ieiunijs. i caſtitate. in ſciā. i longa
nimitate. i ſanitate. in ſpūſcō. in ca
ritate non ficta. i verbo veritatis. in
virtute dei.

MEndaciū. vaniloq̄um. et multi
loq̄um. et mala ſocietas fugienda
ſūt. Deus enī ē veritas. cui obſiſtit
mendaciū. et de v̄bo ocioſo et vano
reddēda ē ratio. et in multiloq̄o fre
q̄nter mendaciū. et vbi mendaciū
ibi pctm̄. Sermo iudicat q̄lis ē hō.
Et q̄lium ſocietate q̄s fruit᷑ taliſ ef
ficit᷑. Lupus cū agnis nō habitat
Plus q̄ ipoſſibile puto viꝝ i hoīs
opibus diutiuſ pmanē. q̄ aſſidua
vtitur ɔuerſacōe maloꝝ. Vn̄ pſal.
Cū ſcō ſcūs eris ac̄. Sicut āt mala
nocet: ita bona ꝓdeſt. prauuꝫ eſt ꝙ
hō bonus vel malus efficiatur niſi
ob ſocietatiſ cām. Coꝛ ei iuueniſ vt
tabula raſa. qđ recipit vſqꝫ ad ſe
nectā preſeruat. ¶ Itē nolite iurare
neqꝫ p celū ac̄. ſꝫ ſit ſermo veſter ē
eſt non nō. Nā cuius i ore frequēs
eſt iuramentū. i ipſo pua dei ɔgni
tio et dilectio. Jurās ei falſū deū ne
gat. Habet p̄ceptū ne ab aſſuma
tis nomē dei inuanum

ORacōibꝰ inſtate ꝯtinuis Valet eĩ multū freq̄ns oracō ⁊ deuō ⁊ lacrimis ꝯſperſa. Sic obtinuit Ezechias ſuā a dn̄o imutari ſn̄az Sic liberauit deꝰ Suſānā a mortis iudicio. Et ſic helias de celo pluuiā obtinuit. qd tribꝰ ānis ⁊ ſex mēſibꝰ clauſū fuerat.

DEmuz ad frēs de vita ⁊ morte loq̄ns ſic ait. Venit hora ad quaz natus ſū. hac ꝯdicōe veni vt exirē Nā ⁊ xp̄s mortuꝰ ē ⁊ ſurrexit. ꝑ qd ſpem firmiſſimā reſurrectōis habemus. Vn̄. Credo ꝙ redēptor meus viuit ⁊ ĩ nouiſſimo die de t͛ra ſurrecturus ſū. ⁊ rurſuz circūdabor hac pelle mea. ⁊ ĩ iſta ꝓpria carne videbo ipſū ſaluatorem meū. Quē viſurus ſū ego q̄ nūc loquor. ⁊ nō certe alius loco mei Et iſti ꝓprij oculi quibus vos video ꝯſpecturi ſūt. Sed ꝗs dudū vbicūqꝫ ꝑegrinatus ſū iā redeo ad patriā. ecce brauiū capio. ꝓ q̄ in agone cucurri. Ecce portum attingo quē deſideraui. Ecce de tenebris ad lucē. de ꝑiculis ad ſecuritatē. de inopia ad diuicias. de ꝑlio ad victoriaz. de triſticia ad gaudiū. de ſ͛uitute ad dn̄m. de tꝑali ad ꝑpetuuz. de fetore ad odorē ſuauiſſimū vehor. Hic cecus ſū ⁊ illūinor. vndiqꝫ vulneratus ⁊ ſanor. Hic ꝯtriſtatꝰ iaz letificor. Vita enī huiꝰ mūdi mors eſt. vita fallax. onuſta triſticijs. imbecillis. vmbratica. mēdax. q̄ florz ⁊ ſtatī areſcit. vita ꝑuās. fragilis momētanea ⁊ caduca. que creſcēdo decreſcit. plena laq̄is. ꝙ̄ btūs q̄ de tuis non curat vanis blandicijs. ꝙ̄ beatiſſimꝰ q̄ te ꝓpriuatꝰ ē ꝑ mortem q̄ dulcis ē eſt. ꝙ fugat febres ⁊ vulnera. extinguit famē ⁊ ſitim. Ergo iā bō mors ꝓpeā. ꝯſtringe cornu. arcū ſcutū gladiū ⁊ belluz. ſi moratis iā deficit pauliſꝑ ſpūs meꝰ ꝓpē multitudinem dolorꝝ meorꝝ. Et cū aſtantes lacrimas ꝯtinere non poſſent. vt refert Euſebius. dicētes ꝙ ſine prē paſtore doctore ⁊ refugio remanebat. cōdolentes ecc̄ie cōtra quā ſine obſtaculo inſurgerēt heretici. Ipſe ad eos aliq̄ntuluz lacrimās dixit. Cōfidatis in dn̄o ⁊ ĩ potentia v̓tutis eius. nolite timere. deus nullū ĩ ſe ſꝑantiū deſerit. viriliē agite cōfortet cor vr̄m. Mortuo eī moyſe deꝰ elegit ioſue. ⁊ pꝰ helyā helyſeū. nec ē etiā exinanita manꝰ dn̄i. nec oblitus ē deꝰ miſereri. Suſcitabit deus paſtorē cui dabit verbū euāgelizandi. ⁊ ille ingreditur ſine macula ⁊ opabitur iuſticiam

Euſebiū vt me audietis. ipſe erit vobis in prēm. cui filij obedietis ĩ caritate humilitate māſuetudīe ⁊ paciēa Et ipſū Euſebiū ꝯfortās ſuaſit. ꝙ fortis ⁊ hūilis eēt ſpez figēs in deū. ⁊ ꝙ ſecure vniuſa legis dn̄i loq̄ret. nec timēt. ꝙ cuz illis ē dn̄s cū q̄bus ē veritas.

AIt demū ad eū ſic. Cōſtituo te ſuꝑ ſocietatē iſtā vt euellas deſtruas ⁊ diſſipes edifices ⁊ plātes. oꝫ te eē irreꝓhēſibilē. ne a te correctꝰ vertat ĩ te ꝙ filia facis. tibi maior erit labor. ſꝫ maiꝰ ꝓmiū. Eſto ſobrius. prudens. pudicus. hoſpitalis ⁊ doctor. nulli violentiā facito. oēs eq̄liter dilige. ⁊ tāto plꝰ q̄nto melior eſt. nō ſis ꝑſecutor ſꝫ modeſtꝰ. nō

litigioſus nec cupid9. pdica v̄bū dei oportune. adq̄re oīb9 v̄ba q̄ p̄dices. Ihs ei reuelans miſteria docet oēm ſciam. p̄te exemplū bonoꝝ operū. ꝙ capite pacienti debilitatur corpus. vt ergo breuiter tedo ceam. oīa bō facies ſi deū timueris. Patri meo damaſo epō portuēn. facies mei memoriam. ſcribes vt habeat me in oracōnibus ſuis nec corrūpi dimittat opa q̄ tanto labore ɔtexui ab omnib9 iniquis ꝛ doloſis

Gaudiū ꝛ cōſolacōez habeo ꝙ virū mirabilem ꝛ multe ſcie ꝛ bonitatis Auguſtinū yponien. epm ōni pfectōe ꝛ v̄tute redimitū poſt me relinquo. ꝓpter quē multam fiduciā habeo in xpō ihu ſuſtentandi fidē nrām. Cui de me ſcribens roga to. vt tanꝙ fidel' miles pugnet. ne veniāt qd abſit mala gēti nrē. Dis ɔpletis ſingulariter frēs āplectēs illis dedit oſculū: orās ad xp̄m ſic

¶ Pie ihesu. v̄tus mea. refugium meū. ſuſceptor me9. ꝛ liberator meus. laus mea. i quē ſpēraui. cui credidi. quē dilexi. ſum a dulcedo. turris fortitudinis. ſpes mea a iuuētute mea. voca me dux vite mee. ꝛ p9 multa. peccaui nimis i vita mea. et malū corā te feci. nō te cognoui. ingratus ſui tot beneficioꝝ tuoꝝ. nō vt debebam te laudaui. forte multociēs veritatē tacui. in me cū pl'ſabas ad hoſtium cordis mei piger ſui vt te ſuſciperem reuerenter. corp9 putridū declinaturū in vmbrā nimio affcū dilexi. vanis v̄bis os inquinaui. mens mea non ſp fuit inſtamento legis tue. nō auerti aliqn̄ oculos meos ne viderent vanitatē. aures meas qn̄qꝫ v̄bis inutilib9 inquinaui. man9 meas ad pxi necitatē multotiēs nō extēdi. pedib9 ad iniquitatē cucurri. qd plura dicā. a planta pedis vſqꝫ ad verticē capitis nō eſt in me ſanitas. In fine cōcludēs Inclina ad me aurez tuā. vt de hac lacrimarū ꝛ miſeriaꝝ valle eripias me. ¶ Demū iuſſit corp9 ſuū ꝓpe p ſepe dn̄i nudū ſepeliri. vt illd ſecū ferret rediens qd portauit veniēs. vt nud9 egreſſ9 nud9 reuerteret illuc. ꝛ ſocietur terra terre. nō lapidibus. qd libet em̄ naturaliter appetit ſuum ſimile.

Recepit demū eucharistiā. quā cū vidit auxiliantib9 frīb9 pſtratus in terrā clamauit. dn̄e q̄s ego ſum vt ſim dignus ꝙ ſub tectum meū itres. meruit hoc pctōr hō. certe dn̄e nō ſum dign9. nunqd ego melior ſū ꝙ oēs prēs mei. Tu moyſi noluiſti vno ictu oculi te mōſtrare. nūc te humilias. ad hoīem deſcēdis. vt nō ſolū cū illo manduces ſz vt te manducet. ꝛ appinquāte ſacerdote ſe erexit adiut9. ꝛ genuflexis ꝛ cū lacrimis ſuū pectus pauiens dixit. tu es deus meus ꝛ dominus me9 q̄ pro me paſſus es. copioſe tractans de deitate ꝛ humanitate xpi. de ipſi9 baptiſmo. morte ꝛ reſurrectōe. aſcēſu in celū. viſibili aduentu in die iudicij. trens peccatores illam ſn̄iam expectantes. Subdens ꝙ ineffabilis eſt ammiratio ꝛ omnium nouitatū nouitas ꝙ quē celi mare ꝛ t̄re ꝛ oīa q̄ in eis

ſunt ɔcludere nõ pñt· tanta panis breuitas ɔtinet ſuis veretis accidẽtibus· q̄ nõ· vt humanis videtur ſenſibus panis eſt· ſꝫ totus illꝰ eſt ſicut i celo ſedet ad patris dextrã deus ⁊ homo· Et ponẽs frem̄ digre ſumẽtium· grauiter iuehit cõtra nõ digne ſumẽtes· durũ vbũ inſerens· q̄ q̃ vitam pueꝛſam ſacerdotis cognoſcit· ⁊ illũ ꝑ ſe celebrare facit· fit eiuſdẽ pctĩ cõſcius et pene pticeps· hoc maxime i alias nõ celebraturo ꝓcedit· Et poſt multam ɔmẽdacõem eucharilt ie. cuiꝰ ptem ponit cõſtitutio vrbani que in clementinis habet· ſic cõcluſit. Educ me de laqo iſto ꝓtector ⁊ gubernator meꝰ· firmamẽtum ⁊ refugiũ meum. dux meus rex meus et deꝰ meꝰ· in cuius cõmẽdo manibꝰ ſpm̄ meum· quẽ in crucis ſtipite redemiſti· reſpice dñe humilitatẽ meam· ſaluã fac animã meã· nec concludas me in manibꝰ inimici· hodie tecum ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis· vt inhabitẽ in domo tua i longitudīe dierũ i ſeculum ſeculi

His finitis vir glorioſus corpꝰ dñi ſuſcepit· ⁊ ad terrã ſupinus redijt. ⁊ manꝰ ad moduꝫ crucis ſ̄ pectꝰ tenẽs Simeonis ꝓphe vaticiniũ decãtauit· Quo finito i loco q̃ iacebat lux ad iſtar ſolis effulſit tanta q̄ aſtãtes morientẽ videre nõ poterant itantũ ſplẽdor vibrabat oculos eorũdem· Qua luce ad horã permanẽte quidã viderũt agmẽ angeloꝝ vndiq̄ꝫ diſcurrentiũ ſicut ſolitudines facere ſolent· Quidam hoc ñ viderũt ſꝫ audierũt voceꝫ de celo dicẽtem. Veni dilecte mi· tempꝰ eſt quo mercedem recipias pro laboribꝰ quos mei cauſa viriliter ſuppoꝛtaſti. Alij hoc ſolũ verbũ hieronimi audierũt. Ecce ad te venio pie ihu ſuſcipe quẽ tuo redẽpaſti ſãguine. Tũc lux diſparuit· ⁊ aĩa ſãctiſſima regnũ celorum adiuit odore mirabili qui pluribus diebus durauit i loco dimiſſo· Et dignũ fuit vt odoris clareret indicio q̃ ſuorum verborum odore ad veritateꝫ fidei multa mẽbra fetida reuocauit

Eadem hora Cyrillus orans in cella raptus in ſpũ vidit vt ſcribit Euſebius ⁊ Cyrillꝰ ipſe fatet· iter quoddam ſecioſum de monaſterio hieronimi vſq̄ꝫ ad celum· ⁊ multitudinem ãgelorum alternatiꝫ cũ melodijs ⁊ cãtibꝰ cereos deferentium· ⁊ aliam nõ minorem iſtis obuiam venientem· ibidem hieronimi aĩa precioſa petit ab illo· agnoſcis ne me· ad quaꝫ ille minime· Ac illa· fuit tibi de hieronimo aliqua cognitio. qui rñdit· illuꝫ affectu diligo ſingulari· Ac illa· Eius ſũ aĩa que gloriã obtineo quã ſpectabam· Ad meos pergito filios ⁊ q̃ vidiſti nũcia vt a mei luctu deſinãt ⁊ ſtatiꝫ ɔgaudeãt· Euanuit ſtatiꝫ viſio ⁊ cyrillus in ſe reuerſus vix p̄ gaudio lacrimas cõtinere potuit ⁊ hoc fratribꝰ iſinuauit. hec Euſebiꝰ

Sed q̄ Auguſtinꝰ in epl'a ſua· de qua ſ̄ duas alias viſiões adiũgit illas hic inſero· Refert q̄ die ⁊ hora mortis hieronimi meditatus ſibi ſcribere epl'am querentem de

aīarū beatoꝝ gloria exiſtens ꝓpō
nie itra cellā iaꝫ carta ꝛ calamo p̄
paratis dū ſalutationē ſcriberet i
effabile lumen alias īuiſū cū ieffa
bili odorū fragrātia cellā intrauit
Ex q̄bus ſtupefactus manēs vocē
audiuit dicētem. Auguſtie augu
ſtine q̄d queris. Et ſubdit ſi puta
bat breui vaſculo totū mare trahē
qꝫ orbem icludere. firmare celoruꝫ
motus ne currāt. vel videre audire
vel intelligere q̄ oculus non vidit
auris nō audiuit ꝛ ī cor hominis n̄
aſcendit. vel ſi putabat infinituꝫ
finire immenſū mēſurare. dicēs id
ſcire non poſſe ad qđ tēdebat niſi
p experientiam ſuadens eū ſic opari
ꝙ illa ſecū itelligeret vite curſu fi
nito. Dicit āt Auguſtin⁹ ꝙ lꝫ pa
uidus tremulenta voce inquiſiuit
q̄s eſſet. vox āt reſpōdit. ꝙ eſſꝫ aīa
Hieronimi illa hora completorij a
corpe ſepata pgens ad regna celo
rum. Auguſtin⁹ āt viribus recolle
ctis rn̄dit. vtinā virorū eminētiſſi
me cui mererer eē pediſſecus. ſe illi
us ſuffragijs recōmendās. Demū
petita licentia q̄rendi queſiuit. Si
beatoꝝ aīe aliqua velle poterāt q̄
obtinere neq̄rent. q̄ reſpōdit. illas
ſic ſolidatas video ꝙ nulla ineſt
eis volūtas niſi dei. ꝛ nil velle pn̄t
niſi qđ deus vult. ꝛ iō que volunt
obtinere poſſunt. Subdens ipſe Au
guſtin⁹ ad Cyrillum. ꝙ de vnitate
trinitatis ꝛ eius trinitate. ꝛ de ge
neratione filij ꝛ pceſſione ſpūſſan
cti. de āgelicis ierarchijs ꝛ ordib⁹
ꝛ eoꝝ ſpūuꝫ miſterijs ꝛ aīaruꝫ fe
licitate ab ipſa anima pleniſſime

fuit inſtructus. ꝛ demūꝫ lux diſpa
ruit. multis tn̄ diebus ineffabilis
odor manſit. cuius hieronimi reli
quias in bethleem ſe viſitatuꝝ aſ
ſeruit ¶ Addidit ſe habuiſſe a Se
uero beati quodā Martini diſcipu
lo. ꝙ illa hora cōpletorij ꝛ mortis
hieronimi Turonis i domo ſua ex
iſtens cū tribus. quoꝝ duo mona
chi erāt monaſterij beati martini.
ſimul audiuerūt vocē cātuum ſua
uiſſimoꝝ ineffabiliuꝫ ꝛ icredibili
um. itē organoꝝ. itē pſalteriorum.
ꝛ tocius ſimphonie ꝛ inſtrumēto
rum ſonos quib⁹ celū ꝛ terra reſō
nare videbantur. oculos leuantes
lucē viderūt ſole clariorem. ex qua
oīm odoruꝫ erumpebant aromata
Videntes hec mirāda deū rogarūt
vt eos p̄dictoꝝ cā nō lateret. Quib⁹
vox de celo narrauit hec euenire. q̄
xp̄s cū āgelis. patriarchis. ꝓphe
tis. apoſtolis. diſcipul' martirib⁹.
cōfeſſoribus. ꝛ v̄gine glorioſa cū
comitata v̄ginibus ꝛ beatorū aīa
bus Hieronimo tunc in bethleem
mortuo ipſius aīe feſtinus occurre
bat. vt illā tanto pre ceteris hono
rificētius excellentius ꝛ ſublimi⁹ i
troduceret in regnū ſuum. quanto
ille pre ceteris fulgebat ſublimio
ris ꝛ ſanctioris vite meritis ꝛ do
ctrinis. Hec Auguſtin⁹ vbi ſ.

Euſebius āt inſertis in epl'a
ſua de ſepultura ꝛ miracul'. de q̄b⁹
infra dicā. lamentacōes faciebat. i
ter cetera ſic dicēs. O mors crudel'
nō illi ſ mihi ꝛ toti ecc'e. cui fortē
puiſti athletam. cuius ſimilis nō

remanet in doctrina virtute ⁊ ſan
ctitate. Hic princeps pacis. dux iu
ſticie. doctor veritatis ⁊ equitatis.
armiger intemerate fidei. ⁊ cōtra
hereticos bellator fortis. cuius ſa
gitta nunq̄ abijt retrorſum. nec
declinauit clipeus eius in bello. et
eius haſta nunq̄ eſt auerſa. In
cliti chriſtianorum plebis flete.
quoniam cecidit dux noſter. ſicca
catus eſt fons vite. ⁊ diſparuit ve
na aquarum viuentium. ⁊ tu ter
ra quare audes retinere hominem
non tuum. ⁊ qui etiaȝ nil geſſit ter
renum.

Ad conſolationem demuȝ ſe vol
ues dicebat. Ceſſet dolor. abſit tri
ſticia que remedium non tribuit
dolori ſed auget. Si patreȝ noſtrū
diligimus. eius leticia gaudeamꝰ
hodie obtinuit quod deſiderauit.
deuictis hoſtibus triumphauit. ex
pletis laboribus ſine fine requie
uit. vbi omne gaudium eſt omniſ
qȝ ſuauitas. vbi ſolennitas ange
lorum. vbi ſocietas ⁊ caritas om
nium ciuium ſupernorum. vbi nō
expectatur glorie minoracō ſed au
gmentum. cum omnium vniuerſa
lis erit reſurrectio mortuorum. vbi
tunc corpus cuiuſlibet beatorum ſi
mul cum anima predictam glori
am quam nunc ſola poſſidet aīma
ſine interminabili poſſidebit. depo
nens igitur Hieronimus huius
mundi vitam caducam vanam et
fallacē leticiā. pōdꝰ amariſſimū.
⁊ grauem ſarcinam. optimam ele
git partem que non auferetur ab
eo. Quare gaudendum exultandū
cantandum nobis eſt ⁊ pſallendū
Et ſic concluſit. Vale Hieronime
glorioſe. noſtri ſemper faciens a
pud deum memoriam. vt tua piiſ
ſima interceſſione poſſimus. et in
preſenti ab omnibus protegi no
ciuis. ⁊ in futuro gaudia que iam
tu poſſides adipiſci. Amen.

Excuſetur prolixitas que tam
vt dixi ex quinqȝ partibus qua
tuor decurtauit. ⁊ dicam cum Hie
ronimo ad paulinuȝ ſeptimo vbi
de Eſdra loquitur. Cernis me amo
re ſcripturarum raptum exceſſiſſe
modum epiſtole. nec tamē impleſ
ſe quod volui. Ex predictis etiam
immenſam Hieronimi ſapientiam
collige. que nec in vite receſſu defi
cit. nam ſimul ipſius ſpiritus et e
gregiorum documentoruȝ curſus
extractus eſt. Concludo ergo per
hos verſus ſequentes ab antiquo
compoſitos.

Aurea dicta patris monſtrant ti
bi gaudia pacis.
Si placeat vere Hieronimi iuſſa
tenere.
Que ſibi credentes prouehunt ſu
per ethera mentes.

# Reſtat ex quo

Remiranda ⁊ miracula q̄
obuenerunt in vita. et
ſui obitus ſerieȝ. ⁊ que mortis tem
pore docuit vidimus. ad miracula
ſecundi temporis ſcilicet quo poſt
mortem corpus iacuit inhumatuȝ
ſtilum conuertere.

Narrat Euſebius ſe cum
multis vidiſſe quendā
non cecatum ſed natiui
tate cecum: corpus illud tangendo
viſus beneficium recepiſſe. ⁊ certe
decuit in ceci corporis lumine mira
culum fieri per illum qui tot cecos
illuminauerat intellectus.

Item ꝙ cuidam iuueni ſurdo ⁊
muto corpus ſanctiſſimum oſcu
lanti. ſoluto aurium ⁊ lingue liga
mine. ſubito loquendi ⁊ audiendi
gracia eſt conceſſa. Et decuit vt ta
lem in morte ſanaret is qui ſpiritu
aliter ſurdis ⁊ mutis curas innu
merabiles propinauit. Item he
reticus quidam illud glorioſum
corpus dicens publice ⁊ cum blaſ
phemia dignum incendio. vltio
ne diuina ad hereticorum formidi
nem in ligni ſpeciem eſt mutatus
et ſubito videntibus qui aderant
ignis de celo deſcendens illum cō
buſſit ⁊ reduxit in cinerem. prop
ter quod tam patens miraculum
multi heretici ad lumen fidei ſunt
reuerſi. Item infirmi plures ſūt
curati. ⁊ demoniaci tunc ⁊ poſtmo
dum ad eius tumulum ſanati. de
monibus clamantibus. Sancte
Hieronime viuus ⁊ mortuus fla
gellum noſtrum cur nos tam vehe
menter inſequeris

Ad tercium tempus ſcilicet
poſt ſepulturam de ipſo
nudo factam ante preſepe domini
noſtri vt ipſe mandauerat. ꝙ ſi
cut prolixioris eſt temporis. ſic ⁊
plurium miraculorum numerum
continet: veniamus. Et eſt aduer
tendum ꝙ non ſine dono ⁊ priuile
gio ſingulari diuina prouidentia
benigne diſpoſuit. vt idem locus
chriſti ingreſſum. ⁊ hieronimi nū
ciaret egreſſum; quod in tranſlati
onis actu noluit iterari. cum ipſi
us doctoris corpus tranſlatum ad
vrbem prope locum vbi in eccle
ſia ſancte Marie maioris preſepe
domini figuratur fuerit collocatum
Ne autem ipſius tranſlationis
modus ignoretur ⁊ tempus ante
omnia Eſt ſciendum. ꝙ Cyrillus
in fine illius epiſtole ad Auguſti
num. de qua infra dicetur ait. ꝙ
cum vna cum ſuffraganeis ⁊ catho
licorum multitudine conueniſſet
dominica poſt penthecoſten vt in
tumulo marmoreo decoro valde.
ad hoc fabricato transferrent bea
ti Hieronimi corpus in terra ſepul
tum: ſacris indutus veſtibus fode
re cepit. ⁊ demum euacuata fouea
repertum eſt ꝙ illud in nulla par
te terram tangens in aere mane
bat incorruptum ⁊ integrum. ⁊ in
de leuatum ⁊ ſuper altare poſitum
fuit. vt reliquie ſanctiſſime a popu
lo viderentur. Refert autem ꝙ tunc
ceci ſedecim recuperauerunt viſum
Tres enim demoniaci cathenis li
gati ſanati ſunt. Filius vidue pre
ſura tunc mortuus per matrem in
foueam tunc poſitus reuixit. Quod
videns alia mulier cuius filius tri
duo mortuus fuerat. illum exhu
matum in eandem foueam poſuit.
⁊ ſpiritum vite recepit

Circa veſperas autem poſt p̄re
dicta miracula. corpus de altari le
uatum fuit. poſitum in monumen
to predicto. ſed mane monumen
tum vacuum eſt inuentum. et cor
pus ſanctiſſimum fouee priſtine
reſtitutum. De quo Cyrillus admi
ratus refert nocte ſequēti ſibi dor
mienti beatum Hieronimum appa
ruiſſe. ⁊ inter multa dixiſſe. corpus
ſuum de fouea qua iacebat de cete
ro non trahendum. donec ciuitas
Hieruſalem ab infidelibus capere
tur. ⁊ tunc romam portaretur. Mul
to ibi tempore requieſcens. quod
epiſcopis aliiſqȝ clericis enarrauit
hec Cyrillus. ¶ Continuando au
tem in quadaȝ legenda de Roma
tranſmiſſa reperi. q̄ lapſo poſt
mortem Hieronimi glorioſi mag
no curriculo temporis Hieruſalez
deſtructa fuit ⁊ a barbaris occupa
ta. ⁊ cum fere omnium ſanctorum
eſſet orbata reliquiis. ſolo corpore
beati Hieronimi in partibus illis
relicto. Idem glorioſus doctor ap
paruit vni monacho ibi degenti.
Mandans corpus ſuum Romam
deferri. ⁊ in eccleſia dei genitricis
ad p̄ſepe dn̄i reponi. Qui per trinā
viſionem admonitus ſurrexit. ⁊ be
ati Hieronimi ſanctas reliquias
accepit. Romamqȝ cum duobus
comitibus venit. ⁊ in predicta ba
ſilica loco humili ſicut ipſe man
dauerat ante preſepe domini aſſi
ſtentibus canonicis ipſius baſili
ce deuote repoſuit. ⁊ ſic vir ſanctus
in celo triumphans illius baſilicā
voluit honorare quā in terris mili
tans magnis preconiis extulit et
deuotiſſime laudauit.

Ad Cyrillum Auguſtinus
ſcripſit epiſtolam. in qua
narrauit ſuam duplicem de Hiero
nimo viſionem. que due ſupra in
ter epiſtolam Euſebii ſunt inſerte
⁊ eadem epiſtola requiſiuit eundē
vt ſibi ſcriberet prodigia homini
bus inſueta. que deus per beatum
Hieronimum fecerat vt ipſuȝ glo
rioſum ⁊ celebreȝ faceret huic mū
do. Qui Cyrillus requiſitioni parē
do premittit. q̄ quia Euſebius diſ
cipulus Hieronimi ad ipſum Au
guſtinum ⁊ ad plures alios plene
ſcripſerat mortis ſue ſeriem ⁊ ipſi
us Cyrilli viſionem. in illis non
inſtans tranſit ad miracula a pre
dicto Euſebio inchoando. ¶ Dicēs
q̄ poſt obitum Hieronimi glorio
ſi inter grecos hereſis ſecta ſurrex
it. que quia vbi vicium oritur non
finitur ad latinos vſqȝ peruenit. te
nens q̄ anime beatorum vſqȝ ad
vniuerſalis iudicii diem quo cor
poribus coniungentur priuabun
tur cognitione ⁊ viſione diuina.
in quo tota die conſiſtit beatitudo
ſanctorum. De damnatis idem di
cens ſcilicet. q̄ vſqȝ ad diem illam
nullis penis cruciabuntur. Et ipſo
rum ratio talis erat. Sicut enim a
nima cum corpore meruit vel pecca
uit. ita etiam cum corpore premia
recipiet ſiue penas. Negabant eti
am illi purgatorii locum eſſe. in

quo fides noſtra tenet aīas pur-
gari· que de ſuis peccatis in hoc ſe-
culo plenam penitentiā non ege-
runt. Crebreſcentibus autem his
ꝛ per id fidelium dolore creſcente.
Cyrillus ſuffraganeos ꝛ viros ca-
tholicos conuocauit· illis ieiunia
et orationes indicens· vt deus ſic
fidem ſuam agitari non ſineret.
Quorum tribus diebus expletis·
nocte ſequenti Hieronimus glori-
oſus manifeſte apparuit Euſebio·
adhuc orationibus incumbenti· il-
lum confortans ꝛ aſſerens illi ſecte
finem velociter imponendum· Ad
quem Euſebius lacrimans clama-
bat· Pater meus hieronimus es
Et hec iterans ait· cur me deſeris.
Ad quem Hieronimus· Non te fi-
li dilectiſſime deſeram· vigeſimo
nanqꝫ die me ſequeris ꝛ ſimul in
gaudio manebimus ſine fine.
Sed Cyrillo cunctiſqꝫ fratribus
nuncia· vt die craſtina iuxta p̄ſepe
domini vbi corpus meum requieſ-
cit in vnum conueniant tam catho-
lici q̄ illius ſecte viri· ꝛ tu trium
virorum qui in hac vrbe iſta no-
cte ſunt mortui corpora inhuma-
ta in loco in quo meū corpus eſt
humatum facies deportari· Super
quibus ſaccum quo vtebar po-
nens· ſtatim vite priſtine redditi
hanc hereſim radicitus extirpa-
bunt· Cui valedicens Hieronim9
diſparuit· Mane facto hec omnia
Euſebius Cyrillo narrauit· qui deo
ꝛ beato hieronimo gratias agens
vbi et prout iuſſit hieronimus
congregationem fieri fecit· ꝛ mor-
tuorum corpora ibi ferri· Deride-
bant hec illius ſecte cultores: qua-
ſi exinanita eſſet manus domini·
Accedens autem Euſebius ad ſin-
gulorum corpora flexis genibus
ꝛ manibus in celum extenſis cun-
ctis audientibus orauit· vt deus
cui nihil eſt impoſſibile· ꝛ qui non
ſpernit ſperantes in ſe· per interceſ-
ſionem beati hieronimi in illa cor-
pora reduceret animas quas de il-
lis eduxerat. Demum ſingula cor-
pora ſacco quo ſuper carnem bea-
tus hieronimus vtebatur tangēs
in ipſorum quodlibet ſpiritum vi-
te induxit. Qui tres apertis oculis
ꝛ omnibus vite ſignis oſtenſis
perfecte reſuſcitati ceperunt anima-
rum beatorum gloriam· ꝛ peccato-
rum penas tam purgatorij q̄ infer-
ni nunciare clara voce· Nam ꝛ po-
ſtea Cyrillo retulerunt· q̄ beatus
Hieronimus illos conduxerat ad
paradiſum purgatorium ꝛ infer-
num· vt que ibi agebātur patefa-
cerent vniuerſis. Illiſqꝫ dixit q̄ re-
dirent ad corpora ꝛ de peccatis ſu-
is penitentiam agerent· quia die ꝛ
hora qua Euſebius migraturus e-
rat morerentur· ꝛ ipſi ſi bene age-
rent cum ipſo gloriam acciperent· ꝛ
ſic fuit vt infra dicetur. Multitudo
ergo tam fidelium q̄ illius ſecte
virorum tam certum erroris indi-
tium· veritatis experimentum· et
beati hieronimi merita cernens·
immenſas laudes deo ꝛ beato hie-
ronimo reddiderunt.

Breuiter ſubdendū eſt. ꝙ aduemente die tercio ante diem quo ſcd̄m aſſertionem Hieronimi erat Euſebius moriturus: ipſe febribus grauatus magiſtri non immemor. ſe nudum ſupra terram deferri fecit a fratribꝰ ſingulos oſculans confortans et ammonens vt in ſancto propoſito remanerent. ſaccum hieronimi ſupra ſe poni iuſſit. Mandans ſe nudum extra eccleſiam in qua iacebat hieronimus ſepeliri. ⁊ eucharistia ſuſcepta ſe deo ⁊ beato hieronimo recommendauit. ⁊ ſic per triduum iacuit locucione ⁊ viſione corporali priuatus. Circumſtantibus fratribus ⁊ alternatiꝫ pſalterium ⁊ paſſionem domini ⁊ alia ſacra legentibus. Apparuit hoc durum ⁊ formidabile valde. Nam per duas horas ante morteꝫ fecit Euſebius tam terribiles actus ꝙ aſtantes merito formidabant. clamans quandoqꝫ tranſuerſis oculis facie terribili manibus ſimul iunctis voce dira. non faciaꝫ non faciam. mentiris mentiris. poſtꝰ id faciem firmabat in terram clamans. adiuuate me fratres ne peream. Et fratribus interrogantibus quid habebat reſpondit. Nonne videtis agmina demonum qui debellare me cupiunt. Et illis querentibus quare dicebat. non faciam non faciam. Reſpondit. conantur vt diuini nominis blaſphemꝰ inueniar. Et illis querentibus quare faciem ſuam abſcondebat in terram. Reſpondit. Ne illius aſpectum cernerem qui tam turpis ⁊ horribilis eſt. ꝙ eius viſio omnes penas excedit. Inter hec verba actꝰ priores iterans ad extremam horam peruenit. Tunc beatus hieronimus illi apparuit benigne confortās eū. in cuius aduētu demonum turba perterrita velut fumus euanuit. vt plures teſtantur monachi. qui aſſerunt id vidiſſe ex diſpenſatione diuina. In hoc omnes qui circumſtabant concordāt ꝙ hec vox Euſebij fuit intellecta. Vnde venis pater. quare tantum moratus es. q̄ſo tuuꝫ filiū nō relinquas. Cui alia vox reſpondit. Expecta fili ne formides. quia te non deſeram. poſt que paruula mora Euſebius expirauit. Cui graue erat ab illo vita distrahi. cui cupiebat morte coniungi. quod interdum grandis ⁊ honeſtiſſimus amor agit. Eadem hora hij tres qui ſuſcitati fuerant migrauerunt. de quibus ſperandum propter multam penitentiam quam tunc fecerāt ꝙ cum Euſebio in patria ſint locati.

¶ Interpoſuit hic antē Cyrillꝰ multa que ab illis reſuſcitatis didiciſſe dicit ſe. que licet vtilia ſint nō decidi. tum ꝗ̄ principali ꝓpoſito ſubiecta nō ſūt. tū ꝗ̄ deo duce cplʼe illiꝰ copia deinceps habebit. In funeracōe āt ſui Euſebius cecū illuminauit. ꝗ̄ ſuum corpus facie tetigit. demoniacum liberauit qui funeri dū portabatur occurrit. Fuit autem ſepultus nudus iuxta eccleſiam in

qua corpus glorioſi Hieronimi eſt humatum. In cuius eccleſie cimiterio illorum qui etiam eadem hora ſunt mortui fuerunt corpora tumulata.

Circa Sabinianum hereſiarcham nunc aſtandum. qui duas voluntates aſſerebat in chriſto. ⁊ quod peius eſt ſibi quandoqꝫ diſcordes. inducens illud quod in euangelio chriſtus dicit. Pater ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte. Eliciens ex hoc per ſuas pene inextricabiles rationes. ꝙ vna voluntate renuit paſſionem. ⁊ alia voluntate coactus ſubiuit eandem Ex his etiam ſubdens. ꝙ multa chriſtus voluit: que obtinere non potuit ¶ Compoſuerat etiam de hoc opuſculum quod beato hieronimo totius veritatis ſpeculo imputabat. ⁊ quia ſciebat Cyrillus Hieronimū ad Auguſtinum paulo ante ſuum obitum epiſtolam ſuper huius erroris deſtructione ſcripſiſſe. Sabinianum predictum cum ſuis ſequacibus requiſiuit. vt ad diſputandum ſuper eo certa die dominica in Iheroſolimitana eccleſia conuenirent. Quo quidem die Cyrillus cum ſuffraganeis et certis catholicis ⁊ ipſe Sabinianꝰ hereſiarcha cum ſuis nephandis in predicta eccleſia adunatis. Fuit diſputatio in nonis incepta ad veſperas protelata. Et dum Sabinianus opus illud intitulatū hieronimo. ſed a ſe compoſitum contra catholicos allegaret: ꝫ ſuſtinere non valens bone memorie Siluanus archiepiſcopus Nazareth. qui tanta deuotione colebat hieronimum. ꝙ in ſuis geſtis ſemper diuinum nomen ⁊ beati hieronimi proponebat. Vnde quaſi ab omnibus hieronimus dicebatur hereſiarcha: increpauit eundem. Et dum inter ipſos fuiſſet longa ⁊ dura contencio ⁊ alternatim conuiciaſſent obprobria. in fine ſic pariter ambo ſtatuerunt. ꝙ ſi vſqꝫ ad horam nonam diei proxime ſubſequentis illud opꝰ fuiſſe falſe compoſitum beatus hieronimus euidēter oſtenderet hereſiarcha predictus puniretur. Sin autem archiepiſcopus idem ſupplicium pateretur. Singulis ad propria remeantibus catholici tota nocte orationibus vacauerunt. Die ⁊ hora ſtatutis hereſiarcha cum ſuis in eccleſia veniens diſcurrens ⁊ rugiens dei ſeruum deuorare querebat. Stabat contio fidelium in eccleſia hieronimi clamans nomen. qui aures claudebat vt mirabilior appareret De quo tamen Cyrillus admirās lacrimas profundebat. ⁊ cum nil miraculi appareret Siluanus ad ſupplicij locum quaſi ad nupcias pergens intrepidus ſic epiſcopos ⁊ catholicos confortabat. Exultate mecum cariſſimi ⁊ gaudete ⁊ nolite triſtari. quia non derelinquit deus ſperantes in ſe. Si vero non exaudiat. plꝰ meis perpetratis neqcijs merui. Pꝰ hec genua flectēs

inquit. Sancte Hieronime adeſto
mihi ſi placet. quanq̃ hoc et maio
ri ſupplicio dignus ſum. tamen ne
falſitas locum teneat. veritati ſuc
curre. q̃ ſi fas non eſt vt adiuues
propicius eſto in horã mortis. vt
glorie finis neſcie non ſim expers.
Hec dicens ſpiculatori collum pre
buit. et vt feriat ipſum rogat. Qui
leuauit enſem antiſtitis caput vno
ictu cupiens amputare. Adeſt ſu
bito beatus Hieronimus et cunctis
cernentibus extenſa manu tenens
enſem Siluano imperans vt exur
gat. Deinde hereſiarcham incre
pãs et ſcripturas falſe compoſitas
innuens. eique minans hieronimus
diſparuit. et confeſtim caput here
ſiarche terram peciit a corpore de
truncatum. ac ſi fuiſſet ſpiculato
ris enſe vnico ictu amputatum. per
quod quidem miraculum hereſiar
che diſcipuli ſtupefacti ad verita
tis tramitem redierunt.

De ſiluano aliud non minus mi
rabile eſt iungendum. cuius om
nes illius temporis homines de
Nazareth et de Bethleem teſtes e
rant ex viſu. Dyabolus ſiluani in
uidens ſanctitati. vt enim ipſum in
famem redderet nocte quadam ip
ſius formam aſſumens apparuit
cuidam nobiliſſime mulieri iam i
lecto manenti ſui corporis requi
rens aſſenſum. Mulier vero duras
voces emiſit. Ad quas traxerunt
non ſolum domeſtici ſed etiam con
uicini. Serpens autem ſub thoro
latuit. Ad dictum pauide mulieris
dicentis. hominem quendam ipſi
us intraſſe thalamum: diu perqui
rentes qui accurrerant illum fina
liter inuenerunt. quem intuentes
Siluanum archiepiſcopum credi
derunt. et ſtupefacti propter opini
onem ſanctitatis illius interroga
uerunt. cur tantam nequiciam per
petraſſet. Ac ille reſpondit. Quid
mali feci. ſi mulier iſta ad ſui coi
tum me inuitauit. Quod mulier
audiens. eum mentitum lacrimãs
correſpondit. Tunc ille vt aſtan
tes magis ad ipſius odium inci
taret. cepit horrenda loqui. que ſu
ſtinere non valentes qui aderant
illum cum contumeliis et obprobri
is extra domicilium expulerunt.
Mane autem predicta narrantes
Siluanum hypocritam et dignum
incendio acclamabant. Qua de re
commota eſt ciuitas contra illum.
et nomen ipſius ſinguli blaſphe
mabant. Volat ad eum tanti fa
ma diſcriminis. cuius cor manet
immobile. et os ad murmur non
mouetur. gratias agens deo. et ſe
id aſſerens meruiſſe. Nam et Cyril
lus ſepius ſe aſſerit ab illo audi
uiſſe ſe nunq̃ tantum fore felicem
quantum cum ſe ab hominibus
deſpici et conculcari cernebat. Vo
lauit infamia in alexandriã cyprũ
et ciuitates affines. Reuoluto au
tem anno Siluanus archiepiſco
pus Nazareth occulte deferens. et
ad eccleſiam in qua glorioſi Hie
ronimi req̃eſcit corpus humatum

tanq̄ ad refugij portam veniẽs· ſe
in ſepulture locū poſuit· oraturus
q̄ſi p̄ duarū horarū ſpaciū ſic manē
te· vir neq̄ intrauit q̄ velut draco
cucurrit ad ſiluanū quē ſup ſepul
turā vidit orātē· ⁊ illi imꝑperās qꝛ
mulieres ad ſuam libidinem inci
tabat· gladiū de vagina trahens
dexterā eleuauit vt illū in ſiluani
guttur imergeret· Cui cū hoc vbū
ſuccurre hieronime ſiluanus oppo
neret· ille in guttur ꝓpriū gladiū
leuatū imerſit: ſua dexterā retrouer
ſa· Supueniēs alter neq̄ſſim⁹· vti
hoc vidit extimās hoīem illū p̄ dei
virū neq̄ter iteremptū· illū īterficē
conabat̄· ſ; qd̄ p̄mo acciderat· etiā
euenit huic· Statī duo alij eccl̄iam i
trauerūt· qd̄ vidētes ignari dīmi iu
dicij· ſcelus illd̄ factū a dei homine
putauerūt· Quorū vn⁹ p̄ alio graue
ferens alte clamauit· latro mulie
res ad tuā libidinē ꝓuocas· ⁊ occi
dis hoīes in occulto· certe tue neq̄
cie finis erit· ⁊ currens vt illū extin
gueret enſe nudato· ⁊ ſiluano cla
māte· ſuccurre hieronime· vir ille
vt duo p̄mi ſe ſua manu ⁊ ēſe ꝓpo
interfecit· Qd̄ ſoci⁹ maleficijs fcm̄
putans ad fores vadēs clamauit·
occurrite qꝛ ſiluan⁹ nō ſolū mulie
res vitupat· ſ; ⁊ hoīes incātationi
b⁹ ſuis necat· Cōcurrit ſex⁹ vterq;
verberauit aera voces· cōbuſtione
dignū ſiluanū neq̄ſſimū acclamā
tes· Currit illuc Cyrill⁹ triſtis ⁊ la
crimans· vidit ſiluanū letum ac ſi
ꝓſperis fungeret̄ dicētē; hoc ſolū
iuſte patior· qꝛ in deū meū peccaui
verberat̄ inocēs· capitur vt ad ſup
plicium dedūcatur· Cyrill⁹ indicē
bat manu ſilentiū· ſ; ꝓplus āplius
inflāmatur· Cūq; ſiluan⁹ extra ec
cleſiam duceretur· Hieronim⁹ exi
ens viſibiliter de ſepulcro cunctis
apparuit· tanto circūfulſus lūie· q̄
intuētiū cū oculi vibrabātur· qui
ſiluani dexterā capiēs ſua dextera·
p̄cepit illū p̄ tenētes idilate dimit
ti· cui voci nōdū ſimite paratū ē· Nā
⁊ tenētes tantus timor inuaſit· qꝛ
velut mortui ceciderūt· Inter hec de
moniaca quedam ꝯpedib⁹ ⁊ man
cis ferreis alligata· pluib⁹ hoīm
manibus ducebatur ad eccl̄iam li
berāda· ⁊ cū pes mulieris tetigit
limē eccl̄ie emiſit dyabolus terribi
les voces dicēs· Miſerere mei Hie
ronime qꝛ p̄ te crucior· Cui Hieroni
mus· nephāde ſpūs exi ab hac dei
famula· ⁊ tuas detege q̄s erga ſil
uanū egiſti fallacias· i ſiluani for
mam hoīibus te demōſtrans· qd̄ de
mō fecit· ita qꝛ p̄ oēs ſiluan⁹ archi
epiſcopus videbatur· ⁊ rem quam
fecerat vt ſiluanū infamē redderet
enarrauit· His dictis cū clamore de
tēplo diſparuit· Hieronim⁹ at dex
terā non relinquēs leui voce q̄ſiuit
ab illo· Quid ipſū factuz optaret·
q̄ rn̄dit· mi dn̄e vt me ſ; ampli⁹ nō
relinq̄s· Ad quem Hieronim⁹· qd̄
poſtulas ita fiet· hoc dicto diſpa
ruit· ⁊ ſiluan⁹ poſt vnius hore ſpa
cium expirauit· Concurrit viroꝝ
mulierū ⁊ puerorum multitudo· q̄
rum lacrimis terra madet· quia q̄ſ
qꝫ ſe in ſiluanum archiepiſcopū
peccaſſe clamabat· nocte enim to
ta multitudo populi de illa eccleſia

nõ recedit. Maſſe facto Nazareth
portatus i ipſiꝰ loci ecctẽ ſepelit.
Eximiũ de duobꝰ alexãdrinis
miraculũ narrat Cyrillꝰ. qđ dicẽs
bi notũ pñ ex viſu ⁊ pñ ſidedigno
rũ teſtiõio. ꝙ duo lʒ gẽtiles alias
boni in deuo tõe hieronimi feruidi
ipſius reliq̃as de alexandria cepto
itinere viſitabant. In via ɔtigit ꝙ
a tramite deuij ingreſſi ſũt nemꝰ.
vbi hoim vel equoꝝ veſtigia non
patebãt. q̃ hieronimũ inuocãtes
ſe illius cuſtodie tradiderunt. ſed
habitabat i nemore caterua latro
nũ quingentoꝝ ⁊ vltra. quoꝝ pri
ceps nũc hos nunc illos mittebat
ad occiſiones ⁊ ſpolia referenda.
Qui hos intuens tranſeũtes miſit
tres ad illoꝝ mortẽ ⁊ ſpolia. q̃ a ꝓpi
quantes eiſdem q̃s duos añ cerne
bant. tũc quaſi innumerabiles eẽ
vident. quos vnꝰ p̃ibat tanto lũie
illuſtratus ꝙ intueri non poterat.
Apprehẽdit illos timor ſtupor ⁊ ad
miratio ⁊ ad mittẽtem redire cepe
runt. Elongati ãt ⁊ retrouerſi ſolũ
illos duos eẽ viderẽt ⁊ ſe putantes
illuſos ad illos redeunt. quibꝰ ꝓpi
quantes multitudinem viderũt vt
prius ⁊ ſic amplius ſtupefacti ad
ſuũ p̃ncipem redierũt. Qui auditis
que viderãt illos fatuos exiſtimãs
⁊ grauiť increpãs. aſſumptis du
odecim currit illuc. peregrinos du
os eſſe cernũt a longe. ſed ꝓpinqui
vt p̃mi viderãt ſic ⁊ iſti. eoꝝ cor
trepidat. tremunt paſſus. tandem
latẽter eos ſequi deliberãt ⁊ videre
quid accidet. Timent etiaʒ peregri
ni. ſed poſt ſolis occaſum deſtituti
cõſilio ad latrones quos viatores
putabãt cõſulendos accedunt. q̃s
latrones illi duos ſolos tũc eẽ cernẽ
tes obuiauerũt eiſdem ſemiuiueʒ ſa
lutantes. Querũt latrones qui ſint
vnde veniãt. ⁊ quo vadãt. q̃ ſe ale
xandrinos dixerant eũtes in beth
leeʒ ad glorioſi hieronimi reliq̃as
viſitandas. Queſiuit princeps la
tronũ qui fuerãt viri comitantes
eoſdẽ. q̃ de hoc mirati ſe poſt ingreſ
ſũ nemoris nullos niſi eos ⁊ tres
alios vidiſſe dixerũt. Tunc p̃nceps
que geſta fuerãt narrauit eiſdẽ. ob
ſecrãs vt ob quã cãʒ accideret ſi ſci
rent indicare deberent. q̃ aliam cãʒ
neſcire ſe dixerunt. niſi ꝙ videtẽs ſe
deuios beati hieronimi cuſtodie ſe
ɔmiſerũt. Tũc latrones ſpũſcõ qui
vbi vult ſpirat ſubito inſpirati. oĩ
feritate depoſita ipõꝝ pedibꝰ ꝓuo
luti. ꝓ excogitatis flagicijs veniaʒ
poſtulantes illos ad latrones ali
os ꝓduxerũt. ad quos hora p̃ma
noctis puenerẽt. qđ acciderat decla
rãtes. ⁊ hortantes ꝙ dimiſſis fla
gicijs ſolitis ſecũ ad viſitandum
glorioſi hieronimi corpus accede
rent. Irrident alij ⁊ minãtur prin
cipi ⁊ alijs durã necem ſi talia plꝰ
loquantur. Quibus non ceſſantibꝰ
loqui predicta. latronum plurimi
quaſi canes rabie furibundi denu
datis enſibus ſurgunt in illos. ſꝫ
illis glorioſi hieronimi auxiliũ al
te petẽtibꝰ. ẽſes leuatos latrones
deponere non potuerunt. donec hij
quos volebant occidere id a hiero
nimo poſtulaũt. Hec inſueta vi
dens omnis illa latronum concio

repētē cū laudib⁹ ſe vouerūt glo
ſi hieronimi reliq̄as viſitare. Et ma
ne facto plus q̄ tricēti cū alexādri
nis nemus egreſſi. demū ad hiero
nimi tumulū deuenerūt. Cūctis hec
tam īſueta ꝓdigia enarrātes: bap
tiſātur alexādrini. ⁊ demū religio
nem in quodā cenobio ꝓfitentur
⁊ latrones vitā laudabilē peregerūt
Fuit ſimile duoꝝ Romanoruꝫ
ꝓdigiuꝫ. qđ dicit Cyrill⁹ ſe p cer
tas de Cōſtantinopoli directās lrās
recepiſſe. Qui dū hieronimi tumu
lū viſitarent. appinquātes vrbi p. xij
miliaria a cōſtantinopoli ciuitate
diſtanti. cū duo tūc ibi fuiſſent ho
mines interfecti. ⁊ viri vrbis illi⁹ ad
interfectores pq̄rendos p diuerſa lo
ca diſcurrerent. p certos ex illis hij
duo iuuenes inuēti. q̄ſi homicidioꝝ
rei ad vrbē ducti fuerūt. ⁊ demū ad
cōſtantinopolitanū dn̄m miſſi (q̄a
ad eos iuriſdictio nō ſpectabat) ibi
tormentoꝝ rigore cōfeſſi ſentētian
tur decollari ꝯtere. Heu q̄s nō mo
ueretur ad lacrimas audiēdo iuue
nes inocētes quos formoſitas ⁊ no
bilitas decorabant. fauces palli
das lacrimis irrigātes. de hierōi
mo ꝯqueri ⁊ triſtari. q Roma ſic
erat inſcia ſui finis. q̄ ad locuꝫ du
cti ſupplicij. genub⁹ flexis ⁊ in celū
manibus leuatis inuocāt hieroni
mū alta voce ſupplicantes. vt ſi ſce
lus quo puniebantur nō fecerant
liberationis opem pietate ſolita p̄
beret eiſdeꝫ. quod ſi fecerant exigē
te iuſticia punirentur. ⁊ extenden
tes colla carnificibus hoc ſoluꝫ di
cebant. ſuccurre hieronime glori
oſe. tunc carnifices leuatis enſibus
colla iuuenuꝫ feriunt. ac ſi lapides
porphiria eſſent manent illeſa. ac
illi iterū ⁊ iterum feriunt. ſed iuue
nes enſes vt paleas ſentiūt. Stu
pent ⁊ mirantur aſtantes. cōfluit
multitudo. cōcurrit ⁊ iudex. qui car
nificibus iubet vt ſe vidente iterū
feriant. quod agūt. ⁊ colla manēt
illeſa. ſtupet iudex ignarus miracu
li maleficium reputans iuſſit iuue
nes igne cōburi. Mox circa illos nu
dos copioſus ignis accenditur. in
funditur pix ⁊ oleum vt citius cō
burantur. Sed virtute hieronimi
flamme ſurſum aſcendunt in altū
⁊ iuuenes manent illeſi. Iudex du
bitans an miraculo vel veneficio
iſta fierent cenſuit. q ſi iſti diebus
octo ſuſpenſi viuerent. quo vellent
abirent liberi ⁊ ſoluti. Suſpenſiſq
illis hieronimus affuit. ⁊ tenens
manibus plantas pedum. illos il
leſos ⁊ viuaces mirabiliter preſ
uauit. Currit octauo die multitudo
virorum. currit ⁊ iudex cernūt mi
raculum. pandentibus cuſtodib⁹
iuuenum predictorum. Mirantur
omnes. laudes hieronimo referūt
deponuntur innoxij. venerantur a
populo. Conſtantinopolim quaſi
capti dolentes intrauerunt. rein
trant liberi. ⁊ exeunt mirifice hono
rati. ⁊ a multis de conſtantinopoli
ſociati reliquias hieronimi venera
tione debita viſitarunt. ⁊ ſtatim
ſecularium omni cura depoſita mo
naſterium in quo glorioſus hiero
nimus vixit intrarunt. ⁊ Cyrilli tē
pore manebant ibidem.

Grandis formidinis dꝫ eē reli
gioſis ⁊ cōſtitutis in ſacris id qđ
apđ ſupiorem thebaydē accidit de
quodā monaſterio dn̄aꝝ· in q̄ fere
ducēte dn̄e recluſe ꝯtinue moribꝰ
⁊ honeſtate decore religioſe viue
bāt· Preter hoc ꝙ nulla recipieba
tur ibidē caritatis vel ſue v̓tutis in
tuitu· ſꝫ ſolū pecunie īteruētu· Erat
āt ibi ſc̄āmonialis vna grādis eta
te· q̄ poſt infantiā ieiunijs ⁊ oꝛōni
bus deo vixerat· terrena deſpiciēs
q̄ illđ ſymonie viciū ꝙ plurimum
abhorrebat. cui ī oꝛōe manēti no
cte q̄dā Hieronimꝰ apparuit in in
mēſo lūīe locū illuſtrās· ſibiqꝫ p̄ce
pit· vt mā̄e abbatiſſe ⁊ moīalibꝰ
nūciaret· ꝙ n̄ a pc̄tō p̄dcō iā iuete
rato deſiſterent vlcōēꝫ diuinā ſubito
expectarent· His dictis diſparuit·
Monialis perterrita huiuſmodi
viſione· ⁊ q̄s fuit iubēs ignorans
noctē pegit īſōne· Mā̄e facto mōi
ales pulſato tintinabulo ꝯgrega
uit· ⁊ ſurgēs q̄ viderat ⁊ audierat
patefecit eiſdē· q̄ oēs deriſerūt eam
dē· dicētes illā fatuā vel p ebrieta
tem talia ſomniaſſe· Illa vero cō
tra ꝯtumelias paciē ſcuto ſe muni
uit· orās ꝯtinuo ne qđ audierāt eue
niret· Trāſactis diebꝰ decē ſibi orā
ti iterꝝ apparuit Hieronimꝰ glˀioſꝰ
mādans eidē allocucōe benig̃· vt q̄
p̄us monialibꝰ nūciaret iterꝝ eiſdē
nūciaēt ītrepide· Ad quē illa· q̄s es
dn̄e q̄ talia mihi mādas. Rn̄dit ſe
fore Hieronimū· ⁊ ab eius euanu
it oculˀ· Illa mallēs īſana ⁊ ebria ē
putari· ꝙ diuinis nō parē p̄ceptis·
cōgregatis iterꝝ monialibꝰ q̄ vide
rat ⁊ audierat voluit intimare· ſed
cū moniales illā ſurrexiſſe viderūt
anteꝙ verbū inciperet cachinātes
de caplˀo exiuerūt· Trāſactis v̓o tri
bus diebꝰ Hieronimꝰ ineffabili an
geloꝝ ſocietate vallatus dormiētē
excitauit eandē iubēs vt monaſteri
um ſtatī exiret nec diuinā ſentētiā
expectaret· Sꝫ cum illa id non fieri
ſupplicaret· ꝯceſſit Hieronimꝰ ꝙ ſi
ne mora ad abbatiſſam pgeret et
ceteras moniales· aſſerens ꝙ niſi
ea nocte peniterent diuinā non fuge
rent vltionē· p̄cipiēs illā egredi ſi
ille in ſua duricia pmanerent· His
finitis abceſſit· Monialˀ v̓o triſtis
⁊ anxia caplˀm adijt· pulſās cāpa
nā caplˀi vehemēt̄· Abbatiſſa vigi
lata de ſomno ſciēs cāpanā ab illa
pulſatā ad locū acceſſit· ⁊ ꝯuit illā
increpans nullū ipſius verbuꝫ vo
luit audire· pmittens ꝙ ſi nō ceſſa
ret a talibꝰ ī monaſterio non mā̄e
ret· Illa intitit vt promiſſa pficē
ret· dicēs ſe ibi nolle manē· cū Hie
ronimus ſibi patefecerit iudiciuꝫ
monaſterio ſtatim eē futuꝝ· Hec
abbatiſſa deridēs hoſtiarie p̄cepit
ꝙ extra mōaſteriū illā eijceret· pla
ne mandās illam pꝰ horā puſillā
intromitti· pene ſc̄āmonialis limē
hoſtij exceſſerat. ꝙ ſubito totum
monaſteriū corruit· oēs opprimēs
moniales· nulla viua relicta· Illa
vero ſanctimonialis Cyrilli tēpe ī
alio monaſterio apđ inferiorē the
baydem in vite ſanctitate mane
bat. ¶ Hec que contra hereticos ⁊
blaſphemos euenere prodigia ſi
lenda non ſunt·

Hereticus quidaꝫ ⁊ grecus i hie
roſolimitana eccīa cum ſacerdote
catholico publice diſputabat· ⁊ cū
ſacerdos ꝓ ſe cōtra illum autorita
tē Hieronimi allegaſſet· ore teme
rario publice grecus aſſeruit· Hie
ronimū fuiſſe mentitum· ⁊ ꝙ voce
talem neq̄ ciam fecerat· vocēꝫ vlteri
us non formauit
Ideꝫ. Alter de arrianorū ſecta i
alia diſputatione dicebat · cui hoc
eueīt· ꝙ temerario vbo finito· illico
clamare cepit Miſerē miſerē hiero
nime glorioſe· ꝙ ꝑ te penis duriſſi
mis torq̄or· ⁊ ſic altis q̄ntū poteāt
vocibus clamans vſqꝫ ad horā cō
pletorii iceſſanter· illa hora cūctis
qui ad hoc ↄuenerāt cernētibus ex
pirauit
Calendario ſcribendū eſt· ꝙ ter
cius arrianus in eccīa Syon vidēs
pictam ymaginē Hieronimi glo
rioſi· gladiū euaginās illū totum
in imagine guttur infixit· optans
ꝙ ſic ſibi viuenti facere potuiſſet·
Ille autem nec de gutture gladiū
nec manum a gladio potuit remo
uere· donec īnotuit eius culpa· Nā
ipſo inſtanti Hieronimus apparu
it iudici ī atrio exiſtenti cū gladio
gutturi ſuo infixo· narrās offenſā
poſtulanſqꝫ vindictaꝫ ⁊ abiit· Iu
dex ſtupefactus ad eccīaꝫ ꝓperauit
⁊ repit illū tenētem manū ad gla
diū infixuꝫ ī gutture· quo viſo ſta
tim manum a gladio potuit remo
uere· Refert autem Cirillus ꝙ ex ꝑ
cuſſionis loco quaſi ex viui corpis
vulnere ſanguis exiuit· qui etiā ſuo
tpe non ceſſauit· hereticus autem
ille capt⁹ dicens ſe de hoc ſolo dole
re ꝙ in viuum nō potuit q̄d ī yma
ginem fecerat· a populo lapidib⁹
enſibus· lignis ⁊ lanceis iugulat̄
Latere non debet q̄d refert ciril
lus ſe a damaſo portueñ· epō habu
iſſe· ꝙ cardinalis q̄dā celeſtin⁹ no
mine ſꝫ nō re· beati hieronimi emu
lus· dum ī colloquio cardinalium
iuxta ſui morem temeraria ⁊ blaſ
phemia cōtra hieronimum verba
ꝓferret· illico dolore viſcerum ipel
lente ad occultum nature locum ꝓ
perans expirauit ibidem ītestinis
emiſſis.
Maximum prodigiū inſero· ꝙ ſi
mihi eiuſdeꝫ nois mee captiuitatis
tpe innotuiſſet· ſpes ſimil' ſuffragii
cōſolaſſet· Iohānes nepos cyrilli
forma decorus· captus a perſis· et
regis miniſtris vēditus· ꝙ formo
ſus ad regis fuit ſeruicia deputa
tus· ī quibus ꝑ annum cum dolorē
⁊ tedio ꝑmanens· āniuerſarii die
regi prandēti ſeruiens pre triſticia
lacrimas multas ↄtinere non potu
it· Quod rex ītuens ⁊ lacrimarum
cauſā querens· ea ſcita ī quodaꝫ ca
ſtro illum cuſtodiri precepit· No
cte ſequenti ſibi lacrimis madefa
cto glorioſus hieronimus ī ſōnis
apparuit· manūqꝫ ipſius vt ſibi vi
debat̄ capiēs hieroſolimā illū dux
it· Excitatus mane putans ſe in ca
ſtro teneri· ī domo cyrilli ſe īuenit·
quo quaſi ꝑ āmirationem a mēte
nec plene vbi exiſteret diſcernente
in ſe rediens ⁊ alte clamans excita
uit vicinus dormientem· Currunt
famuli ⁊ cyrillo refert adeſſe ioheꝫ

qui fuit incredulus donec vidit eū
dem. Quo q̄d ei acciderat enarrāte
deo ⁊ btō hieronimo refert Cyril
lus laudes multas ipēsas

Nobilis genere ⁊ moribꝰ ſan
ctimonialis q̄dā. feiarū pul
cerrima. etate iuuēcula. ſʒ diſcrecō
ne iam cana. beati hieronimi deuo
tiſſima. oīm ſociarū teſtimonio de
uotiſſime viuebat. oracōnibus va
cās in ecc̄ia. interdūʒ aliquid operā
do ſemper ſcripturas diuinas rumi
nabat verbo aut mēte. cuius acti
bꝰ inuidēs ſerpēs ātiquꝰ cuiuſdaʒ
iuuenis nobiliſſimi animū in tm̄ i
illius cōcupiām incitauit. ꝙ nil ni
ſi ād eam attingēdam poterat co
gitare. circuiēs quotidie monaſte
rij ambitū. oīm auxilio deſtitutus
recurrit ad magū. cui mag̃ ꝓmit
tit ſi per eū ɔſequatur optatū. Ma
gꝰ demonē carminibꝰ cōuocatum
ad monialem decipiēdi cauſa traſ
mittit. qui ad cellam accedēs ipſiꝰ
limen tranſire nō fuit auſus ꝓpter
imaginem depictam in cella. Dicit
enī Cyrillus multis exemplis exp
tum. ꝙ tantus de beato hieronimo
demoni timor inē. ꝙ ſue picture nō
audeat apparere. Nam ⁊ ſi obſeſſo
corpori precioſa monſtretur yma
go. ab eo illico dyabolus effugat
Ad mittentē ergo reuerſus eſt de
mō. narrās ꝙ propter hieronimi
imaginem itrare nō potuit. quem
deriſū magus dimiſit. ſtatim aliū
ɔuocatū mittēs ad opus huiōſ ſi
miēduʒ. ſit ſecūdo q̄ꝺ p̄mo. ac ſecū
dus p horā forſā manere coactus
alte clamabat. Si me Hieronime
hinc ſinis recedere. huc ampliꝰ nō
reuertar. Pauet monialis que ora
bat in cella. ɔtinuatis clamoribꝰ
excitantur ⁊ alie tremule cōcurren
tes ad cellam. cruce dn̄i p̄eūte. At
illū queʒ neq̄ ſpiritū eſſe nouerūt
cōiurarūt. vt aduētus ſui cām inti
maret. quā eis diſtincte narrauit.
rogās eaſdem vt a hieronimo qui
eū igneis cathenis vinctū tenebat
ꝙ abire poſſet licentiā impetrarēt
Quā ſuis p̄cibus obtinuerūt. Illico
dyabolus magnis ſtridoribus ex
loco recedens magū adijt quē fla
gellauit in tm̄. ꝙ vix vitale ſignū
appareret in illo. aſſerens ꝙ ſui cru
ciatus cauſa fuerat :ipſum ad mo
nialem predictam mittendo. Ma
gus videns ſibi artes nō ꝓficere
quaſi naufragus hieronimū inuo
cauit ꝓmittēs. ꝙ ſi tūc ſuis iuuarē
tur auxilijs:ſe fallacijs cūctis exue
ret ⁊ ſuis obſequijs ſemper īſiſte
ret. mox neq̄ ſpiritus euanuit. per
ānū iacuit magꝰ ſui corporis ipos
q̄ tamen accepta penitentia āteq̄
ſurgēret ex lecto ɔbuſſit artiū codi
ces. ⁊ vēdēs oīa que habebat illa
pauperibus erogauit. Anno com
pleto ſe claudēs in ſpelūcam quā p
quadriēnium beatus hieronimus
īhabitauerat. ⁊ ibi tpe Cyrilli m̄
ta ſc̄titate ⁊ pn̄ie aſpitate pollebat.
Ille vero infelix iuuenis nocte q̄dā
laq̄o ſe ſuſpēdens vita ſimul tpali
⁊ ppetua ſe priuauit. ꝓpter quod
Cyrillꝰ cōtra luxurie viciū hic for
titer īuehitur. q̄ꝺ obmitto. Sbdēs
quoddaʒ Rufi nepotis ſui ad ludi
terrorē exemplum. quod quia non

cōtingit ꝓdigia hieronimi ad q̄ re
do ſcribere ꝑtermitto · ad alia itez
veniēs q̄ ꝓposito cueniūt ichoato·
Occultanda nō ſūt q̄ luſori
b9 blaſphemātib9 cuene
runt· Naz ī Samaria infra q̄ndenā
diei quo ſcribebat ep̄la. refert. Cy
rill9 .q̄ndam luſorem q̄ bona ſua c
ſumpſerat fulmine interemptū dū
beatū Hieronimū blaſphemaret
Paueāt etiā tales ex eo q̄d ī
tyro trib9 ludentib9 acci
dit· q̄ dū in ludi p̄ncipio dicerent
ſe ↄtra oēm vim ꝛ poſſe hieronimi
ludū quez incepant ꝓſpere finitu
ros· paulo p9 ludi p̄ncipiū terra
ſeipſā aperiēs illos ſolos obſorbu
it· ꝛ nil de illis amplius viſū fuit·
Qd dicit. Cyrillus ſe a p̄ntib9 ꝛ vi
dentib9 habuiſſe. Sed q̄d ſtatiz ſb
dam aſſerit ſe vidiſſe . ꝛ in ihr̄lm
iuxta edem quā habitat accidiſſe·
Quidā miles nobiliſſimus
ꝛ locuples vnicū hn̄s fili
um illius amore cecatus illū non
corrigebat· p̄mo īſtruebat ī p̄uis·
Ille bonis morib9 deſtitutus in lu
dis blaſphemijs ꝛ īmundicijs an
nū attigit duodenū· Die q̄dā adueſ
perante ipſe p̄dens in ludo ꝓrupit
nō primo tn̄ in hec v̄ba· Faciat q̄c
q̄d poteſt Hieronim9 ille q̄ ludos
ꝓhibet· nā eo iuito hinc nō niſi vi
ctor exurgā· Dū autē hec repeteret
neq̄ ſpūs in horribil' hoīs ſpecie cū
ctis videntib9 ludi locū velociter
adiens eūdem īfelicē puez rapuit
ꝛ quo eū detulerit nulli hacten9 ē
cōptum· Putat āt Cyrill9 q̄ eū de
tulerit ad īfernū . dicit enī q̄ ea ſū

ea hora ī domus ſue feneſtrā mane
bat apta· que ludi loco erat oppo
ſita· ita q̄ id habuit videre neceſſe
Monet ergo iuuenes vt bonis mo
ribus ſe īforment· abſtinētes a p̄
uis , q̄ q̄d noue carte īſcribit̄ de fa
cili non delet̄· Monet p̄ntes fatuos
ad erudicōz ꝛ verbera filioꝝ· ne ſiē
di eis ſuccedat euētus·
Refert Cyrill9 a venerabili
epō Creten̄. Nicolao noīe·
q̄ venerat reliq̄as btī hieronimi vi
ſitare; habuiſſe · q̄ ī Candia q̄daz
fu9 ſacerdos maioris eccl̄e cuſtos
impudicus luxurioſus ꝛ ebrioſus
male mortu9. ſepultus fuit ī cetero
rū ſacerdotū baratro· Nocte ſeq̄nti
in eccl̄a ꝛ cimiterio tantus fuit tu
mor ꝛ ſtrepitus· q̄ ciues ad locū
territi ↄcurrerūt· nil videntes ſ; ſtre
pitus ꝛ cāpanaꝝ ſonitus audien
tes· inuenientes de mane q̄ in eccl̄a
erāt reuoluta· Pontifex ip̄e oracō
nes indixit ꝓplo· p̄cipiēs expectari
ſeq̄ntis noctis euentū· in q̄ duplo
maior fuit ſtrepitus atq; pauor·
Die clareſcēte cōgregatis in eccl̄a
oībus ꝛ orantibus· glorioſus hie
ronimus ſole ſplēdidior ī eccā ma
nēs ꝛ ad altarē gradiens ibi fere p
horā ſub ſilētio māſit· dicēs demū
populo obſtupenti id ↄtigiſſe ꝓpt̄
miſerū ſacerdotis cadauer īdigne
conditū locis ſacris , iubens illud
exhumari· alias cepta peſtilentia
non abiret ꝛ diſparuit· Exhuma9
autem facta fuit ꝛ ceſſauit peſtis ·
Et beatiſſimuz hieronimū omnes
venerari ceperūt· ꝛ ipſe ꝓpter id e9
reliquias venerat viſitare.

SVbiecit etiam ꝙ in eodē loco iuuenis Tytus noīe famoſus diues ⁊ nobilis ꝓpoſitū virginitatis aſſumpſerat ad btī Hieronimi gloriā cuius erat deuotiſſimꝰ. in quovſq; ad annū vigeſimū cū honeſtiſſimis moribꝰ ꝑdurauit. demū cuiuſdā ſui fratris nephādo ↄſilio luxurie deditus. cum q̄dam formoſiſſima puella ↄtraxit cuius amore captus dīna obſeq̄a ē oblitus. ſemꝑ tn̄ manens ī deuocōne Hieronimi. Anno ↄpleto frater illius dyabolo ſuggerente cū ipſius vxore dormiuit. qđ ipſe ſuſpicans ad habendā certitudinē aſtute laborauit. Ad quā cū caute ꝑueniſſet. vxorē prius. ⁊ demū frēm q̄ ſub lecto fugerat interfecit. ⁊ demū publicꝰ factus ē predo ⁊ hoīm iugulator decēnio ⁊ vltra. ſꝫ ſemꝑ viuens ſub deuocōe ⁊ certa venēatione hieronimi. Die quodā aduesperante btūs Hieronimus mercatoris formā aſſumēs ſe illi exhibuit. Qui cū in mortē ⁊ ꝑdam illiꝰ exurgeret. petiuit mercator ꝙ amorē btī Hieronimi quē diligebat ipſius verbū audiret. Cui ↄcedit ſe verbū ipſius auditurū ⁊ vitam ſibi fore ſaluatam ꝓpter hieronimū inuocatum. merces tn̄ habere volebat. Mercator ait. ego ſū Hieronimus q̄ ad tuam ſalutē huc veni: ⁊ irā dei ↄtra te digniſſimā vſq; ad hec tēpora ſupplicit̄ ſedaui. Deſinas igitur ⁊ fidenter peniteas. alias deīceps me tui cuſtodē ⁊ ſupplicē non habebis ⁊ diſparuit. Stupefactꝰ tytus ⁊ q̄ cum eo erāt in viros alios ſunt mutati: ⁊ pmam in artis heremis peregerunt vite ſanctiſſime ſe tradentes.

TErrere nos dꝫ. qđ ī ſuꝑioribꝰ egipti ꝑtibꝰ accidit. vbi monachus etate iuuenis ſenex moribus ānis decē in monaſterio manēs. timens v̄ginitatē violare feīarū abhorrebat aſpectus: ⁊ verba de ipſis formidabat audiē. demō ſuis doloſis artibꝰ ſtimulis ⁊ tēptationibus affligebat eundē. Sed monachus ſe beati Hieronimi cuius erat deuotiſſimꝰ cuſtodie ↄmittebat. ⁊ oracōibꝰ ⁊ ieiuniis temptationes dyabolicas ſuꝑabat. Qđ demon egre ferens ſubtiliores modos iuēire conabat̄. Accidit ꝙ mōchi pr̄ eger ad mortē filiū videre cupiebat. q̄ ſuaſionibꝰ frm̄ inuitus q̄ſi citatē igreſſꝰ. edē patris ītrauit vbi triduo manēs ſibi videbat̄ teтris carceribꝰ mācipatus. Demū cū ſimꝉ cū ſorore formoſiſſima patris ſeruira fricarꝫ. ⁊ caſu ſororis dextera ipſius dextrā tetigiſſet diabolo inſtigante dira libidīe ⁊ ſororis ↄcupiſcētia inflāmatus. nil aliud q̄ ſororē facinoris neſciā poterat meditari. monaſteriū ī totū oblitus. Sanat̄ pater. filius excuſacōes inueniēs ad monaſteriū redire retardat. mirātur de hoc ſui cām ignorātes. Reuocatus demū cū duobꝰ monachis reuertit̄. tediū in redeundo ferens q̄le p̄us habuerat in exeūdo. In monaſterio corꝑe manens. ſororē meditabat̄ in corde. q̄rēns modū implende libidinis. cuiꝰ rei tale ↄſiliū dyabolus immiſit ī mēte.

vt nocte dimiſſo habitu i layci for
ma clauſtrū exiret. ⁊ domū patris
clam adiēs i noctis crepuſculo ſb
thoro ſororis ſe ponēs ipſa dormi
ente intraret ad illā: inceſtuoſā li
bidinē adimpleturus. Qd nocte ſeqn
ti volens iplere claues cenobij me
dia nocte recipiēs ⁊ diſcurrens por
taʒ īuenire non potuit. pulſāte ma
tutino redijt ad cellā ſtupefact⁹ et
piter āmiratus. Idem āt ſibi euēit
pluribus ſeqntib⁹ noctib⁹ cū labo
raret ad idem. Imago em̄ bti Hie
ronimi quā monachus habebat i
cella ad quā dieb⁹ ſingulis gēnua
flectebat ex amoē non patiebatur
eū tam turpiter naufragari. Circa
finē mēſis Hieronim⁹ i ſōmnis al
teri eiuſdē monaſterij deuotiſſimo
monacho apparuit narrās qd mo
nachus ille agebat. ⁊ q̄uo ipſū p
ter reuerentiā ſibi exhibitam pſer
uaret. monens q deſiſteret ⁊ peni
tentiā ageret. alias ab illius cuſto
dia ſe ſubtraheret. Cū mane mōa
chus hec ſōcio reuelaſſʒ. ille cūcta
negauit dicens illud ſomniū a va
nitate cerebri pceſſiſſe. Cogitauit
qʒ nullā reuerentiā Hieronimo fa
cere. vt ſic votū impleret. Illaqʒ ſb
tracta nocte aperuit hoſtiaʒ: habi
tu mutato loca circuiēs. ſero domū
patris īgrediēs. ſub ſōroris cubi
culo ſe locauit. Ad quā lectū igreſ
ſā cū eam dormire putauit exutus
veſtib⁹ ipſi⁹ dextro lateri applica
uit. Que id ſētiēs altis clamorib⁹
alios reuocauit. Currūt cūcti cū lume
⁊ monachū inuenerūt. mirāt pen
tes ⁊ ſtupent. interrogat pater a
filio huiꝰ rei cām. quā filius ↄfitet.
Sic glorioſus hieronim⁹ hūc ſuā
ſtulticiā expiri pmiſit: vt in poſte
rū eſſet humilior ⁊ cautior ad cauē
dum. Qui ſe ſic cernēs a diabolo de
turpatū. ad ſe rediens ⁊ domū pa
tris egrediēs ſtatim lugens ⁊ do
lens in taʒ aſpera penitētia biēnio
in monaſterio ſuo vixit. q maior p
hoiem ſuſtineri non poſſʒ. ⁊ in fine
biennij expirauit. Hoc exēplo cun
cti fragilitatē hūanā ⁊ demonis a
ſtuciā timeant. ſimulqʒ eius magna
ſpes venie declaratur.

Moderna ſūt ſcribenda miracu
la. q̄ coruſcauit in Tropa p⁹
inchoatam cōſtructiōem ecclie. de q̄
aū finē prime ptis dcm̄ eſt ſupra.
⁊ vltra ibi deſcriptū octo mihi cer
tiora pmittam

Quidā Johānes penatus ha
bitator Trope habebat cru
ra deſiccata. ita q ambulare nō po
terat. ſʒ gabuca vel catino ⁊ ſcānel
lis incedebat. man⁹ iuxta taliū mo
rem ducēdo p terrā. accedens cū de
uocōe ⁊ ſpe ſalutis ad locū quo be
ati Hieronimi cōſtruebatur ecclia.
fuit pfectiſſime liberatus. ita q p⁹
modū qndiu vixit ſolidiſſime am
bulauit.

Secūdo mgr̄ Jacob⁹ ſcutellari
us ↄmēdabil' vite: accedēs de
Tropa vbi habitabat ad fraʒ aq
putide. applicuit ad qſdā inimicos ho
miēs ſtratarū pdones ⁊ homicidas
cū illis itinerās. qs ignorabat ta
les. Preſes puincie illos inimicos pſe
quens: cepit illos ⁊ mgr̄m iacobū
vna cū illis qs oēs tormētis expo

fuit. Que mgr̄ Jacobus ſuſtinere
non valens: confeſſus fuit ſe illorū
fuiſſe ſociū in multis maleficijs p
illos p̄mitus confeſſatis: ꝓpter q̄ pre
ſes dānauit illos ad furcas. et dū
ad locū iuſticie ducerent̄ iuxͣ mo
rē patrie: manib⁹ a tergo ligatis
et funib⁹ ad collū appenſis. et idē
mgr̄ Jacobus i ſuffragiū innocen
tie tue btūm Hieronimū iugiter et
ſupplicit̄ inuocaret. beatus Hiero
nimus p̄ſidi i camera exiſteti viſi
biliter apparuit. mādās q mgr̄m
Jacobū quē innocentē dānauerat
liberaret. Preſes perterritus illū ſta
tim corā ſe reduci mādauit. a quo
requiſito q̄ſiuit ſi alicuius ſcī ſuffra
giū inuocaret. q̄ dū de beato hiero
nimo rn̄diſſꝫ. pſes iuſſit illū i dilate
dimitti Qui nec cibo ſūpto nec potu cū
laqo ad collū et cū ligatis manib⁹
ad eccīam acceſſit: beato Hieronī
mo tanti beneficij grās redditurus
et ad ipſi⁹ imaginē in eccā ipſa pi
ctā laque⁹ ille pendet. Et p̄dictus
mgr̄ Jacobus adhuc viuit. p̄ſes
etiā ille veniā petiturus. et ꝓpter d
uocōem miraculi viſitauit eccām.
et ipſius fabrice pecuniariū ſubſi
diū obtulit.

Tercio mgr̄ barbatus ſcī Geor
gij habitator Trope. dū ha
bitaret in terra ſcē Marie olim di
cte lucerie diſceſſit. vel ſaltē oīm cū
videntiū opinione mortu⁹ videbat̄
ꝓpter qd clerici ciuitatis vt funus
ſepeliendū deferrent hora veſpero
rū illius domū adiuerūt. Sꝫ q2 hora
tarda et incogrua viſa fuit ſine fu
nere redierūt: ſepultura in diē al
terā progata. Cūqꝫ mariti vxor
mortē deplorās ſupplicit̄ et alta vo
ce btūm hieronimū precaret q vi
rum ſuum reſtitueret filijs. quaſi
ſtatim mortuus ore ſputū eiecit. et
oculos aperiens ſanatus ē. ꝓpter
qd tranſtulit ſe habitare Tropā
et ibi habitans adhuc viuit

Quarto Nicolaus Johannis
marſcalci. q̄ ꝓpter īfirmitatē
viſū pdiderat et diu non viderat.
nec viſurus in antea ſperabat. Cū
ſe beato hiēronimo deuouiſſet. ſubi
to ſibi reſtitutus ē viſus

Quinto Maria de terra caſal
nelui. hn̄s a natiuitate manū
tortam. de q̄ ſe iuuare non poterat.
ſe beato hieronimo humilit̄ deuo
uens. ſtatim extitit liberata de ma
nu illa libere ſic̄ de reli q̄ cpando

Sexto q̄dā iuuenis de terra pul
carini a natiuitate ſua pedes
tortos portabat cū q̄b⁹ male pote
rat ābulare. hic ad eccīam btī hie
ronimi cū ſuis parentibus veniens
deuotiſſime. et ſe eidem eccīe vouēs
ſtatī extitit liberatus. et pfecte am
bulans cū pedib⁹ reformatis p̄di
ctam imaginē beati hieronimi hu
militer adorauit

Septimo cū Johānes īfans cū
ſorore eo maiore ad fornacē
vbi calx coqbat̄ acceſſit. et itus dū
ignis vigeret īſpiceret in illā ceci
dit ſupra ignē. Sorore āt p fratris
ſalute btūm hieronimū iuocāte. pu
er educt⁹ fuit illeſus.

Octauo q̄dā frater p̄dicator i
p̄dcā manēs eccīa. cū p coo
periēdo tecto altitudinis ſex cānarꝫ

cū alijs opificib⁹ eccliam aſcēdiſſ; caſu p̄cipitauit in terrā· ⁊ cū p̄cipitando b'tū̄ hieronimū inuocaſſ; euaſit illeſus·

Supradicta recepi ſub teſtimonio illo ſolenni qđ ſupra ī fine p̄me ptis expreſſi· in quo ↄtinebaꝶ ꝙ mlta alia miracula fuerant ibi facta· que non facile poſſent vro inſtro deſcribi· Recepi ā̄t ab epō r̄ligioſo non tñ Troyano ſꝫ ptiū vicinarū ⁊ a fratrib⁹ fidedignis q̄ ↄuētuales illius fuerūt loci· in troya mīrācula multa de q̄bus aliq̄ deſcribaꝫ pſeq̄ndo nūerū incohatū·

Ono ↄiūgā tres ↄtractos ip ſius v̄tute ſanatos· Primus petrus giſualdo· q̄ ad inductōꝫ cuiuſdaꝫ pegrine vouit de ſero· ꝙ ad honorem b'tī hieronimi ī ipſi⁹ ecclā dici faceret miſſas viginti ſi ei⁹ v̄tute an̄ diem pximū ſanareꝶ· q̄ curatus an̄ diem· ipſo die falce recepta cū alijs meſſuit ordeū qđ tunc tēporis metebaꝶ· ⁊ demū votū impleuit· ¶ Iteꝫ paup q̄dam de atriano h̄ns filiā ↄtractam· p illa vouit beato hieronimo· ⁊ ſtatim ſanata ē. Alter longo tp'e ↄtractus p⁹ votū ſtatī ſanatus· in feſto btī hieronimi baculuꝫ quo q̄literuīqꝫ ſuſtinebaꝶ an̄ ipſius imaginē obtulit ⁊ votum īpleuit

Decimo· cū exercitus dn̄i regis Roberti ciuitatē Trapā obſediſſet· ⁊ aduerſuſ illā pugnādo nō pfeciſſet· ↄmoto exercitu remanſerūt aliq̄ iuuenes cū baliſtis pugnātes ↄtra hoīes ciuitatis· q̄ ciues ciuitatē egreſſi ceperūt mltos ex illis· inter quos capt⁹ fuit q̄dā gualterucius de manfredonia· ⁊ ī carcē cū ↄpedibus ferreis poſitus· qui d' uote cū lacrimis beato hieronimo votū vouit· ꝙ ſi liberaret eundem octo dieb⁹ p ſacerdotē ſuis expenſ ducendū miſſam in ipſi⁹ ecclā faceret celebrari· Qui dormiens ⁊ ſe de mane extra muros ciuitatis inueniens· beato hieronimo grāſ agēs votum impleuit·

Undecimo· Samnus de ſalpis trāſiens p fluuiū inuolutus fuit ab aq̄s ⁊ in pfundū emerſus p quē facto voto beato hieronimo corde· ꝙ ore nō poterat· ſtatim aq̄ eleuauerunt eūdem·

Duodecimo tres ↄiūgā· Cecū ſ· ſurdū ⁊ mutū· circa quos claruere miracula Dominicus de ſalpis habitator caſalis ſcī clerici ex īfirmitate graui ⁊ defectu medici viſū in totū amiſit· qui ad inductionem cuiuſdam dn̄e pro ſua ſanitate beato hieronimo votum fec̄ de ſero· ⁊ mane fuit plene ſanatus ⁊ votum ipleuit ¶ Iteꝫ q̄dā dn̄a de petra duos filios habebat· quoruꝫ alter mutus erat ⁊ alter ſurdus· per quā facto voto btō hieronimo cū multa deuocōe p̄mus loq̄le ſecūdus auditus b̄nficiū receperūt·

Terciodecimo· martiana mulier q̄dam peperit filiā mortuā ⁊ facto p prēm beato hieronimo voto cū mlta deuocōe ⁊ lacrimarū abundātia· puella reuixit

Quartodecimo· quedam puella de caſtelliucio demoniaca·

per parentes ⁊ amicoꝝ ducta ad eccãm beati hieronimi in dñica cũ fratres matutinũ cantarent· demõ per os puelle cũ clamoribus ⁊ vlulatibus illaꝫ exiuit proiectis capillis p os puelle ſup altare· Puella vero ſanata octo diebus ſtetit in Tropa. mane ⁊ ſero viſitans eccãꝫ ibi officiũ audiendo

QVintũdecimũ volatilia quadrupes ꝙ connectit· Nobilis eni quidam falconem perdiderat· quem cũ diligenter queſitum inuenire non poſſet· ꝑ ipſo rehabendo beato hieronimo votum fecit· poſt quod cũ portaꝫ Tropane ciuitatis intraſſet· falco venit ad manus ipſius ¶ Alter miles gallicus familiaris dñi principis de tarento equũ pulcerrimũ ⁊ magni valoris habebat · quẽ tã acriꝰ dolores inuaſerunt ꝙ iacebat imobilis · vouit miles de ipſius equi vita deſperãs ꝙ ſi ſanaretur ad fabricaꝫ eccleſie ſancti hieronimi vnum florenum offerret· qui ſanus indilate ſurrexit· ⁊ miles votũ impleuit·

¶ Item Petrus frater domini Mathei de ſalerno exiſtens in bono albergo equum quem domabat: Puero nutricis ſue filio tradidit tenendum paulisper· Equus autem ad vnius galline motum expauit ⁊ per caſum inauditū de camo freni equi factus eſt laqueus quo laqueatus eſt puer· ⁊ tractus per equum amplius miliare· Petrus autem mortem pueri timens · pro ipſius ſalute beato hieronimo fecit votum· ⁊ ſtatim equus anterioribus pedibus ſtetit fixus · donec fuit captus· ⁊ tunc apparuit puer illeſus· qui per eum in eccleſia beati hieronimi fuit preſentatus·

¶ Concludant alij duo verſus
¶ Hieronimi ſancti nondum vulgata latinis· Hec ſiius Andreades deſcripſit mira Johannes·

¶ Explicit ſcd̃a pars huius libri

¶ Incipit tercia pars·

TErciã nũc huius operis ꝑtẽ aggrediar ponẽs certa ſcõꝝ ⁊ autorũ dicta Que bñ ꝫ Hieronimũ· cui nihil decrat laude

dignū elegant̄ extollūt. Que ſola
taliū teſtimonia ſuppreſſis oībus
ſupra ⁊ īfra deſcp̄tis ſufficienter p̄
mo abūde artāt catholicos oēs ad
veneratione ̄ ipſius. Quē tn̄ ſuffici
ent̄ ſpecifice laudari ſermonis hu
mani penuria non pmittit. cū ōni
bus nūeris pfecta vtus ⁊ oē virē
tis doctrine genus vigerent ī illo.
⁊ vide in epitaphio nepociani āte
finē. ibi vincit ſermo ⁊c̄.

Damaſ⁹ papa
de tribus q̄ſtionib⁹ dubi
tans. Hieronimū ↄſulit ſup illis. p̄
us narrans ꝙ ſibi pollicitus fueāt
furtiuis noctiū opibus aliq̄ dicta
turum. ꝑpter qđ intulit ſe libenter
accepturū ab offēnte qđ voluerat
ſi negaſſ3 ſic ſbdēs. nullā puto dig
niorē diſputationē: q̄ꝫ vt de ſcriptu
ris ego īterrogem. ⁊ tu reſpōdeas.
nā et cū idcirco vt ait p̄cipuus ora
tor. hoīes a beſtijs differamus ꝙ
loq̄ poſſum⁹. q̄ laude dign⁹ ē qui ī
ea re ceteros ſupat. in q̄ hoīes be
ſtijs ātecellūt

Auguſtin⁹ āt in epl̄a
de ſuggillacōe. lxx. īter
pretū: ad eū ſic incipit.
Dn̄o dilectiſſimo ⁊ cultu ſinceriſſi
mo caritatis obſequēdo atq3 āple
ctendo Hieronimo Auguſtin⁹. nū
q̄ꝫ tā facile q̄ſq̄ꝫ cuilꝫ īnotuit. q̄ꝫ mi
hi tuorū in dn̄o ſtudiorꝝ q̄eta ⁊ le
ta ⁊ vera exercitatio in dn̄o liberal̄
Quāq̄ꝫ ego pcupiā ōīno te noſſe
tn̄ qđdā exiguū munus tui habeo
pn̄tiam. videlꝫ corpis. ⁊c̄. Scatet a

miſſus ī loq̄las cōicandas tecū de
ſtudijs nr̄is q̄ habem⁹ in dn̄o ihū
q̄ nobis multas vtilitates ⁊ viati
ca q̄dā mōſtrauit itineris. ⁊ p tuā3
caritatē mōſtrare dignat̄. petim⁹
ergo ⁊ nobiſcū petit oīs affricana
rū eccīarꝝ ſtudioſa ſocietas. vt in ī
terp̄tandis eorꝝ libris q̄ grece no
ſtras ſcp̄turas q̄ꝫ optime tractaue
rūt curā ⁊ opā3 īpendere ne graue
ris. potes eī efficere ut ⁊ nos q̄3 ha
beamus illos tales viros. ⁊ vnum
potiſſimū quē in tuis libris libēti⁹
ſonas ¶ Idē3 ī epl̄a de q̄dā capl̄o
ad galatas ſic dic̄. Habeo grā3 ꝙ
ꝓ ſubſcp̄ta ſalutatiōe mihi plenā
epl̄am reddidiſti. ſ3 breuiorē mlt̄o
q̄ꝫ ex te vellē ſumere tali viro. a quo
tp̄a quātalibet occupet null⁹ ſmo
ꝓlix⁹ ē ⁊c̄. Aggredere q̄ſo iſtā no
biſcū litterariā collacōem habere.
ne multū3 ad nos diſiūgendos lice
at abſētie corpali quāq̄ꝫ ſimus in
dn̄o ſpūs vnitate ↄiuncti. ⁊ ſi a ſti
lo q̄eſcam⁹ ⁊ taceamus. Et libri q̄
dā q̄s de dn̄ico horreo elaboraſti:
pene nob̄ totū exhibent. Et ſubdit
bn̄dicimus dn̄m ꝙ tibi ⁊ nobis oī
bus q3 fribus q̄ tua legūt. te talē3
dedit ¶ In pn̄cipio v̄o epl̄e q̄ de v̄
bo illo q̄ſiuit. Qui totā legē ſuaūe
rit ⁊c̄. ſic ait. q̄ro ⁊ p dn̄m obſecro
vt exponas mihi qđ mlt̄is extimo
ꝓfuturū. Et in fine ſubdit. a te hoc
caritatis debitū flagito. cui⁹ doctri
na in noīe ⁊ adiutorio dn̄i tm̄ ī la
tina ligua eccīaſtice lr̄e adiute ſūt
q̄ntum nūq̄ꝫ antea potuerūt ¶ In
epl̄a etiā quā ad eū miſit p oroſiū
in q̄ſtione de aīa: ſic ait. dn̄m nr̄m

q̄ nos vocauit ī ſuū regnū ⁊ gloriā
et rogaui ⁊ rogo· vt hoc q̄d ad te
ſcribo ſancte frater hieronime: ꝯſu
lens te de his q̄ neſcio: fructuoſū
nobis eſſe velis. Quā q̄ enī te ſim
minor. alias ſi multo ꝯ queſtioīb⁹
ꝓuoco· q̄ non ſum etate maior· tñ
etiam ipſe iā ſenex ꝯſulo· ſꝫ ad diſ
cendum q̄d opus eſt nulla mihi e
tas ſera videri p̄t· q̄ ⁊ ſi ſenem ma
gis decet docere q̄ diſcere· magis tñ
diſcere q̄ que doceat ignorare. Ni
hil enī moleſtius fero in ōibus an
guſtijs meis quas patior in diffi
cillimis q̄ſtionibus· q̄ in longinq̄
tate caritatis abſentia· vt vix poſſī
meas dare vel tuas recipere lr̄as p
interualla: nō dierum nō mēſiū
ſꝫ aliquot ānorum· cum fieri poſſet
quotidie te preſentem habere velī
cum quo loquerer quicq̄d velim·
Et ſubdit de oroſio qui ad eū pro
quibuſdam q̄ſtionibus venerat:
ſic dicens· Docui hominē quod po
tui· q̄d non potui vnde diſcere poſſ
ammonui· atq̄ vt ad te iret hortatus
ſum· per quem de his ſcribo que p
te ſcire cupio. ¶ Alibi vero de eo ſic
ſcribit cōtra Julianum· Sanct⁹ hie
ronimus preſbiter greco latino et
hebreo colloquio eruditus· ad ori
entalem eccleſiam tranſiens· ōnes
vel pene omnes qui āte eum fuerāt
de doctrina eccleſiaſtica ſcribentes le
git· ⁊ in locis ſāctis atq̄ in lr̄is ſa
cris vſq̄ ad decrepitam vixit etatē
cuius nobis eloquij ab oriente in
occidente adinſtar ſolis lampas
reſplenduit ¶ Item in epiſtola ad
Cyrillum de qua ſupra ſic ait ī ter

celebrā· Hic de vanis litterarum ſtu
dijs verberib⁹ euocatus: ſacre ſcrip
ture miniſterio deputatur· In cui⁹
vultus lumine diuina gratia influ
ente vtriuſq̄ teſtamenti lumen vi
dimus· in cuius brachij fortitudi
ne hereticorum pars maxima eſt
diſperſa· Hic declarans enigmata
⁊ obſcura dubia ⁊ nodoſa· prepa
rans officiorum ſeriem cunctis mi
niſtris eccleſie· totam edificauit ec
cleſiam· liberales ſcientias ita per
fecte ſciuit· q̄ relatione omniū nul
lus ſibi ſimilis apparet adhuc· De
ſcripturis vero ſacris vt multarū
epiſtolarū quas ad me direxit ex
perientia didici· equalē ſibi nemi
nem vnq̄ noui· hebraicorum· gre
corum· caldeorum· perſarum· ⁊ me
dorum· arabicorum· ⁊ pene omniū
nationū linguas ⁊ litteras ſciuit
vt natus ⁊ educatus in illis. Quid
plura dicamus· que Hieronimus
ignorauit: natura vlla hominum
nunq̄ ſciuit·

PRoſper autem in ſuis croni
cis de illo ſic ait· Hieronim⁹
preſbiter in Bethleem totus iam
mūdo clarus habitabat· egregio
ingenio ⁊ ſtudio vniuerſe eccleſie
ſeruiens·

ISidorus autem ſic ait in ethi
mo· libro octauo· capitulo
quarto· Hieronimus trium lin
guarum peritus extitit· cuius in
terpretatio ceteris āteferturē· quo
niam ⁊ verborum tenacior eſt· et
perſpicuitate ſententie clarior· at
q̄ vtpote chriſtiano interprete ve
rior. Et ſimile ponit li· ix· in p̄ncipio

⁊ hec p. papiam ⁊ catholicon videre potes sub dictōe interpres

SIgibertus in sua cronica cuius vba vide i speculo historiali li. xviii. ca. lxii. refert. q₃ multi sācti ⁊ docti viri egre ferrent edicōem. lxx. interpretū ꝑpter veteratū vsū obmittere. q₂ tn̄ interptacō hieronimi ex hebraica veritate manauerat ꝑualuit eius autoritas

IN dyalogo q₃ seueri discipuli sancti Martini q eius tēpe fuit. ⁊ verba postumiani referre videtur. sic scptū habet. qd ⁊ videri potest in spe. histo. li. xix. c. xii. Hieronimus pter fidei meritū dotesq₃ virtutū. non solū latinis ⁊ grecis sʒ etiam hebreis ita lris institutus est vt se illi in oī scīa nemo audeat cōpare. cui iugis aduersus malos pugna ppetuūq₃ certamen. Oderūt eū heretici. q₂ illos ipugnare nō desijt. Oderunt clerici. q₂ vitam eoꝝ insectat ⁊ crimina. Sʒ plane boni omnes ⁊ mirātur ⁊ diligūt. Naʒ q eū hereticū arbitrant insaniūt. Totus sp in lectōe. totus in libris est. non die non nocte reqescit. aut legit aliqd semp aut scribit. Hec seuerus. Propter id āt q₂ de heresi dixit. non est obmittendū. q₂ detractores ipsius sibi iponebāt heresiʒ q₂ ad paulaʒ ⁊ eustochiū sic scpserat. Audacter dicā. cū oīa possit deus vginē post ruinā suscitare non potest. Valet qdem liberare de pena sed non valet coronare corruptaʒ. que vba hn̄tur. xxxii. q. v. si paul⁹ Sed hec rn̄sio sufficiat. q₂ cū dei voluntati potentia sp subsit. ergo vbi non ē velle deest etiā posse. Est enī deus imutabilis sicut natura ita ⁊ volūtate. ⁊ sicut q₂ veritas ē. Io. xiiii. mentiri nō pt. sic q₂ iust⁹ non vult. ⁊ sic nec pt aliqd iniuste facere ꝑpheta testante. qd que voluit fecit in celo. ⁊ in terra ⁊ oīa ipsius iusta iudicia. Ostendebat g⁹ hieronim⁹ qd volente deo fieri posset. Aliqui dicūt q₂ nō potest ⁊ nō manifestauit se posse. q₂ non īmiscuit hoc miraculū inter multa q fecit. s. mortuos suscitando. cecos illuminando. ⁊ his similia. Alij dicūt q₂ non pt facere quin corrupta fuerit. q₂ qd pteritū est nequit nō fuisse. prima placet ꝑpter id qd de coronatione subdit Nō obmittam q₂ quedā antiqua legēda ad predictoꝝ verborum excusationem: inducit similia verba longe prius dcā fuisse ad domicellam virginem p sanctos Nereum ⁊ Achileum que videas in eoꝝ legenda post principium. Sciendum est q₂ petrus damianus in epistola ad abbatē. ⁊ couentum cassinēsem. que icipit Domino desiderio. hoc plene prosequitur. Et cū eo fateor q₂ suscitatio virginis post ruinā dupliciter fieri pt. s. iuxta meritoꝝ plenitudineʒ ⁊ iuxta carnis integritatē. De pmo constat multos vtriusq₃ sexus post abhominabiles voluptatis illecebras ad tantam religiose vite peruenisse mundiciam. vt non solum quoslibet pudicos ⁊ castos in sanctitate precederent. Sed etiā multarū vginū merita valde grandia superarent. ⁊ eis etiam non solum

prioris meriti menſura rependit. ſꝫ
cum remiſſione reatus etiam ſuper
addite mercedis cumulus augetur.
De ſecūdo .ſ. carnis ītegritate nulli
dubiū q̄n deus q̄ non exiſtentē cō
didit creaturā: iā exiſtentē repare
poterit viciatā. et incorrupcōis ſig
culū in ipſa eius carne ſicut ex ma
terno egreſſo ē vtero repare. ita ꝙ
cuiq3 matrone vel medico īcorrup
ta videbitur. Licet ipſe petrus cū hie
ronimo fateatur. ꝙ iuſticia dei ī na
tura et volūtate īmutabili nō vult
eam q̄ fuit corrupta. licet abundet
meritis: coronare cū his q̄ nūq̄ fu
ere corrupte. qđ facere falſū ſaperꝫ
et iniuſtū. et cum hec in deo ſint im
poſſibilia ergo et illđ. Et ſic nō ꝓce
dit qđ dicebat ī pncipio illi9 epl'e
hoc falſū p id cōcludi. q2 ſi deus nō
vult hodie pluere vel ſanare. ergo
non p̄t. His em̄ actibus q̄litates ꝓ
dicte non inſūt. et ſic patrinū meū
in pace dimittat quo ad caſū de q̄
loq̄tur.

Caſſiodorus āt licet ꝑ totū li
brū inſtitutionū diuinarū le
ctionū Hieronimū et eius libros ex
tollat. ſpecialiter in ca. xxi. đ illo ſic
loq̄tur. Btūs hieronimus latine li
gue dilatator eximius. q̄ nobis in
trāſlatione diuine ſcripture tm̄ p̄ſti
tit. vt ad hebreū fontē pene nō ege
amus accedere. qm̄ nos facūdie ſue
multa cognoſcit vbertate ſaciaſſe.
plurimis libris. copioſis epl'is fe
cit beatos q̄bus ſcribere dn̄o p̄ſtā
te dignatus eſt. plan9 doctor. dul
cis. ꝑata copia ſmonū ad quācū
q3 ꝑteꝫ ↄuerſit ingeniū. modo hūi
libus ſuauiter blandit. modo ſup
boꝝ colla ↄſtringit. modo derroga
torib9 ſuis vicē neceſſaria morda
citate reſtituens. modo v̄ginitateꝫ
p̄dicās. mō matrimonia caſta dfē
dens. modo v̄tutū certamina glori
oſa collaudās. modo lapſus ī cleri
cis et monachus prauitatis accu
ſans. ſed tn̄ vbicūq3 ſe attulit gē
tilium exempla dulciſſima varie
tate ꝑmiſcuit. totum exemplificās
totum exornās. et ꝑ diuerſa diſpu
tationum genera diſertus ſemper
et equalis incedens. Nam cum ali
quos libros magna vbertate pro
tendat. tamen pro dulcedine dicto
rum ſuis eius ſemper gratus eſt
Quem in Bethleem habitaſſe ocio
ſum fuiſſe non arbitror. niſi vt in
terra illa miraculorum adiſtat ſo
lis. eius quoq3 ab oriente nobis
iam paret eloquium

Sidonius epiſtolarum ſuarū
li. iiij. per compationem cō
mendando Claudianum ſic de eo
loquitur. quibuſdam interpoſitis
Iam ſiad ſacroſanctos patres ꝓ
compatione veniatur. Inſtruit vt
Hieronimus. aſtruit vt Auguſti
nus. conſolatur vt Gregorius. et
vt Ambroſius perſeuerat. notatur
ꝙ Hieronimum premittit. et ꝙ ſi
bi inſtructionem attribuit

Venerabilis beda in prologo
libri de temporibus dicit. ꝙ
veritatis hebraice integram profe
ret puritatem. quaꝫ preeminentiſ
ſimus doctorum Hieronim9 in li
bris hebraicarum queſtionum in
ſeruit. Duplicē cām q̄re ſolus beda

venerabiliſ vocatur. vide in legen
da penultima fratris Jacobi vbi
ponitur longobardorum hiſtoria
carta ſecunda.

Gelaſius etiā papa in ſuo canone
q̄ habet xv. di. ſc̄a romana ac
cipiendas Ruſinū de ipſiꝰ ſcriptis ſic
loq̄tur. Quā beatus hieronimꝰ cū
in aliq̄bus de arbitrij libertate no
tauit. Jlla ſētimus q̄ eundem hiēro
nimū ſētire cognoſcimus. Non ſo
lū hoc dicimꝰ de Ruſino. ſȝ etiaȝ de
vniuerſis quos idē vir ſcūs zelo dei
et fidei rep̄hēdit. Origenis opuſcu
la que idē hieronimꝰ nō repudiat
legenda ſuſcipimus

¶ Jn ſepulcro āt hieronimi. de
q̄ ſup ſcripti habent hij v̄ſus

Hic dux doctoꝝ iacet et flos p̄ſ
biteroꝝ ¶ Sanctus Hieroni
mus ſed ei locus eſt nimis ꝓximus
¶ Hic tu diſcrete catholice ſiue ſa
cete ¶ Dic vēiēs aue deſup ire caue

¶ Jnueni etiam ꝯpoſitos vltra
plura cētenaria annoꝝ ſcḋm extima
cōȝ meā. xxx. tales v̄ſus

Hieronimus doctor latij clariſ
ſimus auctor ¶ Viſibus ecce
triuit ſua tempora vite ¶ Quicq̄d
enim priſcis potuit ꝯducere gazis
¶ Jnſtitit a primo poſt prima cre
pūdia luſtro ¶ Agricoleq̄ꝫ modo
qui ſe deuouit aratro ¶ Fortiter ex
coluit quicq̄d racōe ꝓbauit ¶ Ho
rica ꝓgenitum. roma tranſmiſit a
lumnum ¶ Que puerū grecas mu
ſas docuitq̄ꝫ latinas ¶ Anas au
tores vt perluſtrauerat omnes
Protulit ingenue luſtralia palla
dis alme ¶ Hic ſibi cunctorum lu

bunt exempla librorū ¶ Tulaq̄ꝫ
gorgonie defendūt prima miner
ue ¶ Jndole poſt clara ſtatuēs ad
diſcere plura ¶ Linguarum mreȝ
didicit ſacra ſcripta tegentem
Auſonieq̄ꝫ ſue valuas reſerauit he
bree ¶ Ne de xp̄icolis plaudat iu
dea rebellis ¶ Quod pleriſq̄ꝫ locis
careat ſintagmate legis ¶ Barba
riē ſyre. iam tunc ſtridebat ꝓ mare
¶ Tum quoq̄ꝫ caldee frendebat a
greſtia lingue ¶ Hic ꝓfert noua
theſauro ꝓprioq̄ꝫ vetuſta ¶ Aude
at vt nemo ſibi iam confligere lu
do ¶ De ſtadij meta referāt qui mu
nera leta ¶ Auguſtinus homo to
to notiſſimus euo ¶ Ex hoc addidi
cit alias q̄d ſcire nequiuit ¶ Sic a
lij ſummi diuerſo climate mundi.
¶ Trans mare querebant ex hoc
que ſcire volebant ¶ Maxima Ro
ma ſuo que quondam inuidit alū
no. ¶ Preſule cum damaſo nunc
gaudet hoc ee magiſtro ¶ Quod
facile ex titulis lector agnoſcere qui
bis ¶ Nemo hominum viuit hūc
qui per ſingula norit

¶ Jn publico vero domus pro
prie vbi eius hiſtoriam pingi fe
ci hij verſus habentur. per domi
num Franciſcum thebaldini com
poſitum.

Eccleſie doctor. ciceronis co
dice flagrans. ¶ Cum tibi
ſtridoni dederat tria ſamina Ro
ma. ¶ Verbera ſancta luis pro
motus cardine ſacro. ¶ Corrigis
errores. falſo tibi crimine veſtis
Addidit huic emulus ¶ Bethle
em petis. ardua fundas.

Multis clauſtra viris ſacros Hieronime libros. ¶ Transfers. a condis pollita ſpectacula regni.
Tunc leo miteſcit. iuſſis obtemperat almis. ¶ Ligna tulit. raptumque gemit. letusque reducit.
Alta doces. moriens preſepeque condetis antro. ¶ Te nunc Roma tenet te templo virginis orat ¶ Glorificus miris pictoris in ordine clares

Alij verſus de ſancto hieronimo

Hieronimi virtus eſt tam miranda bti. ¶ Poſſit non etiam picture demon a vllus
Apparere ſue. tanto tremit ipſe pauore
Obſeſſum fuiat nam ſiquod demone corpus
Hunc mox intuitus depellit imaginis alme. Hec auguſtino deſcribit dicta Cyrillus.

Poſt verſus iſtos ibi ſequitur talis ymnus.

Ecce quem xpi decorauit aulam
Summus iterprs fideique doctor
Vt deum lingua reſonaret omni
Vrbe peregit
Lege ſub trina modulatus ora
Tulij lingua vagus platonis
Juſſus eſt cedi grauibus flagellis.
Judice celſo
Poſt que ſacrorum ſtudijs inherens
Rome ſacratus roſeo galero
Bethleem pergens emulata linquit.
Veſtis iniqne.
Omne mandatum vetus a nouellum
Quicquid archani cecinere patres.
Quicquid extremum celebrant latini.
Tranſtulit iſte
Nec nitet pandens aliena tantum.
Immo ſic penna ppria coruſcat.
Ne quis in ſacro ſtudio ſophie
Non ſibi cedat

Horridas cautes heremi ſubiuit
Poſt quem cum multos monachos gregaſſet
Ligna que geſſit domuit leonem.
Legifer abbas.
Dogmata vite moriens docebat
Angeli tollunt aiam canentes
Roma tranſlatum tenet inde corpus.
Virginis aula
Redde nos claros radioſa lampas
Abſque quem cecus titubaret orbis
Sacra nam lex Hieronim9 vocaris.
Nomine vero.
Gloria patrem genitumque flamen.
Tres coequales veneremur eque
Vnus hij verus de9 atque trin9
Omne per euum

Ormaui etiam oracoes ſeptem comemoratiuas bti Hieronimi quibus ſingulis dieb9 a horis intra officium beate Marie virginis vtor. ſub antiphona ſcorum inter oracoem que ad aplos et illam que ad oes ſcos dirigitur. Et cumque extra horas pro ſingularibus ſuffragijs. vt patebit. De oracoibus autem in miſſa me intromittere non decebat. a vltra hoc illas repeti iam forte firmatas.

Ad Matutinum

Augeat benigne creator deus erudicoem fidei. geminet hortatu Hieronimi caritate laudis matutie. nocturnum officium per quod reatum ſordes tergere valeamus: chriſtum iaſpide zelaturi.

Ad Primam

Aſſiſte nobis quis lucis creator de9 vt i veritatis luce que per beatum

hieronimũ ab erroꝝ tenebris eſt
diuiſa. et ac diurna luce ſic lucide o
peremur vt lucē mereamur eternā

¶ Ad Terciam

B Eati hieronimi doctrinis et ex
emplis edocti: prā q̄ſum⁹ de⁹
vt ſic imitemur exēpla et documēta
ſeruemus. vt benignitate tua btitu
dinis brauiũ mereamur.

¶ Ad Sextam.

C Andita bti hieronimi cala
mo ſic deus caleſcāt ī nobꝭ. vt
de h⁹ ſeculi calle ſbducti: ī celꝭ cādi
di tuo ɔſpectui celerius pñtemur.

¶ Ad Nonam.

D Eus q̄ eccliam tuā bti hieroni
mi doctrinis et meritis mirifi
ce decoraſti. digre nos a vicijs mũ
dos ſic preſeruare decoros. vt tue dei
tatis decora viſione fruamur

¶ Ad Veſperas

E Ruditis bti hieronimi p quē
ſacrā de⁹ enodaſti ſcripturam
prā q̄ſum⁹ vt nos ī terris edificēt et
cũ electis exultare faciat ī excelſis.

¶ Ad Completorium

H Ecaſt. deus eccliam tuam bti
florere hieronimi miraculis
fac q̄ſumus vt hij flores floridũ fe
licitatis afferant nobis fructũ.

¶ Ad ſalutē mētis et corporis

G Lorioſe de⁹ q̄ beatũ hieroni
mũ vt germinaret eccīe vita
pſeruaſti longeuũ. guberna nos ti
bi gratos. corpe ſaluos. etate grā
deuos et ſemper aptos ad gaudia
paradiſi

¶ Ad humilitatis opera

H Vmiliaſti leonē de⁹ ad beati
hieronimi miſteria exercēda
ſic et nos ad humilitatis opa hũili
are digneris p q̄ hoſte deuicto hu
mo repoſiti hereditem⁹ ī patria

¶ Ad iter proſperum

I Ter cedēte btō hieronimo q̄
itinerādo tuũ meruit intrare
pſcpe. iter nobꝭ ɔcede de⁹ iocũduz.
p qd inſontes et hoſpites quo ten
dim⁹ intremus itrepidi

¶ Pro virtutib⁹ theologicis et
cardinalibus.

C Aritate feruidos. ſpe certos. et
fide firmatos. beati hieroni
mi precib⁹ pſerua nos de⁹. vt per
hec fortiter tolerādo et iuſte diſtri
buendo. eligendo prudenter et tem
perati vtendo: in cariſſimorum ka
lendario deſcribamur

¶ Pro defunctis

L Argitor graciarum deus qui
pro defenſione fidei. per bea
tum hieronimum tres ſimul mor
tuos ſuſcitaſti. noſtros et omnes ī
vera fide defunctos a delictorum q̄
lugent laqueis et latebris libera
tos: tue lucis facias eſſe conſor
tes.

¶ Explicit tercia pars huius libri.

¶ Incipit quarta pars.

Quia i pri
cipio huius opis
et supra in hac p
te pluribus auto
ritatib9 de sua tri
um linguarum et diuinarum scrip
turarũ peritia dictũ est. et in antiq
legenda dicebatur. q libros gre
cos et hebreos legens latine profe
rebat. et econuerso. et hoc tam velo
citer q crederes esse cõscriptũ q in
offensa velocitate fundebat. et ibi
dem. q vnde cũqz interrogatis. pa
ratum habebat et competens sine
dilatione responsum. ¶ Quos ergo
magistros habuit inseram9. In
grãmatica donatum habuit p̃cep
torem. et eum talem decebat habe
re. In rethorica victorinũ. vt dicit i
ꝓlogo super Galath. In sacris ve
ro scripturis habuit gregoriuz na
zanzenuz. vt ipse dicit in explana
tion̄. ysa. in p̃n. et in li. virorum
illustriuz. vbi de illo loquitur. Ha
buit etiam in his apolinarem et di
dimum. et in hebraico baramam.
vt patet i epistola ad pammachi
um et oceanuz. de libris origenis
vbi sic loquitur. Dum essez iuuẽis
miro discẽdi feruebam ardore. nec
iuxta quorundam presumptionez
ipse me docui Appollinarem laudi
cenum Anthiochie audiui freguẽ
ter et colui. Et cum me in sanctis scp
turis erudiret. nũq illius conten
tiosũ sẽsũ sup hereticũ dogma susce
pi. Jam canis spergebat caput. et
magrĩ potius q discipulum esse de
cebat. Perrexi tñ alexandriã audi
ui didimũ. in multis sibi grãs ago
q8 nesciui didici q8 sciebaz illo do
cẽte nõ pdidi. Putabant me hõies
finẽ fecisse discẽdi. Rursũ hierosoli
me et bethleem quo p̃cio quo labo
re baramã alias barbã nocturnũ
habui p̃ceptorem. Tiebat ei iude
os. et se mihi alterũ exhibuit Nicode
mũ &c. De Nicodemo dixit. q legi
mus q nocte visitabat xp̃m Joh.
iij. in p̃n. et vij. et viij. i fine. Habu
it etiã q̃ndaz fr̃em ex iudeis bapti
satũ. d quo ad rusticũ vltra mediũ
sic ait. Dũ essem iuuenis et solitudi
nis deserta me vallarent icẽtiua vi
cioꝝ ardoremqz nature ferre nõ po
terã. q̃ cũ crebris iciuniis frãgerez
mens tñ cogitacõib9 estuabat. ad
quã edomãdã cuidã frĩ q̃ ex hebre
is crediderat me i disciplinã dedi. vt
post q̃ntiliani acumina. cyceronis
qz fluuios. grauitatẽqz frontonis.
et lenitatẽ plinij alphabetũ discerẽ
stridẽtia ãhelantiaqz v̓ba medita
rer. Quid ibi laboris insũpserĩz. q8
sustinuerim difficultatis. q̃tiẽs des
pauerim. quotiens cessauerim. et
cõtẽcõe discendi rursus inceperim. te
stis ẽ ɔsciẽcia tam mea q̃ passus sum
q̃ eoꝝ q̃ mecũ vitam duxerunt. Et
gratias ago deo q de amaro litte
rarum semine dulces fructus ca
pio. ¶ In prologo vero danielis.
de hoc loquens subdit. Qui mihi
videbar sciolus iter hebreos. cepi

turſus diſcipulus eſſe caldeꝰ. Et vt
veꝝ fatear vſq; in pn̄tem diez ma
gis poſſu3 caldaicū ſmonē legere
⁊ intelligere ꝙ ſonare. ¶ Quo āt cū
difficultate ipſe retinebat lingua3
hebraicā. ipē ſic dixit i epytaphio
ſancte paule. Hebreā linguā quā
ego ab adoleſcētia multo labore ⁊
ſudore didici. infatigabili medita
tione non deſero. ne ipſe ab ea de
ſerar.

# PEr Hieroni

mū epiſtole. ſermones
⁊ libri multi fuere cōpo
ſiti. enumerati plenius ꝙ in loco a
lio mihi noto. in ſpeculo hiſtoria
li li. xvij. ca. xix. quoru3 aliquos edi
tos ſc3 vſq; ad primū theodoſij de
cimūquartum annum Hieronimꝰ
ipſe deſcripſerat in libro virorū il
luſtrium ad finem. ⁊ ꝙ poſt prodi
gia inter laudes Hieronimi hec ē
ſūma. vt laus ipſa p pluriū no
ticiam ampliet̄. ⁊ a pluribꝰ pficiat
laudatū. Concepi aptius plenius
clarius ⁊ vtiliꝰ in hac q̄rta ⁊ vlti
ma eius operis pte in alias q̄tuor
ſubdiuiſa. Epiſtolaꝝ. ſermonu3. ⁊
illoꝝ librorum deſcribere nomina.
¶ Aptius dixi. ꝙ premiſſis q̄ ſunt
fidei ſub ppoſitionibus ad ⁊ de p
alphabeti ordinem ordiate ꝯiūgā
q̄ ſcribūtur ad certos. puta ad Au
guſtinū damaſum ⁊ ceteros. vel
de certis. vt de hebraicis nomibꝰ.
de homine pfecto ⁊ ſimilibus Se
cūdo eodem ordine ſubdam q̄ ſcri
būtur cōtra certos. vt Eluidiu3 Io
uinianū ⁊ alios. Tercio que ſcribū

tur ſup libros certos. vt Abacuck
Abdiam ⁊ ſimiles. Quarto pſeq̄r
ipſius canones. vt ſtatim ifra ſub
iungam Plenius dixi. ꝙ multos
ſuppleto illo caplo non expſſos. ⁊
eos de quibꝰ dubitatur vt dubios i
ſerā. de quo vide infra ad cellantiā
in titulo. Clarius dixi. ꝙ epiſto
larum ſermonū ⁊ libroꝝ principi
um p lrām A. ⁊ finem p lrā3 Z. or
diate deſcribant ⁊ canoniſtis meri
to fauens. exprima3 locum ſaltem
vnum ſi quo de epla illa ſermone
vel libro fiat mentio in ſuorum cō
textu voluminū Vtilius dixi quia
cuiq; epiſtole ſermoni vel libro
connectam vltra principium ⁊
finem vnū notabile ad minꝰ. vel
ad plus duodecim ſi non ſit grāde
volumen vel ſenariū q̄ pfectus eſt
pt alium librorum numerū nō ex
cedat. Excedens āt vel grāde volu
men nō excedet nūerum duplicatū
docēte Hieronimo ſup ezech. li. x.
in pn. ꝙ moleſta ē tam dicā ādi. ꝙ
legendi infinita congeries. Scio eē
qd de ſuo genere laudabile ſit d ni
mietate culpabile. facit ad de mel.
C. pꝑter quod etia3 breuitatis vel
ornatus cauſa q̄nq; verbu3 aliqd
de cōtextu mutabitur. Na3 vt dicit
ipſe Hieronimꝰ i ſecūdo ſup amos
Apoſtoli non eodem mō calcauere
veſtigia imponendis teſtimonijs
veteris teſtamenti Latius aute3
curioſus hanc excuſacōnem exqui
rat in ſpe. hiſto. li. v. ca. x. Quia ve
ro de predictis Hieronimi ſcriptis
vltra ducēta capla in volumine de
cretorum fuere tranſſumpta. que

ſunt illa in fine ſubiūgā. Et lȝ vt
ibi patebit Gracianus iterdūȝ at
tribuat hieronimo ſcripta que trā
ſtulit. ego tñ librorū tranſlatoruȝ
ꝑ ipſum notabilia hic nō ponam.
Aliorum em̄ nō ſua ſūt verba trāſ
lata. alias ꝑ totum bibliotece pra
tum certos flores colligi oporteret
qd meo ꝓposito dupl'r contrairet.
Primo. qꝛ nō omnibus quaſi vel
multis ſed nullis vel paucis nota
ꝑticipare diſpono. Secundo qꝛ bre
uitatis ad quaȝ conor hoſtis efficie
ret. ¶ Ex trāſlatis tñ paucos nomi
nando notifico. qꝛ ꝓut ipſe dicit ī
libro virorum illuſtriuȝ vbi de ip
ſo loquitur. tranſtulit libruȝ didi
mi de ſpūſcō. q̄ poſt prefationem i
choantem. Cū in babilone: icipit.
Omnibus q̄dem: a finit. Nō igno
rare ſermonis. Item trāſtulit tra
ctatū origenis ſuper cātica q̄ icipit
Quō dicimus per moyſen. a finit.
cui ē honor a gloria. Iteȝ eiuſdem
omelias xvi. ſuper geneſim. q̄ inci
piūt. In principio fecit deus celuȝ
a terram. q̄ eſt omnium principiū
a finiunt. a deus ſemper erit nobiſ
cū ꝑ ihm xpm. Et tredecī ſuper exo
dū que ichoant. videtur mihi qꝛ v
nuſqſqꝫ ſermo. a finiūt. tabernacu
lum deo iacob ꝑ ihm xpm ac. Itē
xv. alias xvi. ſup leuitico. principi
uȝ. ſic in nouiſſimis dieb9. finis. i
poſuit ipſi gloria in ſecula ſeculo
rum Amen. Itē eplam epyphanij
ad Ioh. epm. que icipit. Dño dile
ctiſſimo. a finit. Inducat erroris.
Itē victorinū ſuper apocalipſim. q̄
poſt prefacōem de qua iſtra ſic inci

pit principiū libri. beatitudineȝ. et
finit. cū cherinto heretico ſeciūt. q̄
oīa trāſcurrere placuit. ¶ Sciat au
tem lector i concordancijs q̄ ad nota
bilia īfraſcribenda iūgentur has
dcōes idē a vide ſōnare diuerſā. ꝑ
primā em̄ origiale. nō hoc opus.
ꝑ ſecundā vero hoc opus inducit
Itē poſt principium a finem i his
q̄ ſūt fidei q̄tuor. i reliq̄s tria nota
bilia. ſi alio ſigno nō patet ſb' vna
lrā ſignabunt vt allegata poſſint
citius iueniri. ¶ Proteſtor āt me n̄
ignorare qꝛ exflorare libros licet
ſit vtile nō ſubtile. Scio etiam illd
ex preferendoꝝ vel iſerendorum ob
miſſione facile reprehēdi. Sȝ vltra
excuſationem premiſſam ſtudenti
ſatis ſit. qꝛ ſibi in paucis animi la
bore cōſulitur. Teſtatur etiā ꝑhiuſ
qꝛ impoſſibile foret cuiuſqꝫ votuȝ i
pleri. Nec obmittā qꝛ licet vincēti
us i hiſtoriali ſpeculo vbi ſup̄ mlt
tos exp̄ſſit. tñ valde paucos exflo
rauit. Ego vero ex his quos videro
nullū obmittam. Thomā vero qui
manipulū florū compoſuit. d cōtū
hieronimi plus ex trāſſumptis qꝛ
ex originalibus puto fuiſſe dome
ſticū. Primo. qꝛ in multis d cōib9
q̄b9 ſatis de hieronimo ponere po
terat nihil poſuit. Secūdo pl9 mo
uet. qꝛ ſepe obmittit ep'as noiare
etiam illas q̄s frequenter in alijs
paſſib9 nomiauit. Tercō dū deſcri
bit libros in fine de poſitis ꝫ ſub di
ctione ſup nullū pōnit. De reliquis
ſolos xvi. In quoꝝ etiā aliquib9 i
deſcrpcōe pncipij vel finis falſitateȝ
inueni. Ibi ēt atrbuit hieronimo

ep̄lam cuius titulū dixit de cohi-
cle. ꝛ multi. ꝛ pncipiū. pmiſeramq̄
dem vobis. ꝛ fine. deus pacis erit
vobiscū. Quā diu ꝛ ſollicitudine
non parua q̄ſitam. ꝛ cū inuenire nō
poſſem. nouiſſime vir deuocōne ſin
cerus ꝛ feruidus caritate grandis
ſcīa nec minor facūdia frater Bar
tholomeus de vrbino ordinis here
mitarum. qui Auguſtinianū cōpo
ſuit. p quē dictorꝫ auguſtini cupi
dos in ſinguliſ materijs copioſos ef
fecit. mihi ep̄lam illā ſibi notā ex
hibuit. q̄ fuit Auguſtini ītitulata
ſub noīe libri de ſingularitate cleri
corꝫ. in quo me letificauit. q̄a illi q̄
rende finē impoſuit ¶ Quo etiam
pyſien. lector pfecit huic operi. pi
get calamus ꝯtradictorꝫ igrediēs.

¶ Diffinitio fidei ſymboli ꝛ
Niceni concilij.

A ¶ Credimus in vnū deū
patrē oīpotentē oīm vi
ſibilium ꝛ inuiſibiliū creatorem.

Z ¶ Hereditatione non ambigu
a ſunt ſortiti.

B ¶ Nota. nihil ī trinitate ſubi
taneū. nihil tpale. nihil i
potens. nihil min9. nihil ineq̄le.

¶ Expoſitio fidei ad Dama
ſum papam.

A ¶ Credim9 in deū patrem

Z ¶ Hec eſt fides ꝛc. hereticum ꝯ
probabit. qui ſinis habetur.
xxiiij. q. prima. hec eſt fides.

B ¶ Nota fatemur vnā eē vitā
ſanctorꝫ. ſꝫ p̄mia p labore
diuerſa. E cōtrario p mō delicto
rū. pctōrū eē ſupplicia. vide ꝯtra pe
lagianos E. ¶ Itē liberū ſic confite
mur arbitriū. vt dicam9 nos ſp dei
auxilio indigere. ꝛ tā illos errare q̄
cū manicheo dicūt hoīem pctm̄ vi
tare nō poſſe. q̄ illos q̄ cū Iouinia
no aſſerūt hoīez peccare nō poſſe. vt
qꝫ enī tollit arbitrij libertatē. vide
ad theſifontē C.

Expoſitio ſymboli

A ¶ Mihi q̄dez fideliſſime p̄r
laurenti. ad ſcribendū
aīm9 tā nō ē cupid9 q̄ nec ydone9
ſciēti non eē abſqꝫ picuto: multorū
iudicijs igeniū tenue ꝛ exile ꝯmit
tere. videt cōtra vigilantiū prīa B

Z ¶ Deprecamur vt nobis ꝛ oībus
q̄ hec audiūt. cōcedat dn̄s fi
de quā ſuſcepim9 cuſtodita: curſu
ꝯſumato: expectare iuſticie repoſi
taꝫ coronā. ꝛ īueniri īter eos q̄ reſur
gunt in vitaꝫ eternā. liberari vero
a cōfuſione ꝛ ob pbrio eterno per
xpm dn̄ꝫ nrm̄. p quē eſt deo patri
oīpotenti cū ſpūſcō gloria ꝛ iperiū
in ſecula ſeculorum Amen.

B ¶ Nihil ē qd in vita geri poſ
ſit: ſi non credulitas an p̄
ceſſit. Premittit exēpla de igreſſu
ro nauez. q̄ credit poſſe ſaluari. de
ſeminātī. qui credit fructū poſſe p
cipere. Subdit de ſpe plis in matri
monio. De ſpe pficiendi ī puero q̄
ſcole traditur. De recipiente iperiū
vel ducatū exercitus qui ſperat obe
dientiā. Hec āt dixit pp̄ter paga
nos obijcientes fidem noſtrā in ſo
la credēdi pſuaſione ꝯſiſtē: cū ei9 de
ficiant rationes. Item deū cū au
dis ſubſtantiā intelligas ſine īicio.

ſine fine. ſimpliceꝫ ſine vlla admix
tione· inuiſibilē· incorporeū· ineffa
bilē· inextimabilē. in quam nihil ad
iunctū nihil creatū ſit· ſine aucto
re enī eſt ille q̄ auctor eſt oīm. Pre
miſerat āt nō me latet illa ſentētia
ſapientū· que ꝓprie admodū dicit
ꝙ de deo etiā vera dicere periculo
ſū eſt. ¶ Item quō deus pater gē
nuerit filiū nolo diſcutias· nec te
curioſius ingeras i huiꝰ archanū
ꝓfundo· ne ſi forte in acceſſe lucis
fulgore ptinacius ꝑſcrutaris: exi
guū ipſū quī mortalibꝰ cōceſſus ē
ꝑdas aſpectū· aut ſi putas in hoc
omni genere incendiū· prius tibi
prepone que nrā ſūt· q̄ ſi volueris
expedire· tūc a terreſtribꝰ ad cele
ſtia· a viſibilibus ad inuiſibilia ꝑpe
rato· ꝓſeq̄tur· ꝙ mens generat v̄
bum· ⁊ q̄ ſit in ea memorie ſpūs·
⁊ quō fons generat fluuiū ⁊ rapi
dū fluentum. quō ignis ex ſe gene
rat ſplendorem ⁊ vaporem.

C ¶ Item credendus eſt deus eē
pater vnici filij ſui. nō diſcu
tiendꝰ. neqꝫ eī fas eſt ſermo de na
tali dñi diſputare· Ipſe āt pr̄ dix
it. Hic eſt filius meus dilectꝰ ⁊c.
¶ Item vnus in deo nō numeri ē
vniuerſitatis eſt nomē. ſicut dicit
vnus eſt ſol. ꝓpterea ergo vnꝰ di
citur ꝙ alius nō ſit ¶ Itē legimus
in libris moyſi ꝙ Auſes naue fili
us cū electꝰ eſſet dux populi ɔmu
tato noīe de auſe Iheſus ɔgnoīatꝰ
ſit· In prologo ſuper Joſue legit
ꝙ hebrei Iheſum naue vocant Jo
ſue. ¶ Item cū in rebus ꝓferūtur
exempla· nō per omnia ſimilitudi
nem ſeruare pūt illatum. ſed vniꝰ
ptis ꝑ qua videntur aſſumpta ſimi
tudinem tenet· inducit ⁊ expoīt ex
empla euangelica· que dicūt ſimi
le regnū celorum fermēto ⁊ rethi
miſſo in mari ¶ Itē omnis ptus
vt opinor ex tribus conſtat. ſi ad
ulte etatis ſit femina. ſi virum ha
beat. ſi non ſit vicio ſterilitatis ob
clauſa. ⁊ ibi de femore ⁊ de apibus
⁊c̄. ab preſidium D. ¶ Nam vt di
cit fenix ſibijpſi naſcēdo ⁊ renaſcē
do ſuccedit· Apes etiam neſciūt cō
iugia. Et ſubdit ꝙ mirādum de gē
tilibus q̄ credūt mineruam de cere
bro iouis natam· ⁊ liberum de ipſi
us femore· ⁊ ſimilia· que difficilio
ra ſūt ꝙ xp̄m natum ex virgīe qd
credere nolūt. Itē reſpōdet dicenti
bus· dato ꝙ poſſibile fuerit deo v̄
ginem cōcipere ⁊ parere· indignū
videri diuinam maieſtatem tranſi
re per genitalia mulieris. Nam vt
dicit· nō videretur pollutus vir ſtrē
nuus ſed miſericors qui vidēs pu
erum in luto necari· lutum intrarꝫ
vt illum liberaret a morte. Subdit
de ſole tranſeunte per cenum· ⁊ de
igne qui non polluitur ex cenoſa
materia per quam tranſit.

D ¶ Item nil dicas ibi impoſſi
bile· vbi aderat virtus al
tiſſimi. nil de humana fragilitate
cogites· vbi plenitudo aderat dei
tatis. vide ī ad occeanū prima. D
¶ Item quanto ſūnt magna q̄ cre
denda ſunt· tanto ydoneis ⁊ indu
bitatis teſtibus indigent ¶ Item
ꝙ ergo fōs peccati ⁊ mortis de mu
liere prima que fuit in primi adā

coſtā pceſſit. Ideo fons te te̅p cō
nis ⁊ vite de ſecūdi adā coſta pro
ducitur. ¶ Item hec pauca de mul
tis. breuitati ei ſtudentes plura co
aceruare non poſſum⁹. Hec dixit.
quia reſurrectionem chriſti per cer
tas autoritates probauerat

E ¶ Itē vbi n̄ de d'initate ſed de
creaturis eſt ſermo vel de mi
ſterijs in ꝓpoſito non addit. ⁊ ſic
creator a creaturis ſecernit. dicit
ergo credendū ſanctam eccleſiam
non vt deum ſed vt deo congrega
tam. ¶ Itē poſitis noībus librorū
noui ⁊ veteris teſtamenti quos di
cit canonicos. ⁊ ſubmiſſo ꝗ libri ſa
pientie Eccl'iaſticus Iudith Thobi
as ⁊ machabeoꝝ non canonici ſed
eccl'iaſtici p maiores dicti ſūt. ſic di
cit. Hec nobis a patribus vt dixi
tradita: oportunum viſum eſt hec
in loco deſignare ad inſtructionē
illoꝝ qui prima fidei elementa ſuſ
cipiūt. vt ſciant ex quibus ſibi fon
tibus verbi dei haurienda ſūt po
cula. ¶ Item de remiſſione pctōꝝ
ſufficē debet ſola credulitas. Quis
enī cauſas aut racōes reqrat vbi i
dulgentia principis eſt. cum ergo
terreni principis liberalitas diſcuſ
tioni non ſit obnoxia. cur ab hūa
na fragilitate diſcutitur dīna lar
gitio. ¶ Item reſurrectōis virtus
angelicum hominibus cōfert ſta
tum. vt qui de terra reſurrexerunt
non iteꝝ in terra cum pecudibus:
ſed in celo cum angelis viuāt. qs
tn̄ ad hec rō vite p̄oris admiſerit

F ¶ Itē. cur queſo cū anguſtijs
diuine potētie extimator es.
vt diſpſū cuiuſq carnis puluerē
in ſuam racōem colligi ⁊ reparari
poſſe non credas. cū videas morta
le ingeniū demerſas in pfundum
terre metalloꝝ venas rimari. ⁊ ar
tificis oculus aurū videt qd imperi
tus terram putat. ↄcedamus ei q̄
fecit hoiē qd homo ↄſequi poteſt
¶ Itē quid tibi abſurdum aut cō
trarium videtur. ſi eiſdē rationib⁹
quibus terra in corpus animale
pfecit. ipſū animale corp⁹ in cor
pus pficere ſpūale credat

¶ Tractatus fidei credulitatis
conuerſacōis ⁊ vite xpianorum

D Auid glorioſus in pſal
mo ſic dicit.
Z ¶ Emuli magiſterium ſumant.
vt non ſolū gratulemur nos
crediſſe. ſed etiam aliquantulū
inimicis ⁊ credentibus profuiſſe.
B ¶ Nota iudeis nil aliud ad fi
dei veritatē credendū exiſti
mo: niſi ihm xpm filiū dei ⁊ p ip
ſum ſaluari genus iſrahel. ⁊ gētes
etiam baptiſati in nomine eius. re
liqua enī ſciunt per legem ⁊ ꝓphe
tas. At gentiles quibus maior eſt
labor tali docendi ſunt ordie: vt ab
ydolis ⁊ voluptatibus totis p̄cor
dijs recedant ⁊c̄. ¶ Itē homo pro
corpe deus i ptāte docebat vt ma
giſter. pſuadebat vt frater. efficie
bat vt deus. eligebat vt preſcius
curabat vt medicus. ⁊ vt hūan⁹
cōpatiebatur. ¶ Item fluxu rerū
⁊ vbertate copiarum anim⁹ ſolui
tur. vigor mentis infringit. virtus

corpis eneruatũt· Ac in paupertate
non laſciua ↄuiuia· non turpes po
tacõnes· omnia ſobria· omnia rigi
da· omnia humilia· non abiecta·
q̃ñ pura cõſcĩa ⁊ virtute ſunt ple
na· ñ facile ad diuicias ai⁊ v̾tutes
hui⁹ mundi· diues accedit· vide
cõtra pelagianos· ¶ Itẽ ex mate
ria prius plene tradita ſic ↄcludit
Paupertas ⁊ diuicie toti⁹ huma
ni generis corpore collocantur· vt
pauperis patientia diuitiˢ hũani
tas dei examine cõprobent· ¶ Itẽ
tp̃alibus eterna ſũt preponenda·
caducis ſtabilia· ſollicitis ſecurio
ra· periculoſis libera· ïhonorificis
clariora· hijs monitis diues tẽpe
retur ⁊ pauper ſubleuetur· ¶ Itez
Nunciã de ſexu loq̃mur· qui ẽ maſ
culus ⁊ femina· ỽ vir ⁊ mulier· Vir
quidem vxorez ſuam diligat ſicut
xp̃s ecc̃iam· Et ꝫ deinde vinculuz
ↄiunctionis pudice ⁊ cõi caſtitate
gerere debet· ⁊ tũc cõuenire q̃ñ ge
nerationis eſt cõtẽplatio: aut ora
tionis non reuocat tempus· Euz
etiam decet inceſſu eſſe ſimplicem
non iactatum aut focatum· At mu
lier diſcat obſeq̃ viro ſuo· ſciat et
caſte cũ eo viuere· ⁊ nolle tempoꝛã
ↄuentionis· Non eñ ad impudici
ciam matrimoniũ copulauit deus
ſed vt generationi p̃beret obſeq̃ũ
Diſcat pie filios educare· verecũdã
eſſe· non litigioſã· non vinolentaz·
non ſuperbam viro· etiam ſi patri
monio maior ẽẽ videatur· Sit inceſ
ſu pudica nõ fucata forma· procedẽs
ãc̃· vt v̾tute animi ⁊ cõtinentia vi
ris iuſtiſſime coequet· ¶ Itez pue

ris illud primo inſinuandum· vt
nullo audiẽdi deſint tp̃e· q̃ꝛ nec ſe
mel poſſunt omnia edoceri· deinde
vt innocẽtiam ſimplicitati cõiun
gant· vide ſup pſalmo centeſimo·
¶ Itẽ cum xp̃s dixit: primũ queri
te regnum dei ⁊ hec omnia apponẽ
tur vobis· nulli dubiũz fore credo
his copiam neceſſariaꝝ reꝝ in ter
ris ñ defuturã q̃b⁹ celeſtia pp̃ant
D¶ Itẽ in eo maxime quis pec
cat in quo quotidie agit ⁊
viuit· moneatur ergo miles ne cõ
cuciat· officialis ne calũnietur· iu
dex vt moderetur· ruſticus vt non
murmuret· vrbanus vt non ſit ſb
dolus vel circũſcriptor· ⁊ ne i reb⁹
malis ſuum exerceat ingeniũz· ne
gociator vt non peieret· agricola
vt annonã nõ captet· opifex vt nõ
illudat aut fallat· ¶ Itez duplex ẽ
timor· vnus appetendus· alius fu
giendus· ¶ Itẽ plurimi ↄtinẽtes
iracũdi ſunt· ebrioſi, pcaces· ſupbi
ex cõtinentia magis inflat· pcuſſo
res· maledici· cupidi timidi multũ
ſibi placentes· vt iudices cõtinen
ciam qua ſe preſecunt· incõtinẽcie
ſubminiſtraſſe materiam ¶ Item
Turpe eſt dicere quod illos facere
non pudet· vide ꝫ xxxij· q· iiij· in eo
Itẽ Is vere eſt cõtinens: qui vniũ
ſa mẽbroꝝ officia malis affectib⁹
ſubtrahit ⁊ cogitatum a tota neq̃
cia compeſcit ¶ Item paciencia eſt
omnium iniuriarum ⁊ paſſionuz
tolerantia ⁊ expectationum omni
um ſine precipitatione ſufferentia
Sororem habet ſpem· de hac predi
xit· Spes eſt expectatio reruz õniũ

futurarū quaꝫ in fide habem⁹. p quam ſaluamur. Juſticia ē ſingulariū rerū ⁊ pſonarum equiſſima diſtributio. ¶ Jtem premiſſo ꝑm apl'm de fide ⁊ ſpe ⁊ dilcōe ſubdit. Caritas ē conſūmatio omniū mandatorum. breuis omniū preceptorum. quam q̄s cū habuerit omnia habet. ſine hac in alijs remanet ipfect⁹. Induċit autoritatē math. xxij. in fine. diliges dn̄. ⁊c̄. ⁊ quod ibi ſeq̄tur. Jn his duob⁹ p̄ceptis tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Subdens v.des in hac ſola vniuerſa legis tanta pēdere. hoc autem proſeq̄tur vſqꝫ ad finem.

¶ De eſſentia trinitatis alias deitatis ⁊ de dictis tranſlatiue. alias intitulat' de membris dn̄i. ſic ponit Gracianus de con. di. ij. ſacerdos dei. quod hic habetur circa finem.

A  Omnipotēs deus pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus vnus eſt atqꝫ trinus.

Z ¶ Vigilaē dei ē in defēſione electorū ſuorum ⁊ vltionem inimicorum ſe manifeſte demōſtrare

B ¶ Nota ſup omnia quippe deus eſt regēdo atqꝫ imperādo. ſubtus omnia ſuſtinendo atqꝫ portando: non pondere laboris ſed infatigabili v̄tute. ¶ Jtē vbicūqꝫ ſacra ſcriptura ſparſim p diuinos libros in deo motus aīe vel humana mēbra deſcribit v caput. capillos. oculos. palpebras. nares. aures. os. labia. linguaꝫ. cor. ymaginem. vterū. manum dexteram. ſiniſtram. digitos. ſiue digitum. brachium. alas. ſcapulas. poſteriora pedes. Jtem motus anime. iram. furorem. obliuionem. penitentiaꝫ. recordationem. ⁊ his ſimilia. non carnaliter iuxta hiſtoriā a recte intelligentibus ſumenda ſūt. Sicut a iudeis ⁊ pleriſqꝫ hereticis carnaliter ſapientibus. q̄ deū corporeuꝫ atqꝫ localem opinant'. ſed ſpiritualiter omnia intelligenda ſunt. Si quis enī ad deuꝫ humana mēbra ſeu motus anime more humano iñeſſe credat. pcul dubio i corde ſuo idola fabricat. Cū ergo caput legimus: eſſentiaꝫ deitatis que omnia precedit ⁊ cui omnia ſubiecta ſūt intelligere debem⁹. ⁊ ſic ſingula ſuperiora proſequitur.

¶ Ad Abigaū hiſpanū de humilitate ⁊ pacia.

A  Quamq̄ꝫ mihi multorū ſim conſci⁹ peccatorū.

Z ¶ Sanctos qui nos diligere dignantur. p te opido ſalutam⁹.

B  Nota mihi ita a pueritia vitare conatus ſū. q̄ꝫ tumētē animū ⁊ ceruicem erectam: dei contra ſe odia puocantē. vide ſ. ſuper pſalpam li. v. ¶ Jtem meliores ſūt duo q̄ꝫ vn⁹. ⁊ ſi alter ceciderit ab altero fulcietur. funiculus triplex nō rūpitur. ⁊ frater fratrem adiuuās exaltabitur. Scribe igit' audacter. ⁊ abſentiam corpoꝝ crebro vince ſermone. ¶ Jtem quoſdā philoſophos legimus. vt totam cogitacōnem ad mentis cogerent puritatē ſibi oculos eruiſſe. Jdem. ij. contra

Iouī ⁊ vide ⁊ ad caſtricianū. Et ⁊ cōpleta dicit. Intrauit mors p feneſtras nr̄as. ¶ Item non mittis merces in preciosum ſeculū: ſed theſauros tibi in celeſtibꝯ paras. idcirco nr̄as appetis amicicias quos xp̄i famulos arbitraris.

¶ Ad ageruciā de monogamia

A In veteri via nouam ſemitam querimus.

Z ¶ Sub nomine tuo titulum poſſidebit.

b ¶ Nota interdū ſibi libido bladitur. vt qd̄ ꝓpter intemꝑanciā ſit: fieri videat deſiderio liberorum ¶ Item quanto plura ſunt q̄ impugnant pudiciciā: tanto victoris maiora ſūt premia ¶ Item ponit de trecētis barbarorū matronis captiuis. que pro ſeruanda pudicicia filios paruulos a ſe poſtmodum occiderunt.

C ¶ Item ponit ꝙ vidit ꝯiuges ex plebe viliſſimos quorum maſculus viginti vxores ſepelieāt femina viginti duos maritos ſepelierat ſiue habuerat. quorū vir q̄ ſuperuixit coronatꝯ fuit a populo ¶ Item virginitas in eo facilior eſt ꝙ carnis incētiua non nouit. ⁊ viduitas ī illo ſollicitior: ꝙ preteritas aīo recolit voluptates. ¶ Itē libido trāſacta ſemꝑ ſui relinquit penitudinē. nūꝙ ſaciat. ⁊ extīcta iterū reaccendit. vſu creſcit ⁊ deficit. nec rationi paret que impetū ducitur.

D ¶ Item habere potes ꝓbate etatis famulos vel libertos in quorū manibus es nutrita. qui preſint domui. ad publicū reſpōdeant. tributa pſoluāt. q te ſuſcipiāt vt patronam. diligant vt alūnā venerent vt ſanctam. ¶ Itē fuge ꝑſonas in q̄bus poteſt male cōuerſationis eſſe ſuſpicio. nec paratū habeas in ludibrio. Sufficit mihi cōſciā mea. non curo quid de me loquantur homines. Apoſtolus eīm puidebat bona: nō: ſolū corā deo ſed ⁊ coram hominibus. ne ꝑ illū nomen domini blaſphemet in gentibus ¶ Item melius ē amittere qd̄ velimꝯ nolimꝯ periturū eſt. ꝙ id ꝑ quo omnia dimittenda ſunt.

E ¶ Itē Narrat vrbes: quas foris gladius intus vaſtat fames. ⁊ alias que ꝯtremiſcūt ⁊ fore patiuntur. quod iam alie paſſe ſūt. ¶ Item olim a mari pontico vſꝗ ad alpes iulias nō erāt nr̄a que noſtra ſūt. ⁊ per annos. xxx. fracto danubii limite in mediis Romani imperii finibus pugnabāt. Aruerāt vetuſtate lacrime. ⁊ pret paucos ſenes oēs in captiuitate obſidione grauati nō ꝯſiderabāt quā non nouerant libertatem. ¶ Item non tam tibi ꝙ ſub tuo nomine aliis ſū locutus. que nil aliud de ſcripturis ꝗ bigamie precepta nouerunt. ⁊ que in alieno corpore ſua deſideria cōſūmunt. vt ꝙ ipſe fecerunt alias facere videant ⁊ malarum ſocietate palpantur.

¶ Ad Auitum preſbiterū origenis errores pandens. ⁊ ibi proſequitur. xxxi.

A Ante annos circiter decem ſanctus vir pammachius.

Z ¶ Anteq̄ ingrediant viã que ſibi cauenda ſunt nouerunt.

b ¶ Nō q̄ legendū acceperāt adhibitis notarijs cpꝰ oē deſcpſit et multo celerius q̄ ꝑmiſerat codicem reddidit. et qd male ſurripuerat peius a ijs credidit. et qꝛ difficile libros grādes et de rebꝰ miſticis diſputantes notariorū pnt ſeruare cōpendia. pſertim q̄ furtiz celeriterq; dictant. ita in illis cōfuſa ſunt omnia vt ordine et ſenſu careant in pleriſq;. ¶ Item aduerſus omnia ſcribere nec huius eſt temporis.

¶ Ad Alexandrum monachū et Mmecaium de reſurrectione carnis.

A In ipſo profectionis articulo.

Z ¶ Quorum quis ſenſus ſit ſupra diximus.

B ¶ Nota. Itē tanta celeritate fiet reſurrectio mortuoꝝ vt viui quos in corpibus ſuis ↄſummationis tēpꝰ inuenerit. mortuos de inferis reſurgētes preuenire nō valeant. vide ꝭ ad marcellam v. B. Itez ſicut mouetur q̄ vigilat. ſic q̄ dormit iacet imotus et ſimilitudīe mortis torpet. vide infra in vigiliacum ſermone vel libro.

C ¶ Nota Item non doctoris opinio ſed doctrine ratio pōderanda eſt. vide ſup zachar. E. ¶ Item in terra aurū queritur et de fluuioꝝ alueis ſplendens pfertur glarea. ¶ Itē meū ꝓpoſitum eſt antiquos legere. probare ſingula. retinere que bona ſunt. et a fide catholica non diſcedere.

¶ Ad Algaſiam de vndecim queſtionibus. de hoc triceſimaſecunda. queſtione. ſecunda. ſicut ſemina.

A Filius meus apodomenus alias apodemꝰ q̄ interpretationem nominis ſui lōga ad nos nauigatione ſignauit.

Z ¶ Condēnandi ſūt qꝛ xpō veritate cōtempta. poſtea mēdaciū antichriſtum ſuſcepturi ſunt.

B ¶ Nota miratus ſum vir puriſſimo fonte vicino noſtri tam prul riuuli fluenta queſieris. niſi forte pegrinas merces deſideres et ꝓ varietate guſtus noſtroꝝ ↄdimentoꝝ te alimenta delectent. et ijs dulcia placent. nōnullos ſub amara delectant. hoꝝ ſtomachuz acida renouāt. illorum ſalſa ſuſtentant. vidi ego nauſiam et capitis vertiginem ā itodo quod appellatur turpa ſepe ſcnari. vide ſup machie. E.

C ¶ Item Omnis falſa predicatio ſectatur lucra et gloriã que rit humanam. vt per gloriam naſcantur compendia. vide ꝭ ſupra titulum. D. ¶ Itez quode ſecunda ſicut inſule tur bine flatuq; ventorum et tempeſtatibus feriuntur ſed non ſu

uertuntur. ſic et eccleſie que ſperāt
in nomine ſaluatoris loquuntur p
yſayam. ego ciuitas firma. ciuitas
que oppugnatur ¶ Item quōe. iij
Iniquus ſi ſequatur iuſticiam ne
gat iniquitatē. Stultus ſi confite
atur dei ſapientiam negat ſtultici
am. hic interponitur. c. ſicut ſemi
na. xxxij. q. ij. ¶ Itē quōe quarta
Orandus eſt dominus: ne in exor
dio fidei et creſcentis etatis ocio tor
peamus. ſed imminēte naufragio
ſuſcitemus dormientem dominum
vt nos ſaluet ¶ Itē quōe. vi. parabo
la quaſi vmbra ꝑhemiū veritatis ē.
D ¶ Item quōe. viij. Medicina
non eſt cauſa mortis ſꝫ oñ
dit venena mortifera: licet his ma
li homines abutantur ad mortem.
vide infra cōtra Ruffinū. G ¶ Itē
apud grecos ſententia eſt minus
deſiderari quod licet. ergo econtra
rio quod non licet: fomentum reci
pit deſiderij. Vnde et tullius negat
Solonem apud athenienſes ſcrip
ſiſſe de patricidarum ſupplicijs. ne
non tam prohibere ꝙ commonere vi
deretur ¶ Item queſtione decima
In corpore veritas eſt. ſed in corpo
ris vmbra mendacium.
E ¶ Item queſtione vndecima.
ſicut ſignis dei que operaba
tur per moyſen magi ſuis reſtitere
mendacijs. et virga moyſi deuora
uit virgas eorum. ita mendacium
antichriſti. chriſti veritas deuora
bit.

¶ Ad Amandum de quibuſdā
queſtionibus. de hoc. xxxij. q. vij.
omnes cauſationes.

A B Reuis epiſtola lōgas
queſtiones explanare
non valet. et in artum multa con
cludens ſtringere verbis quod ē
ſenſibus dilatatum. vide ſup pſal
terium in prologo.
Z ¶ Non parcit medicus vt par
cat. ſeuit vt miſereatur. Idem
ij ſuper Ezechielem.
B ¶ Nota. quid neceſſe eſt ſen
ſum ad incerta et futura ex
tendere: que autem conſequi non
poſſumus. aut forſan cito inuenta
perdamus ¶ Item in oratione do
minica dicimus. libera nos a ma
lo: vt ſufficiat nobis contra mali
ciam huius ſeculi preſens habere
certamen. ¶ Item omne peccatū
poſt factum penitudinem habet.
et licet inuitet luctum tamē remor
det conſcientia. voluptas ſola ac li
bido etiam in ipſo tempore peni
tendi preteritos ſtimulos patit.
C ¶ Item aliud eſt peccare p cor
pus aliud in corpore. De pri
mo enim ponit exemplum in fure
et homicida. De ſecundo quidem in
fornicatore. Hic interponitur pre
allegatum capitulum omnis.
poſt quod ſequitur capitulum.
non ſatis. tricesimaquarta. queſti
one ſecūda. vbi eſt notabile quod
ſequitur. ¶ Item. rem nouam lo
quor. ymmo non nouam ſed vete
rem. que veteris teſtamenti aucto
ritate firmatur.

¶ Item putride carnes ferro indi
gent ⁊ cauterio.

¶ Ad eundem reſponſiua quaꝫ
aliqui intitulant ad damaſum.

A P ropoſitio tua fuit de ea
dem apl'i epiſtola.

Z ¶ Chriſtꝰ totꝰ in cunctis.

b ¶ Nota ſalua
tor noſter nunc omnia non eſt in
omnibꝰ. ſꝫ pars in ſingulis. Ver
bi grã. in ſalomone ſapientia. in
dauid bonitas. in iob paciencia. in
petro fides. in phinees ⁊ paulo ze
lus. in iohanne v̉ginitas. in cete
ris cetera. Cũ autem omniũ reruꝫ
finis aduenerit. tũc omnia in om
nibus erit. vt ſinguli ſanctoruꝫ õ
nes virtutes habeãt. ⁊ ſit chriſtꝰ
totus in cunctis.

¶ Ad Anthonium monachũꝫ
vt ſcribat.

A D ominus noſter humi
litatiſ magiſter: diſcep
tantibus de dignitate diſcipulis.
vnum apprehendit et paruulis di
cens. quod habetur Mathei decio
octauo in principio.

Z ¶ Precor vt diligentem te di
ligas. ⁊ conſeruo ſermoneꝫ
cõſeruꝰ impẽdas. Vale in domino

b ¶ Nota ſathanas ex angelico
faſtigio non aliam ob cauſã
niſi ob contrariam humilitati ſup
biam ruit. ¶ Item contra ſophi
ſtas ſeculi ⁊ ſapientes mundi. pe
trus ⁊ iacobus piſcatoꝛ mittũtur.
¶ Item phariſeus arrogans ſper
nitur ⁊ humilis publicanꝰ audit.
Item dño loquente cũ ſeruis frat
cũ fratre non loqueris. ¶ Item ni
ſi ſtili verecũdia prohiberet tanta
leſus ingereretꝫ. vt inciperes mihi
reſcribere vel iratus. vide infra ad
niceam Z.

¶ Ad aſellam de fictis amicis
⁊ detractoribus.

A D omine ſancte ac vene
rande matri.

Z ¶ Fluctusq; maris tuis preci
bus mitiga.

b ¶ Nota nõ facilis venia praua
dixiſſe de rectis. ¶ Itẽ oſcula
bantur mihi manus ⁊ ore vipereo
detrahebant. dolebant labijs cor
de gaudebant. ¶ Item diuinos li
bros vt potui nonnulli ſepe deſerui.
lectõ aſſiduitatẽ. aſſiduitas familia
ritatẽ. familiaritas fiduciã fecerat

C ¶ Itẽ. dicant mihi qđ vnq̃ in
me ſenſerint q̃ xpianum dece
bat. pecuniã cuiuſq̃ accepi. mũera
magna vel pua ſi nũ ſuſp ſi. in manu
mea es alicuius inſonuit. ¶ Item
nil aliud mihi obijcitur niſi ſexus
meus. ⁊ hoc nunq̃ obijceretur niſi
paula hieroſolimã pficiſcitur ⁊ ſꝫ
quam tamen nunq̃ manducanteꝫ
vidi. ſed poſtq̃ eam pro ſue ſancti
tatis merito venerari colere ſuſcipe
re cepi. omneſ me deſeruere v̉tuteſ
Nulle alie romane vrbi pbuerunt
fabulã niſi paula ⁊ melania. q̃ cõ
temptis facultatibꝰ pignoribꝰq;
deſertis crucẽ dñi q̃ſi quodam pi
etatis leuare vexillum. ſi balnea pe
terent. vnguenta eligerent. diui
tias etiam et viduitatem habe
rent. materias quoq; libertatis

a luxurie dñe vocarentur ⁊ ſancte
¶ Item facilius creditur ꝙ aut fi
ctum. libenter auditur: aut non fi
ctum vt fingatur impellitur.
D ¶ Itez O inuidia primũ mor
dax tui. O ſathane callidi
tas ſp ſancta perſeqris. vide ſuper
galath. li. xxxvi. ¶ Itez gr̃as ago
deo meo ꝙ dign⁹ ſu ꝙ mund⁹ me
oderit. ¶ Item veniat Eſdras q̃ mẽ
pretatur adiutor: reducat me i pa
triam meã. Stultus ego q̃ volebã
cãtare cancõz domini in t̃ra aliena
E ¶ Itẽ maleficuz quidã me gar
riunt: titulo ſi dei ſeruus ag
noſcor. magũ autem vocant iudei
dñũ meũ. ſeductor etiaz apoſtolus
dict⁹ eſt ⁊ xp̃s. Math. xxviij. in fi
ne. vide ad nepocianũ E. ¶ Itẽ ſcio
p bonã ⁊ malam famã puemri ad
regna celoꝝ. ¶ Saluta paulaz ⁊ eu
ſtochiũ velint nolint in xp̃o meas
Similez̃ ad Auguſtinum iiij. C.
¶ Item an̄ tribunal xp̃i ſimul ſta
bim⁹ ibi parebit qua mente quis
vixerit.

¶ Ad Atletã de inſtitucõe pau
le filie ſue pulcra ⁊ tota notabilis

A Apoſtolus paulus ſcri
bens ad corintheos.
Z ¶ Anciliaz ⁊ ſponſã chriſti eru
diã regnis celeſtib⁹ offerẽdã
B ¶ Nota nũꝙ eſt ſera ↄuerſio
latro de cruce trãſit ad pa
diſũ. Nabugodonoſor rex babilo
nius poſt efferacõem cordis ⁊ cor
poris ⁊ beluaꝝ in heremo ↄuictum
mentẽ recepit hũanã. ¶ Item ad

aliã materiã lapſus ſũ. ⁊ tota cur
rente dũ vrceũ facere cogito: ãpho
rã finxit manus. ¶ Item habeat
in diſcẽdo ſocias q̃bus inuideat et
q̃rum laudib⁹ mordeatur. nec eſt
obiurgãda ſi tardior ſit ſ laudib⁹
excitandum ingenium vt viciſſe ſe
gaudeat ⁊ victa doleat.
C ¶ Item nõ ſũt ↄtẽnenda ꝙ̃uis
pua ſint ſine q̃bus magna ↄ
ſtare nõ pñt. vide ſup Epheſeos B
¶ Item non diſcat in tenero q̃d ei
poſtea dediſcendũ eſt. difficile ra
ditur q̃d rudes animi perbiberũt.
Greca narrat hiſtoria Alexandrũ
pc̃ tẽtiſſimũ regez orbiſqz domina
torem ⁊ in moribus ⁊ in inceſſu le
onidis pedagogi ſui nõ potuiſſe ca
rere viciis quibus adhuc puulus
fuerat infectus. ¶ Item ſuper pa
bo. libro ſecundo ad finem. ¶ Itez
procliuis eſt malorum emulatio.
⁊ quoꝛuz virtutes nequis aſſequi
cito vicia imitaris.
D ¶ Item licet quidaz putant
maioris eſſe virtutis preſẽ
tem contemnere voluptatem. tam̃
ego ſecurioris arbitror continẽtie
neſcire quod querat. ¶ Item me
mẽtote parentes virginis. magis
eam exemplis docere poſſe ꝙ̃ voce
Cito flores pereunt. cito violam li
lium ⁊ croceum peſtilens aura cor
rumpit. nunꝙ̃ abſqz te procedat
in publicum. ¶ Item orationi le
ctio. lectioni ſuccedat oratio. Sic co
medat vt ſemper eſuriat. vt ſtatiz
poſt cibum poſſit legere orare et
pſallere. Idem ad Euſtochium.
ij. B.

E ¶ Jtē diſplicent mihi maxime in teneris etatib⁹ longa ⁊ imoderata ieiunia. Experimento didici aſellū in via cū lapſus fuerit diuerticula q̄rere. ¶ Hic interponitur q̇d ſcribit ſup cantica in p̄ncipio.

¶ Jtē illoꝝ tractatib⁹ illoꝝ delectetur igenijs in quorū libris pietas fidei non vacillat. ceteros ſic legat vt magis iudicet q̄ ſequatur. vide ad ad furiā. d. ¶ Jtē noli ſubire onus q̇d ferre non potes. nutriat in monaſterio. melius tibi ē deſiderare abſēte q̄ ſingula pauere. aliꝫ q̄ loq̄tur. q̇d loq̄tur cui annuat. q̄ liter aſpiciat.

¶ Ad Auguſtinum apologeticū v

A D Omino vere ſancto ac cū a ſancto fr̄e noſtro.

Z ¶ Vere ſc̄e ⁊ beatiſſime papa. ¶ Nota nō ego tibi ſed cā cauſe reddet. ⁊ ſi culpa ē rndiſſe multo maior ē puocaſſe. vide .j.iij. C.

¶ Jtē ſit iter nos pura germanitas. ⁊ deinceps non q̄ſtionum ſꝫ caritatis ad nos ſcripta mittamus. ⁊ i cāpo ſcripturarum ſine noſtro inuicē dolore ludamus.

¶ Ad eundem vt certi⁹ ſcribat. ij.

A D Omino ⁊ vere ſācto ac. i ipſo pfectōis articulo

¶ Vulgare prouerbium eſt. q̄ bos laſſus fortiter figat pedem.

Z ¶ Triſtes hec dicta uim⁹. vtinā mereremur cōplex⁹ tuos ⁊ collatōe mutua vel doceremus aliq̄ vel diſcerem⁹. i alio libro ſupplicit' te ſalutat

B ¶ Nota abſq̄ vllo rācore ſtomachi in ſcripturarum diſputatione verſemur. vt vel noſtrū emendemus errorem vel aliuꝫ fruſtra reprehendiſſe doceamus.

Abſit autem a me vt quicq̄ de libris beatitudinis tue attingere audeam. ſufficit enim mihi probare mea ⁊ aliena non carpe. ¶ Jtē puerilis eſt iactantie quod oliꝫ adoleſcentuli facere conſueuerunt. accuſādo illuſtres viros ſuo noi famam q̄rere. ¶ Jtem in ſcripturarum cāpo iuuenis ſenem non puoces. nos nr̄a habuimus tpa. ⁊ cucurrimus q̄ntum potuimus. nūc te currēte ⁊ longa ſpacia trāſmeante nobis debetur ocium.

¶ Ad eundem ſuper miſſa epiſtola arguendo iij.

A D ñno vere ſcō ac. Crebras ad me ep̄las dirigis.

Z ¶ Vale mi amice cariſſime. etate filij. dignitate pens. ⁊ hec a me rogatus obſerua. vt q̄cq̄d mi ſcpſeris ad me facias p̄mū puenire

B ¶ Nota de amicicia oīs tollenda ſuſpicio. ⁊ ſic cum amico q̄ſi cū altero ſe loquendū ¶ Jtē ego quondam miles nunc veteranus tuas ⁊ aliorum debeo laudare victorias. non ipſo curſum effeto corpore militare. ¶ Jtem non ſum tam hebes vt ſi diuerſa ſenſeris me leſum putem.

C ¶ Jtem lr̄e ſcribo quia te pure diligere cupio. ⁊ nil retinere menti quod diſtet a labijs.

Item si ĩ defensione mei aliquã
scripsero. in te culpa sit q̃ prouocasti:
nõ in me q̃ rñdere cõpulsus sũ. vide
sup̃ prima. B.

Ad eundẽ super tribus eius
epistolis. iiij.

A Domino vere sancto ꝛc.
Tres simul epl'as ymo
libellos per dyaconum cyprianuz
tue dignationis accepi.

Z Peto vt q̃escentẽ senem olim
q3 veteranũ militare ñ cogas
⁊ de vita periclitari. tu q̃ iuuenis es ⁊
in pontificali culmine cõstitutus: do
ceto pupillos: ⁊ nouis affrice frugi
b9 romana tecta locupleta. mihi
sufficit cũ auditore ⁊ lectore paup
culo in ãgulo mõasterij susurrare

B Nota fortissimos milites su
bita bella cõturbant. ⁊ an
cogũtur fugere q̃ possint arma re
cipere. Itẽ teipsũ orare non dubi
to. vt inter nos cõtendentes veritas
superet. Non enĩ tuã queris gloriã
sꝫ xp̄i. Et cũ tu viceris ⁊ ego vicam
si meũ errorem intellexero ⁊ cõtra
Itez premitto salutationis offi
cia: quibus meuz demulces caput
taceo de blandicijs quibus repre
hensionem meam niteris consolari. ad
ipsas causas veniam.

C Itẽ liber de illustrib9 viris.
vel ꝓprie de scriptoris ecc'iasti
cis ẽ appellandus. licet a plerisq3
iperitis de autorib9 dicat' inscriptus
epythaphiũ ꝓprie scribit' mortuo
rum. Item si me reprehendis errã
tez: patere q̃so me errare cũ talib9
⁊ cũ me erroris mei multos socios
habere ꝑspexeris. tu veritatis tue
vnũ saltẽ assertatorẽ ꝓferre de
bebis. ⁊ J. Ego etiaz reclamãte mũ
do libera voce ꝓnuncio. Cerimoni
as iudeorum perniciosas esse ⁊ pesti
feras xp̄ianis. Et obseruantẽ: siue
ex iudeis siue ex gentibus fuerit: i
dyaboli baratrũ deuolutum. Itẽ
frequenter in longum sermo pro
tractus caret intelligentia. ⁊ dum
non sentitur ab imperitis minus re
prehenditur.

D Item non potest fieri vt ve
ritatis cultor mendacio col
la submittam. Hic sillogismo Au
gustini quo distiguit interp̃tata
per. lxx. aut obscurã aut manifesta
fuisse. per id concludens ipsius in
terpretationem fuisse superfluam
plene respondet Illud q3 contra ip
sum valde pulcre retorquet Itẽ
si cui legere non placet nemo com
pellit inuitum. bibat vinuz vetu
tum suauitate ⁊ nostra musta cõ
temnat. Item dicis me in Jonã
male iterpretatum. ⁊ quid sit illd
subtrahis. Aufers mihi occasionẽ
salutis meeine quod dixeris me rẽ
pondente soluatur. vide ad pãma
chium ⁊ marcellianum. ij. D.

Ad eundẽ de duob9 libell'. v.

A Venerabili frẽ ꝛc. Vix
venerabilẽ frẽm meuz
Z Pleraq3 prioris laboris ob
fraudẽ cuiusdam amisimus.
B Nota certe quicquid dici
potuit ⁊ summo ingenio
de scripturarum hauriri fontibus
a te positum atq3 disertum est.

¶ Itē inter nos erudicōis cā diſſe
rimus, ceteꝝ emuli ⁊ maxime here
tici dū diuerſas inter nos ſentēcias
viderint, de animi calūniabūtur rā
core deſcēdere. Mihi āt ſtatutū ē te
amare colere ſuſcipe mirari. tuaqꝫ
dicta q̄ſi mea defendere. Certe ⁊ in
dyalogo quē nuper edidi: tue bti
tudinis vt dignū fuerat recorda
tus ſū ¶ Itē hereſis priam ſibi at vt
do cēdi in eccījs habeat facultatem
Nam ſi ſe apta luce ꝓdiderit foras
expulſa moriet̄.

¶ Ad eūdem ꝓ recōmēdacōne
preſidij dyaconi. vi.

AD Omino vere ſancto ac̄
Anno preterito ac̄.
Z Suſcipi
ende ꝑ.
b ¶ Nota litāū
baiulū ha
beas ꝯmendatuꝫ. nō ꝙ te aliq̄ xp̄o
tribuēte indigeat: ſ ꝙ bonoꝝ ami
cicias auidiſſime expectat ⁊ in his
ꝯiūgēdis maximū putet bn̄ficiuꝫ
aſſecutū. Cur āt ad occidentē naui
get: ipſo poteris narrāte ꝯgnoſcē

¶ Ad eūdē de hereticis. vij.

AD Omino ſcō ac̄. Omni q̄
dem tpe btitudinē tuā
eo quo decet honore veneratus ſū.
⁊ habitantem in te dilexi dominuꝫ
Z ¶ ſaluatorem
Beatiſſime papa.
b ¶ Nota cōtra flantes ventos ar
dore fidei perſtitiſti. maluiſti
ꝙ q̄ntum in te fuit ſolus liberari d
zodomis ꝙ pereuntibus ꝯmorari.
¶ Itē te oēs heretici deteſtant̄. et
me pari pſequūtur odio. vt quos
gladijs nequeunt: voto iterficiāt.
¶ Item incolumem ⁊ mei memo
rem te xp̄i dn̄i clementia tueatur

¶ Ad eūdē de eodē. viij.

AM Vlti vtroqꝫ pede clau
dicāt. nec fractis ceruici
bus inclinantur. habentes affectū
erroris priſtini cum p̄dicandi
non habeant libertatem.
Z ¶ Et ibi ſeruitute pareat ſem
piterna.
b ¶ Nota capta hirlm̄ tenetūr a
nabugodonoſor nec hiēme
vult audiē ꝯſilia. qm̄ poti9 egiptū
deſiderat vt moriat̄ i thanis ⁊ hu
milib9 vel adūſis. Vn̄ ſup naū dt
ꝙ iterp̄tat̄ ꝯſūma9. Hic ꝯtinuat̄. C

¶ Ad eundem ⁊ Alphidium de
hereſi celeſtina. ix.

AD Ominis vere ſāctis ac̄.
Sanctus Innocentius
preſbiter. qui huius ſermonis eſt
portitor
Z ¶ Venerabiles patres.
b ¶ Nota teſtem inuoco deum ꝙ
ſi fieri poſſet aſſumptis alis
columbe, veſtris aſpectibus impli
carer. ¶ Item Nobis auctoribus
hereſis celeſtina iugulata eſt. que
ſic infecit corda multorum ꝙ licet
ſuperatos ⁊ damnatos ſe ſentiant
venena tamen cordiuꝫ non obmit
tunt. ⁊ quod ſolum poſſunt nos o
diunt. per quos putant ſe liberta
tem docendi hereſeos perdidiſſe.

Ad caſtriciã nũↄſolatoꝛia decitatiſ

A Sanctus filius Eracliꝰ dyaconꝰ mihi retulit

Z Libenter ſuſcipiam diſpenſationis moram magnitudine fenoris duplicatam.

B ¶ Nota in amicis non res q̄ritur ſꝫ voluntas. qꝛ alterũ ab inimicis ſepe prebet. ⁊ alterum ſola caritas tribuit ¶ Jtẽ magna ira eſt qñ peccãtibus nõ iraſcit deꝰ vñ in Ezechiel. ad hieruſalem. iã non iraſcar tibi zelus tuus receſſit a me. ¶ Jtem mgr̄ diſcipulum corrigit. quẽ ardentioris cernit ingenij. medicꝰ ſi ceſſault curare deſperat. ¶ Jteꝫ ponit v̄bũ Anthonij ad Didimũ cecũ tale. miroꝛ prudentem viꝝ eius rei dolere dãno quã formice muſce ⁊ culices habẽt. ⁊ nõ letari illius poſſeſſione quam ſoli ſancti ⁊ apoſtoli meruerunt. E q̄ vides ꝙ multo melius eſt ſpũ videre q̄ꝫ carne ⁊ illos oculoſ poſſidere in quos feſtuca peccati non poſſit incidere. vide ſupra ad Abigaũ. B

Ad Caſtorinã materterã

A Johannes apoſtolus et euangeliſta.

Z Epl'a me hec cuꝫ lcã fuecit abſoluet ¶ Nota apl'us dicit ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Quid agemꝰ nos in die iudicij. ſup quoꝝ ira non vnꝰ dei ſꝫ tantoꝝ ãnoꝝ ſol celeſtis occubuit ¶ Jtem qũo in quotidiana p̄ce dicimus. dimitte nobis debita nrã ſicut ⁊ nos ⁊c̄. aĩo diſcoꝛdante cum v̄bis. ꝓ̃re diſcidẽte cũ factis

¶ Ad cellantiã. Ne etiã religionis cauſa vxoꝛ viꝝ dimittat. Et qꝛ nemini ↄiugis hoc nomen ẽ ſimile in pꝛima lrã diſcrepãs. maioꝛi numero vti diſpono. Eſt ãt ſciendũ. ꝙ de pariſius recepi quandã epl'am fratris Guithonis maioꝛis p̄oꝛis carthuſieñ. cuius grãdis opinio ꝑdurat in oꝛdine. ⁊ poſtmodũ illiꝰ tranſſcriptũ apud Carthuſiũ foꝛe ꝑcepi. in qua ſcribens ad vrbonẽſes frẽs aſſerit quaſdã epl'aſ attribui hieronimo. que nõ fuerũt ipſius quas ſingulas in ꝓceſſu ſignalo. Jnter illas ãt ponit iſtam. licꝫ eam cõmendat vt nobili ſtilo conſcriptam. Vincẽtius etiã iſtaꝫ nõ expreſſit in ſpeculo hiſtoriali allegato in prin. huius partis. Neſcio ſi intendebat illam includere ſub lxx. epl'is quas ſine expreſſione allegauit in ſi. Qui tamẽ manipulũ floꝛum compoſuit ſub hieronimo ſepiſſime iſtam allegat

A Feſtũs ſcripture celebrata ſentẽtia ẽ eſſe pudorẽ q̊ gloria meniat ⁊ grã. Et ẽẽ rurſus pudorẽ q̄ pctm̃ parere ſoleat

Z ¶ Non inchoaſſe ſufficit. ſed ꝑfeciſſe iuſticia eſt.

b ¶ Nota tam ſancte peticõni ⁊ tam pio deſiderio non ſatiſfacere. q̊d aliud ẽ ꝙ̃ ꝓfectũ alteriꝰ nõ amare ¶ Jtẽ q̊d tã ſupbũ ⁊ tã ingr̃tũ videri p̄t. ꝙ̃ ad n̊ſuſ eiꝰ viue. voluntatem a q̊ ipſũ viuere accepis ꝙ̃ illius p̄cepta deſpicere. qui ideo aliquid imperat vt cauſas habeat remunerandi.

¶ Item gradem vini obtinet vera
dilectio. ꝙ̃ pfecte amatur totã ſi
bi amãtis vẽdicat voluntatem.
C ¶ Itẽ nihil eſt impetioſius ca
ritate. nõ virgo. nõ vidua.
nõ nupta ab hoc imperio ſecura ẽ.
in quouis ꝓpoſito vel gradu eq̃le
pctm̃ eſt: vel ꝓhibita admittere.
vel iuſſa non facere. ¶ Item nõ tã
cito ad maiora pctã ꝓgreditur. ꝙ̃
etiam pua formidat ¶ Item max
imam partem equitatis impleuit
qui nulli nocuit.
D ¶ Itẽ quantũ ad pcti rationem
ptinet nocuit qui nocere diſpoſuit
¶ Itẽ aſperã nobis ⁊ inſuauez vir
tutũ viam nimia facit viciorum con
ſuetudo. ꝙ̃ ſi i ptez trãſferatur alte
ram. inuenitur ſicut ſcriptura dicit
ſemita iuſticie. ¶ Itẽ Timendum
eſt ne quos duces recti itineris ha
bere nos credimus. eos comites ha
beam⁹ erroris.
E ¶ Itẽ nũꝙ̃ errat imi
tatio que ſeq̃tur ve
ritatẽ ¶ Itẽ tanta reprehẽdẽdi libi
do mẽtes hoim inuaſit. vt etiam ꝙ̃
ꝓpauci ab aliis viciis receſſerunt. in
iſtud tñ quaſi in extremũ laqueum
dyaboli incidant ¶ Itẽ nil tam inq̃
etat animũ ⁊ leuem ⁊ mobilem fa
cit mentez. ſicut facile credere ⁊ ob
trectatorũ v̓ba ſeq̃ temerario mẽ
tis aſſenſu. Hic ſepe amicos facit i
nimicos. Cõcordes eĩ ⁊ credulas aĩ
mas malilo qui lingua diſſociat.
F ¶ Itẽ iſto maxime tpe regnat
adulacõnis vicium. qd ꝗ eſt
grauiſſimum: humilitatis ac beni
uolentie loco ducitur. ⁊ ita fit vt q̃
adulari neſcit. aut inuidus aut ſu
perbus reputetur. Eſt ſane grãde ⁊
ſubtile artificium laudare alterum
in ↄmendacõem ſui. ⁊ decipiendo
animum ſibi obligare decepti. ⁊ fi
ctas laudes certo precio vendere. q̃
tanta leuitas ⁊ vanitas relicta ꝓ
pria cõſcientia alienam opinionez
ſequi ⁊ circũuencõem ⁊ illuſionem
ſuam ꝓ beneficio accipere. vide ad
Ruſticũ. ij. E. ¶ Itẽ tantus in te ſit
veritatis amor. vt q̃cquid dixeris
iuratum putes ¶ Itẽ Nihil eſt qd
nos ita deo ⁊ hominibus gratos
faciat. ꝙ̃ ſi vite merito magne hu
militatis infimi ſumus.
G ¶ Itẽ aliud eſt v̓tutẽ habẽ
aliud virtutis ſimilitudi
nem. aliud eſt rerum vmbras ſeq̃.
aliud veritatem. Multo difformior
eſt illa ſuperbia que ſb humilib⁹
ſignis latet. ¶ Item ſola apud de
um libertas eſt. non ſeruire pecca
tis. Sũma apud deum nobilitas ẽ
clarum eſſe v̓tutibus ¶ Itẽ ſi obli
uiſcimur ꝙ oẽs ex vno generati ſu
mus. ſaltẽ id ſemper meminiſſe de
bemus. ꝙ p vnũ oẽs regñamur
H ¶ Itẽ quid ꝓdeſt corp⁹ tenu
ari abſtinentia. ſi animus
intumeſcat ſupbia. Quam laudez
merebimur d pallore ieiunii. ſi liui
di ſimus inuria. Quid virtutis ha
bet vinum non bibere. ⁊ ira atq̃ o
dio inebriari. tũc preclara eſt ab
ſtinentia. cum animus mundus ẽ
a viciis ¶ Itẽ minus ieiuniorum ⁊
abſtinentie laborem caro ſentit aĩa
eſuriente iuſticiam ¶ Itẽ beatus il
le qui tam ſancte ⁊ grauiter diſpo
ſuit ſuam vitam. vt de ipſo aliqd

ſiniſtre fingi non poſſit· dū aduer
ſū obtrectatoꝝ libidinē pugnat
meriti magnitudo. nec fingere q̄ſ
qꝫ auſus eſt qđ a nullo putat eſſe
credendum·

(I) ¶ Itē fruſtra iraſcimur obtrec
tatorib⁹ noſtris: ſi eis obtre
ctandi materiā miniſtram⁹ Itē
periculoſe ꝑmittitur quod eſt ī al
terius poteſtate· ⁊ neſcio q̄ꝫ ſit gra
ta donatio· ſi vnus offerat rem du
orū· ¶ Itē fidelius ſēper ⁊ gratius
obſeqūm ē qđ ab amore q̄ꝫ quod
a metu recipitur·

¶ Ad Cyprianū expoſitio pſal
mi· lxxxviij·

(A) Frater cariſſime Cypri
ane ſcito ꝑnoſcens. Ali
as incipit. Ori⁹ te Cypriane preſ
biterorum ſtudioſiſſime.

(Z) ¶ Sicut deprecātis humilitas
meretur premia· ita ſupbia
confidentis dei auxilio deſeritur· vi
de contra pelagianos. G.

(B) ¶ Nota pleriſqꝫ accidere ſolꝫ·
vt maior ſit ītelligētie dif
ficultas in eoꝝ explanacōibus:
q̄ꝫ in hijs q̄ explanare conantur· ⁊
J· Simplex ⁊ pura explanatio· nō
doctrine gloriam in multiplicacōe
ſermonum· ſed legentis debet ītel
ligentiā q̄rere· ¶ Item habet ſan
cta ſcriptura cōſuetudinem vt oēs
pſalmi q̄ c⁹ ſint titulos nō habēt
his deputentur pſalmis quorum
priores eſſe noſcuntur. ⁊ infra. Er
rant q̄ omnes pſalmos dauid ar
bitrantur: ⁊ non eorum quoꝝ no
minibus ſunt inſcripti· ¶ Item q̄
ſuſtinet tēpeſtatem petre vel tecti·
querit refugium· quem hoſtis per
ſequitur: ad muros vrbiū confu
git· Feſſus viator tam ſole q̄ꝫ pul
uere: querit vmbre ſolacium· Si ſe
uiſſima beſtia hominis ſanguineꝫ
ſitiat: cupit vtcunqꝫ potuerit pre
ſens vitare diſcrimen·

(C) ¶ Item ſicut mane virens her
ba: floribus vernans delcāt
oculos contemplantiū· paulatim
qꝫ marceſcens pulcritudinem per
dit· ⁊ in fenum quod conterendūꝫ
eſt vertitur. Ita ſpes hominūꝫ ver
nat in paruulis· floret in iuuenib⁹·
viget in perfecte etatis viris· ⁊ re
pente dum neſcit incaneſcit caput·
rugatur facies. cutis prius extēſa
contrahitur· ⁊ J· hoc etiaꝫ languor
facit ⁊ media vt vultus prius pul
cerrimus feminarum ad tantaꝫ trā
ſeat feditatē: q̄ amor in odium cō
uertatur· ¶ Itē benyamin interp̄
tatur filius dextre· ¶ Iteꝫ egregie
dictum· nullum tam decrepite ſene
ctutis q̄ adhuc non ſe vno plus ā
no viuere ſuſpicetur· Idem in epi
ſtola ad aggeruciam·

(D) ¶ Iteꝫ qui quotidie recorda
datur ſe eſſe moriturūꝫ· cō
temnit preſentia ⁊ ad futura feſti
nat· ¶ Item qui in anguſtia cōſti
tutus eſt: ſecum dei ei videtur auxi
lium· ¶ Item quanto in hoc ſecu
lo perſecutionibus paupertate ini
micorum potentia vel morborum
cruciatibus fuerimus afflicti· tan
to poſt reſurrectionem ī futuro ma
iora ꝑmia cōſeq̄mur·

¶ Ad Cromaciū Iouinū ꝛ Euſebium de bonoſo.

A Non debet carta diuidere
quos amor mutuus co
pulauit. qui potius ſi rei condicio
pateretur cum vno littere apice
nomina indiuiſa concluderem.

Z Epiſtole breuitas compellit
tacē. deſideriū vrm̄ cogit lo
q. p̄ pp̄terus ſmo ꝯfuſa turbat oꝛō

B Nota minus mihi reliquit
abeundo deſiderium ꝙ attu
lerat veniendo leticiam. nunc eniꝫ
noſtris lr̄is fabulor illa āplexor ꝛ
ille mecū loquūtur. ¶ Itē cur tot
interiacētibus ſpacijs maris atq;
terrarū tam puam miſiſtis epl'am
cartam defuiſſe non puto. egipto
miniſtrāte ꝯmercia. Et ſi ptolome
us maria clauſiſſet. tn̄ rex athal9
mēbranas ex pgamo miſerat. vt
carte penuria pellib9 pēſaretur. vn̄
a pgamenaꝝ nomē ad hanc vſq;
diem ſeruatū eſt. Si dicitis baiulū
feſtinaſſe ad longaꝫ epl'am: vna
vox ſufficit. Si vos aliq̄ occupacōe
detentos nulla nccītas maior ē ca
ritate. Reſtant duo. aut vos pigri
erit. aut ego non meruerim. ex qui
bus volo vos magis culpare tar
ditatis: ꝙ me cōdēnare non merito
facilius em̄ negligentia emendari
poteſt ꝙ amor naſci. ¶ Itē ego in
pctōꝝ meoꝝ ſepulcro iacens. do
minicum de euangelio clamorem
expecto. Hieronime veni foras. vi
de infra ad florentium. B.

C Itē ego vt ait gētilis poeta.
oīa etiam tuta timeo. ¶ Itē
noſtis puellares animos pleruq;
ſolidari ſi ſe intelligāt ee cure ma
ioribus. ¶ Item in mea patria
ſanctior eſt qui ditior eſt.

D Item honorāde ſūnt q̄ ſexū
vicere cū ſeculo. que oleo
ad lampades largiter preparato
ſponſi preſtolantur aduentum.

¶ Ad eundem ꝛ Eliodoꝛuꝫ de in
fantia ſaluatoris. de quo libro fit
mentio in cronica Romanoꝝ ponti
ficū poſt prin. vbi etiam ponūtur
quatuor illius libri miracula. hoc
dico q. xv. ca. ſi. pr mitur inter apo
crifos. ꝛ vide in ſpe hiſto. li. v. c. ix.

A Omnis ſanctis ꝛ bea
tiſſimis viris.

Z Qui viuit ꝛ
regnat ꝛc.

b Nota. qui
terraꝫ cu
ri ꝯſciaꝫ fodit. non illico arripit q̄c
quid foſſa lacerata pfuderit. Sed i
vertendis ſupinandis q; ceſpitib9
minoratur. ¶ Item. non nos hunc
libellum canonicis ſupaddimus
ſcriptis. ſed ad detegendū hereſe
os fallaciaꝫ. Apoſtoli Mathei atq;
euangeliſte ſcripta trāſferimus. i
quo ope tam iubentib9 pijs epīs
obtpamus: ꝙ impijs hereticis ob
uiamus.

¶ Ad eoſdē de martilogio.
Scpſerāt em̄ q Theodoſi9 Grego
riū Corduben. epm̄ cōmēdabat q
oī die plurimoꝝ mrtū q̄ꝝ ea die
erāt natalicia memorabat. Roga
bant ergo eū q de archiuis Euſe
bij Ceſarien. feſta martiꝝ eis dir
geret. vt tale officium poſſent dei
martiribus exhibere.

CRomatio et Elyodoro
epis Hieronim⁹. Con
ſtat dn̄m nr̄m oi die martirꝝ ſuoꝝ
triūphos excipere qꝝ paſſiones a
ſancto Euſebio Ceſarien̄. epiſcopo
ſcriptas reperimus.

¶ Amputato faſtidio vn⁹ de o̅
mib⁹ ſufficiat libell⁹ aſſcript⁹.

¶ Cō Coſtantin⁹ auguſt⁹ cū ce
ſariā fuiſſ; igreſſ⁹. ꝛ dicēt p̄fa
to antiſtiti vt peteret ab q̄ benefi
cia Ceſarien̄ ecc̄ie ꝓfutura. Legit
Euſebiū rn̄diſſe ſuis opib⁹ ditataꝫ
eccaꝫ nulla petendi bn̄ficia nccīta
te ↄpelli. ſibi tm̄ deſideriū immobi
le extitiſſe. vt quicquid in re publi
ca romana geſtū eſt erga ſcōs dei
iudices iudicib⁹ qꝫ ſuccedētes ſol
licita pſcrutacōe pquireꝫ. ꝛ q̇ mar
tires vel a q̄ iudice in q̄ ꝓuincia vl'
ciuitate. q̄ die. q̄ paſſione pſeuerā
tes ſuam obtinuerūt palmā. de ip
ſis archiuis ſublata ipſi Euſebio
regis iuſſu dirigeret. qđ factū eſt

¶ Itē ſingulorū menſiū ꝛ dierū fe
ſta ↄſcrip̄ſimus. vt iubere dignami
ni ꝑhennenrē puitatis nomen et
memoriā habiturū fore credentes
cū diebus oibus ſcōꝝ noim feſtiui
tates fuerint celebrate. Subdit ꝙ
ſingulis dieb⁹ cōſcripta erāt noia
plus q̄ ſexcētorū miliū. Que ꝙ le
ctoris animū grauarent ſuccinctē
ꝛ breuit' aliqs ſolēnes enūerat

¶ De cronica hieronimi pr̄i de
Euſebio Ceſarien̄. trāſlata.

EVſebius Hieronimus
Vincencio ꝛ Galieno
ſuis ſalutē. Apud qſdā p̄cepit. Ad
iuro q̄cūqꝫ hos tranſcripſeris libros
p dn̄m nr̄m ꝛc. ſinis vo ꝓhemii

¶ Reliquū tpis grām ꝛ theodo
ſij latioris hiſtorie ſtilo reſer
uaui. non ꝙ de viuentib⁹ timuerꝫ
libere ꝛ vere ſcribere. timor em̄ dei
hoīm timorē expellit. ſꝫ ꝙ debachā
tib⁹ adhuc in terra nrā barbaris
incerta ſint oia. Finis vero opis
videt' vbi enumerat ānos ab adā
vſqꝫ ad .xiiij. valentis ꝛ valenciani
ani. tn̄ ꝓpter diuerſitates q̄s inue
nio ſolū ī ꝓhemio nōbilia colligā

¶ Nota vernaculū lingue ge
nus. ſi ad verbū interp̄tor
abſurdū reſonat. ſi ob nccītatem
aliq̄d in ordine vel ſermone muta
uero ab interp̄tis videbor officō re
ceſſiſſe. Itaqꝫ mi vincēti cariſſime.
ꝛ tu galiene ps aie mee obſecro.
vt q̄cquid hic tumultuarij opis ē
amicoꝝ non iudicū aio relegatis.

¶ Itē q̇nta ſexta ꝛ ſeptima editio
licet q̄bus cēſeant autorib⁹ igno
ret'. tn̄ ita ꝓbabilem ſui diuerſita
tē tenent vt autoritatē ſine noib⁹
meruerint ¶ Itē nō ignoro mltos
fore q̄ ſolita libidine oib⁹ detrahē
di. qđ vitare non p̄t niſi q̇ oino nil
ſcribit. huic volumini genuinū ꝛ
maxillarē dētē infigāt. calūniabū
tur tps. ↄuertent ordinē. res argu
ent. ſillabas ventilabūt. ꝛ qđ acci
dere pleriſqꝫ ſolet negligētiā libra
rioꝝ ad autores referent. qs cū poſ
ſim meo iure reprehendere vt ſi diſpli
cet non legant. malo breuiter pla
catos dimittere.

¶ Itē ſciēdū me iterp̄tis ꝛ ſcrip
toris ex p̄te officō vſū. ꝙ ꝛ

greca fideliſſime expſſi ⁊ nõnulla q̄ mihi intermiſſa videbant̄ adieci ⁊ declarat q̄.

¶ Ad damaſũ de fide cui in anthiochia ↄicari debeat li v

A Q Vomiã vetus oriẽs q̄d habet · xxiiij · q v q̄m vetus · q̄re de notabilib⁹ q̄ ibi ſũt B n̄

po nã Z ¶ Cum in antiquo ſenſũ predicent.

B ¶ Nota bone ſuſpicõis ē: cũ in eodē ſēſu verba diſſentiunt. ¶ Jtē ſi ſic credo vt ipſi ſentiē ſe ſimulant: pmittãt mihi meis v bis ſuũ ſēſũ loq̄. ¶ Jtē ne obſcuritas loci i q̄ dego fallat baiulos lrãrum ad Euagriũ pſbitez quē optime noſti ſcp̄turã dignaē trãſmittē

¶ Ad eundē li v ſecũda

A I Mportuna mulier q̄d hētur d pe · di v iportuña

Z ¶ Noli deſpicere animam pro qua chriſtus mortuus eſt.

b ¶ Nota paulus ex pſecutore fit p̄dicator · oculis carnalibus excecatũr vt mente plus videat · ⁊ q̄ vinctos xp̄i famulos ducebat ad ↄſiliũ iudeoꝝ · ipſe poſt ea de xp̄i vinculis gloriat̄ ¶ Jtē ait poeta oratius · Celũ non animũ mutat q̄ trãs mare currit · ¶ Jtē ego clamito · q̄ cathedre petri iũgitur meus eſt

¶ Ad eundē de panib⁹ vel alijs altaris oblacõib⁹. de hoc · x · q ij · q̄ ſacerdotes · iij ·

A Q Uerit ſancta autoritas tua Z

Cũ ipſi non debeãt ꝑ ꝑplo orare.

B ¶ Nota · teſtes p̄doni quos ad hoc corroborãdum cõcitaui · hij ſũt Gregorius nazãzen⁹ · Cyrillus Anaſtaſius ⁊c · q̄ omnes vno ore eodēqꝫ cõſenſu veluti vera ſcãſpũs organa anathematizandos cenſent q̄ in vſus laycoruz panes oblacõnũ ↄtulerunt · q̄ omnino ſolis ſacerdotib⁹ debent̄ niſi forte religionis grã layci ꝑ benedictõe de manu ſacerdotis accipiant.

¶ Ad eundē de Oſãna · hoc etiã pſeq̄tur ſup math · li · iij · c · xxi · iiij ·

A M Vlti ſuper hoc ſermõe diuerſa fluxerunt.

Z ¶ Falſã refer re ſniam. b ¶ Nota ob miſſis opinionũ riuulis ad fontē vnde ab euãgeliſtis ſũptũ eſt recurramus ¶ Jtē oim iterpretũ opinio dirigēda eſt · quo facilius q̄d ſup hoc ſētiendũ ſit extractõe cũctoꝝ ipſe ſibi lector iueniat · vide ꝭ ſup zacha · ſſ ¶ Jtē in lingua latina interiectiones q̄ſdã habemus · vt in exultando dicam⁹ va · in admirãdo pape · in dolendo heu · ⁊ q̄n ſilentiũ imparare volum⁹: ſtrictis dentib⁹ ſpũz coartamus ⁊ cogim⁹ in ſonandũ ¶ Jtē facile potuim⁹ aliq̄d emētiri: q̄d vna voce ſolueret q̄ſtionē · ſ; magis decet ob veritatez laborare pauliſp · ⁊ pegrino aurē accomodare ſmoni q̄ꝫ de aliena lingua vt iij · Z ·

¶ Ad eundē de trib⁹ q̄ſtionib⁹ per eum factis · v ·

A B Eatiſſimo pape dama ſo ⁊c · Poſtq̄ꝫ ep̄lam ·

Z ¶ Cũ ſubintrauerit plenitudo gentiũ· tũc oĩs iſrl' ſalu9 erit·

B ¶ Nota notario ad officiũ p̄parato: q̄d ex ãvo re p̄nũciatur9 añ mihi cogitacõe pingebã· ¶ Item· ne me extimes tm̃mõ dormitare q̃ lectionẽ ſine ſtilo ſomnũ putas: hoc dixit quia damaſuſ ad eũ ſic ſcripſerat· Dormientem te ꝛ lõgo iã tp̄e legẽtẽ poti9 q̃ ſcribẽtẽ q̄ſtiũculẽ ad te miſſiſ excitarẽ diſpo ſui. ¶ Item extimãs curioſitatẽ cẽ ſinitã: maior q̃rendi ardor exorit

C ¶ Itẽ de hebraicis diſputantez nõ decet· Ariſtotilẽ argumẽta ↄq̃rere· nec fluĩne tuliane eloq̃ntie ducẽd9 ẽ riuulus· nec aures q̃ntiliani floſculẽ ꝛ ſcolari declamacõe mlcẽde pedeſtris ꝛ q̃tidiane ſilis oꝛõ neccãria ẽ q̃ rem explicet· ſẽſũ ediſſerat· obſcurã manifeſtet· neq̧ v̾boꝝ ↄpoſicõe frondeſcat· Sũt alij diſti· laudent vt volũt· ꝛ buccis inflatis ſpumãcia v̾ba trutinẽt· mihi ſufficit ſic loq̃ vt intelligar. vide ĩ· ad pãma· iij· C· ¶ Itam ↄſtat nulliũ hoĩem excepto eo q̃ ob nrãz ſalutẽ carnem ẽ dig̃tus induere: plenaz habuiſſe ſciam ꝛ certiſſimã veritatem· vide ↄtra pelagianos· D· ¶ Itẽ ſmo dei bñdcõnis ẽ re p̄miſſio. et ſpes regni futuri· ¶ Item iniq̃tas eſt inimicicia iuſticie. vide ĩ· quadrageſimali ſmone B.

¶ Ad eundẽ de filio p̄digo. ali ꝛ frugi ꝛ luxurioſo. cui9 euãgeliũ hic exponit· de hoc· xxxvij· di· ſacerdotes· vi

B Eatitudinis tue interrogatio diſputacõ fuit et ſic̄ queſiſſe querendo viam eſt dediſſe queſitis·

Z ¶ Ignoſce dictanti· maxime cũ in eccl̃iaſticis reb9 non q̃rantur verba ſed ſenſus ꝛ panib9 ſit vita ſuſtentanda non ſiliquis·

B ¶ Nota ſapiẽter in eloq̃nti ſapiã reputabit ¶ Itez eẽ cũ deo vel ab ipſo diſcedere. nõ ſuit tur locoꝝ ſpacijs ſ; affcũ ¶ Itẽ luxuria inimica deo: inimica v̾tutib9. p̄dit oĩm patris ſbnam· ¶ Itez p̄nceps h9 mũdi ẽ dyabolus tenebrarũ rector. q̃ quẽ inimicũ hoĩez· iniq̃tatis iudicez· draconẽ· ſathanã· maleum· p̄dicem. belial· leonem rugientem. leuiathan. ꝛ alijs multis vocabulis ſcriptura cõmemorat·

C ¶ Itẽ deonũ cib9 ẽ ebrietas· luxuria· fornicatio· ꝛ v̾niũſa vicia ꝛc· ¶ Itẽ deonũ carmina ẽ poetaꝝ ſecularis ſapia rethoricoꝝ põpa v̾boꝝ. Hic iſponit c. ſacerdotes xxxvij. di· ¶ Itez pctõꝝ ẽ iacere iuſtoꝝ ẽ ſtare· ¶ Itẽ oĩs iſti9 mũdi iuſticia ad dei ↄpacõz nõ ẽ iuſticia ¶ Itẽ ſepe cauſat9 ſũ extolli nõ poſſe ſmonẽ niſi quẽ xp̄a man9 ligauerit· vide ĩ· ad eundẽ· ij· ꝛ vide ĩ· ad Ruffinum·

¶ Ad eũdẽ de ſeraphi ꝛ calculo· vij·

A Septuaginta· ꝛ miſſ9 ẽ ad me vn9 de ſeraphi·

Z ¶ Cum ſilũanum in apoſtoloꝝ actibus non legerimus·

b ¶ Nõ q̃n de ſupnis maſculinũ aliq̃d vel femĩnũ ponit· itelligẽdũ ẽ nõ tã ſexũ ſignificari q̃ydeomã ligue ſonare. Nã ꝛ de9 oĩb9 pene liguis p̄fert genẽ maſculino. cũ

m eū ſexꝯ nō cadat· vide ꝫ ad pau
lā de aſſumpcōe vgīnis· Jdē dixit
ſup· iij· ezechiel· ¶ Jtē calculus ge
nus ē lapidis duriſſimi rotūdi et
oī puritate leuiſſimi· ſic ſmo dei q̄
nec hereticoꝝ nec adūſarioꝝ ꝑt ꝯ
tradictōibꝰ cedere calculꝰ d; ¶ Jtē
in calculo diui ſmonis varietas ꝛ
rigor i carbūculo lucēs: ꝛ manife
ſta doctrina mōſtrat·

¶ Ad eundez de morte ozie ꝛ de
ſeraphin ꝛ calculo· viij·

A ET factum eſt in āno q̄
mortuus ē rex Ozias

Z ¶ Cū oculoꝝ dolore cruciati au
ribꝰ tm̄ ſtudeamꝰ ꝛ lingua·

B ¶ Nota· quoꝝ autoritati licz
ſint eruditiſſimi nō aſſertio
multo q̄dē meliꝰ ē vera ruſtice q̄ꝫ di
ſerte falſa ꝓferre ¶ Jtē deus ſaba
oth deꝰ vtutū exercituū vel militia
rū· ¶ Jtē non ſūt vt q̄dā putant i
ſcripturis vba ſimplicia· plurimū
in his abſconditū ē· aliud lrā ali
ud miſticus ſermo ſignat.

C ¶ Jtē piculoſū eſt de ſcōꝝ me
ritis diſputare· ꝛ aliq̄d plus
vel minus dicere velle de eo quem
dn̄s coronauit vbū hebrei· ipſe tm̄
hieronimꝰ dicit ſup math· li· ij· c·
xiij· q̄ꝫ periculoſa ē interp̄tatio ꝑ
quā inter ſcōꝝ merita ſit diſcrecō
vide ſiſe de ingris ſup danielez· E·
¶ Jtē hucuſqꝫ dicta aſſe ſufficiat· q̄ꝫ
ꝛ mō q̄ non ꝓprie manꝰ ſtilo polit
cū p ſe inculta ē ſit multo moleſtior
ſi tediū ſui ꝓlixitate ꝯgeminet.

¶ Ad eundem· ix·

A BEatiſſimo p̄pe damaſo
ſedis aplice vrbis ro
mane hieronimus· laus tibi ſoli
quod greci dicunt·

Z ¶ Vox iſta pſallentiū in ſedem
romanā die noctuqꝫ canatur.
hoc eſt· Gloria pri ꝛ fi· ꝛ ſ· ſ· Sicut e·
in p̄n· ꝛ n· ꝛ ſ· ꝛ i ſe· ſe· Amē· Jſtud
carmē laudis oī pſalmo iūgi p̄ci
pias· vt fides trecētoꝝ· xviij· epōꝝ
niceni ꝯcilij ꝛ nrō ore pari ꝯſorcio
declaret.

¶ Ad eundem· x·

A BEatiſſimo pape dama
ſo· hieronimus

Z ¶ Ora ꝓ nobis
beatiſſime p̄pa·

b ¶ Glori
am ſā
ctitatis tue nrā hūilitas depcat· et
ſm aplice ſedis autoritatē quam
p tuā ſcītatē ꝯgnouimꝰ gubernari
hoc cū p̄camur vt actꝰ geſtoruz a
bti petri apli p̄ncipatu vſqꝫ ad nrā
tpa q̄ geſta ſūt i ſede tua nobꝰ p or
diez enarrare digneris q̄tiꝰ nrā hūi
litas ſentire ꝯgnoſcat· q̄ meruit epō
rū ſup̄dicte ſedis martirio corona
ri· vel q̄ ꝯtra canones aplorū exceſ
ſiſſe ꝯgnoſcat Sciās q̄ꝫ ime btōs pe
truz ꝛ ſilueſtrū ſi eſt· xxxiij· pōtifi
ces ꝛ fere oēs martirizati·

¶ Ad eūdē de decimis· xi· de hoc
xvi· q· i· qm̄ qcquid

A BEatiſſimo ·ꝛc· Jntera
lia que ſcripſiſtis·

Z ¶ Judicium ſibi manducant
ꝛ bibunt·

B ¶ Nota de decimis q̄ſtiuiſtis·
quare dentur ꝛ quibus et
ad quoꝝ vſū debeant peruenire·
Triū dierū in laborem arripui: cun
ctoꝝ qꝫ grecorū opuſcula in vnum

ↄtuli· videlicet· Cyrilli· petri· origē
nis· ⁊ didimi· iohānis os aurei· et
gregorij nazanzeni p̄ceptoris mei
⁊ q̄d de his ſētiant ſtudioſe q̄ſiui·
Qui oēs q̄ſi quedam ſcīſpūs orga
na pſonis vocib⁹ p̄dicāt ꝓteſtant
⁊ clamant. oēs decimas ⁊ oblacō
nes deberi ſolis epīs ꝓpter execu
tionem pontificalis officij· ſicut ter
rena ſtipendia · vectigalia ⁊ tribu
ta debent ſolis poteſtatib⁹ ſeculi ·
ꝓpter āminiſtracōem publice fun
ctionis· Sicut em̄ illi habentes va
ſa interfectōnis in eo ſubſeruiunt
ſubditis· ꝙ malos a malo rep̄miūt
⁊ bonos in bonis nutriūt · ⁊ ōib⁹
eq̄tatis iura p̄ponunt· ac p hoc oīꝫ
ſubiectorū ſtipendiū ↄ̄ſequūtur·
Sic ecc̄aſtici p̄ncipes xp̄iane rei pub
lice curā gerentes ⁊ ecc̄aſtica ſacra
menta ſingulari p̄uilegio miniſtrā
tes: oblacōes ⁊ decimas ſingulari
ter ⁊ ſpecialiter ſortiuntur in ſuos
vſus ⁊ familiariū etiā deputādas

¶ Ad dardanū de t̄ra p̄miſſiōis.

A Q Ueris dardane chriſti
anorum nobiliſſime ⁊
nobilium chriſtianiſſime·

Z ¶ Quorum alterum pudoris: al
terum caritatis eſt.

B ¶ Nota sāguis xp̄i clauis pa
diſi eſt· dicētis ad latronē
hodie mecū eris in padiſo· ¶ Itē
q̄nti opant ⁊ exercēt vomere terrā
⁊ tn̄ multis īpedientib⁹ cauſis ege
ſtate ⁊ penuria afficiunt· ¶ Item
multa idcirco non replico: ne ſeſiꝫ
videar legentis obtundere ⁊ me
morie ipſius diffidere.

C ¶ Itē mihi in euāgelio ꝓmit
titur regna celoꝝ: que teſta
mentū vetus omino non noiat. ſꝫ ſi
non fecero q̄ precepta ſūt nō erit
culpa in ꝓmittēte: ſꝫ in me q̄ recipe
re ꝓmiſſa non merui ¶ Itē eodem
tpe p̄mo ⁊ die mihi ⁊ l̄rē tue tradi
te ſūt ⁊ mee expetite· vide ī· ad iuli
anū .ij. in p̄n·

¶ Ad demetriaꝫ vel ad demetri
adem v̄ginē· Eſt ſciendū ꝙ q̄dā in
titulant Hieronimo q̄ndā ep̄lam
ad eandēꝫ q̄ incipit. Si ſūmo inge
nio pariq; fretus ſcīa · Sꝫ illa fuit
pelagij heretici· vt etiā dicit Aug⁹
in ep̄la ad iulianā· q̄ icipit ḡte ad
modū· hoc eē fatet ille Guigbo · de
q̄ dixi ſ̄ ad cellantiā in titulo

A I Nter oēs materias q̄s
ab adoleſcētia vſq; in
hanc etatē vel mea vel notarioꝝ
manu ſcripſi· nil p̄nti opere diffici
lius ſcp̄turus eē ad demetriadē v̄
ginē xp̄i ſi cūcta v̄tutib⁹ ei⁹ ↄgru
a dixero adulari putabor· ſi q̄dā
ſbtraxēo ne icredibilia videāt: dā
nū laudib⁹ ei⁹ mea faciet v̄ecūdia

Z ¶ Auie tue ſēper ⁊ matris ī ore
dulcedo verſetur· quarꝫ imi
tatio forma v̄tutis eſt·

B ¶ Nota equoꝝ curſus fauorē
pnicior ſit· pugilꝫ fortitu
do clamorib⁹ incitat· paratas ad
p̄liū acies ſtrictoſq; mucrones ſer
mo impatoris accēdit ¶ Itē vereor
plura dicere: ne ſcē matris vuln⁹
exaſperē ⁊ v̄tutū eius recordacō fi
at doloris īſtauratio· vide ī· ad p̄n
cipiā· E· ¶ Itē; felix morte ſua qui
non vidit patriam corruentem

C ¶ Itē Solent miſeri parentes et
plene fidei xpiane deformes
⁊ in aliquo mēbro debiles filias:
qꝫ dignos generos non inueniūt.
v̓gimtati tradere ⁊ eas inopes re
linquūt. alioꝝ filiorū luxurie ⁊ de
licijs ad oēz copiā ꝓuidentes. vti
nā rarū eēt exēplū ¶ Itē miratur
emuli. v̓tus enī ſp inuidie patet. ⁊
ꝟ. Cōtra naturā ymo vltra naturā
eſt non exercere qꝫ nata ſis interfi
cere in te radicē tuā. ⁊ ſola v̓ginita
tis poma decerpere. neſcire thoruꝫ.
ōmino virorū horrere ꝯtactū. ⁊ i cor
pore viuere ſine corpe ¶ Itē philo
ſophoꝝ ſnīa eſt. moderatas eē vir
tutes. excedētes mēſurā vel modū
inter vicia reputari. vnde de vij. ſa
pientibus vn⁹ ait. ne quid nimis
D ¶ Itē ieiuniū non ē pfecta v̓
tus: ſꝫ ceterarū v̓tutū fūda
mentū. ⁊ grad⁹ ē q̄ſi ad ſūma ſcā
dentibus ¶ Itē nunq̄ verbū inho
neſtū audias quin iraſcaris. Ride
re ⁊ rideri ſecularibus derelinque.
¶ Itē laudent te eſurientiū viſcera
non ructuantiū opulenta conuiuia.
E ¶ Itē ſi v varietatib⁹ operꝫ fueris
occupata: nunq̄ tibi dies lō
gi erūt. Sꝫ q̄uis eſtiuis tendantur
ſolibus: breues videbunt̄ in qb⁹
aliq̄d opis ꝑtermiſſum ē. nec igi
tur ē tibi ceſſanduꝫ ab ope: qꝫ deo
ꝓpicio nulla te indiges. ſꝫ laboran
dū eſt ideo vt nil aliud cogites ni
ſi q̄d ad dñi ptinet ſeruitutē ¶ Itē
fuge laſciuiā puellaꝝ q̄ ornāt capi
ta. crines a fronte demittūt. cutem
poliunt ⁊c. vt ſub noīe v̓ginali vē
dibilius appareant. Illa tibi ſit ſo
cia q̄ neſcit ſe eē pulcrā. q̄ negligit
forme bonū. non pect⁹ vel colla de
nudat. ſꝫ celat faciem. ⁊ vix vno o
culo q̄ vie neceſſarius ē patente p
greditur. mores ⁊ ſtudia dñaruꝫ
plerūqꝫ ex ancillarū ⁊ comitū mo
ribus iudicant̄. Idem ad ſaluinā.
vide ad p̄ncipiā. C ¶ Itē de agmi
ne columbarū crebro aucipiter vnā
ſeparat. quā ſtatī inuadit vt laceret
⁊ eius carnibus ⁊ cruore ſacietur
Scio ſcās v̓gines q̄ diebus feſtis
ꝓpter pploꝝ freq̄ntiam pedē domi
cohibent. felix illa ꝯſcīa ⁊ btā v̓gi
nitas in cuius corde ꝓpter amoreꝫ
xpi q̄ ē ſapia. caſtitas. pacīa atqꝫ
iuſticia cetereqꝫ v̓tutes nullius ali
us verſatur amor nec ad recordati
onē hoīm aliqn̄ ſuſpirat ¶ Itē ino
portuna viſitatio infamat. ⁊ ſi nil
mali ſit opis maximū tn̄ malum ē
fruſtra patere maledictis. ⁊ q̄nqꝫ
periculoſius ē puellis ad loca reli
gionis q̄ ad pblicū ꝓcedere ¶ Itē
ſinē ꝯiūgo p̄ncipio. nec ſemel mo
nuiſſe ꝯtetus ſū. Ama ſcp̄turas ſā
ctas ⁊ amabit te ſapia. dilige eaꝫ
⁊ ſeruabit te. honora eā ⁊ amplex
abit̄ te. hec monilia in pectore ⁊ in
aurib⁹ tuis hereāt. nihil aliud no
uerit lingua niſi chriſtum. nihil
ſonare poſſit niſi q̄d ſanctum eſt.

¶ Ad deſiderium.

R Ectus ſermo dignatio
nis tue queꝫ mihi nec
opinanti tua beniuolentia tribuit

Z ¶ Paulatim ſcribi faciam ſi volueris.

B ¶ Nota. Scis dogma noſtrū humilitatis tenere vexillū ⁊ per yma gradientes ad ſūma nō ſcādere. vide ſup ephesios. B. ¶ Itē quotus ego vt eruditeꝛ vocis mere ar teſtimoniū: vt mihi ab eo palma eloquentie ꝯferatur. q̄ diſertiſſime ſcribendo decreuit ne ſcriberē ¶ Itē Caritas que nō q̄rit que ſua ſūt: ſꝫ que pximi reddat ſalutationis officia ¶ Itē opuſculoꝝ meorū ꝙ plura euolarūt de nidulo ſuo ⁊ temerario editionis honore vulgata ſūt. nil miſi ne forſā mitterē quod habebas.

C ¶ Itē ego pn̄tiā tuā q̄rens. ā tunc dabo cum affueris. aut ſi hoc aliq̄ difficultates impedierint. quecūqꝫ preceperis litterās mittam. ¶ Item. in fine dicit quōd ꝓpoſuerat librū virorum illuſtrium. i quo libros expreſſerat per ſe ſcriptos vſqꝫ ad. xiiij. annū theodoſij.

¶ Ad eundem de duodecim lectoribus. Frater Guigo negat hanc fuiſſe Hieronimi. vide ſupra ad Cellantiam in titulo.

A Uis nunc acriter mi frater deſideri: vt tibi quaſi de luminatibus qui toto firmamento mundi refulgent.

Z ¶ Ideo quaſi vmbra ſeculis hominem ſunt.

B ¶ Nota lectores nominat et ceteros extollit. Auguſtinum. Hylarium. Origenem. Euſebium ceſarienſem. Eliodorum. Ambroſium. Dardanum. Paulinum. Pelagium. Iouinianum. Iulium Affricanum. Fauonium. ¶ Item Auguſtinus epiſcopus volans per montiū cacumina quaſi aquila. ⁊ ea que in montium radice ſiunt non conſiderans: multa celorū ſpacia terrarumqꝫ ſitus ⁊ aquarū circuitum claro ſermone pronunciat. ¶ Item Origenes omnibꝰ melioꝛ in bonis. peioꝛ in malis. multi tamen aliquos eius diſcipulos peſſimos multa venenoſa ſub ipſius nomine edidiſſe teſtantur. vide ad pammachium ⁊ oceanum infra ſub littera C. ¶ Item Eliodorus preſbiter domum ampliſſimam p modicum foramen aſpiciens: tēptans hoſtia clauſa. clauemqꝫ non habens. vix pauca ad lucem proferre valuit. ſed que potuit fideliter narrauit. ¶ Item Paulino viſum eſt magiſter fieri. ⁊ non erat ante diſcipulus. ⁊ fructum ſine radice oriri fieriqꝫ temptauit. Ideo eius conſcriptiones ſcriptore et carta non indigent.

¶ De die dominico.

A Non queo fratres cariſſimi quem mente concepi ore proferre ſermonem. ⁊ coꝛdis letitiam lingua non explicat.

Z ¶ Qui ſanctus fuerit non cōfūdetur cum loquetur inimicis

ſuis in porta in chriſto iheſu domi
no noſtro · cui eſt honor ⁊ gloria
in ſecula ſeculorum Amen·

h ¶ Nota · Aſtra oīa ⁊ elemēta le
tantur · ⁊ q̄ patiēte dn̄o ꝑ triū
hūmē retraxerāt ⁊ fugerāt · ⁊ nolu
erāt ſuū creatorez aſpicere crucifix
um · nūc victorē illū ⁊ ab inferis re
ſurgētē ſuo ſi dici p̄t fulgore ⁊ ſuo
ꝓſequūtur officio · ¶ Itē q̄d me ne
ceſſe infinita replicare dies deficiet
ſi voluero oē diei iſtius exponē ſa
cramentū · Hoc dico tm̄ : ꝙ vmūſa
ſabbati grā ⁊ āntiq̄ iſta feſtiuitas
ꝑl'i iudeoruz diei iſtius ſolēnitate
mutata ē : ꝑmit actuū ſuoꝝ diuer
ſitatē ad nr̄os · ¶ Itē due porte ſūt
porta pādiſi ⁊ porta ecc̄ie · p̄ portā
ecc̄ie pādiſi portā intrabimus·

¶ Ad domnionē ſenem

A Ittere tue amorem ſo
nāt pariť ⁊ querelam

Z ¶ Nō dāno nupcias · ſꝫ volo oēs
q̄ ꝓpter tiores forſā nocturnos
ſoli cubitare n̄ pn̄t vxores ducere·

h ¶ Nota iuuentus ē hō · abſqꝫ p̄
ceptore pfect9 · q̄ eloq̄ntia tul
liū · argumētis ariſtotilē · prudētia
platonē · erudicōe ariſtarcū · libro
rū multitudine calcentrū · didimuz
ſcīa ſcp̄turarū · oēſqꝫ ſui tpis vicat
tractatores : ⁊c̄ · Non imīꝝ ſi me ab
ſentē ⁊ iā diu : abſqꝫ vſu latine lin
gue ſemi grecuū barbarūqꝫ hō la
tiniſſim9 ſupet · videꝫ ad marcellā
x · C · ¶ Itē eſt q̄ꝑe pūerbiū balbi
m · meli9 itelligere v̄ba balbi · ¶ Itē
Iouinian9 · ꝙ me dānat epi non ē
rō ſꝫ ꝯſpiratio ¶ Itē nūꝙ erubeſcit:

nec ꝯſiderat q̄d ſꝫ q̄uantū dicat·

C ¶ Itē loq̄mur ſcp̄tis vt de nob
tacitus lcōr iudicet · moueat
manū · figat ſtilū · ꝯmoueat ſe ⁊ q̄c
quid p̄t ſcp̄tis oñ dat · det occaſionē
rn̄dendi · videꝫ ſup̄ Ezech · xiij · ⁊ cō
cordantias ¶ Itē digneť nobis ſ
monē ſuū mittere · ⁊ nō rep̄hēdēdo
ſꝫ docēdo garrulitatē nr̄ām corrige
re · tūc intelligat aliā vim fori aliā
triclinij · ⁊ non eq̄ interfuſa ⁊ cala
tos puellaꝝ : ⁊ inť erudiros viros
de diuine legis dignitatib9 diſputari

¶ Ad egrotum · de hac dubita
tur an fuerit Hieronimi

A Q Vāꝙ certiſſime noue
rim experientiam tuam·

Z ¶ Dominus te mediana celeſti
confoueat · ⁊ ſub tali pondere
flexibili virtute durare pmittat·

h ¶ Nota inter aduerſa preſidiū
inter morbos remediuz · inť
curas ſolacium · in fluctibus alie
ne manus remigium ſemper que
ritur ⁊ optatur · ¶ Item · melius
rō terminať : ſi q̄d nature debetur·
v̄nte ſoluať ⁊c̄ · Deuotionis eſt
maxime maxima ſuſtinere · Ingen
tis virtutis eſt ingentia ſuperare·
¶ Item qui curandus eſt non di
cat medico qua legē curetur · nec
miles eligit quo imitatur · nec ſer
uus quo verbere caſtigetur · quod
enim : maioris pendet arbitrio : nō
eſt in poteſtate ſubiecti·

C ¶ Item · Ama medicum per
cuſſorem · cuius plaga
eſt mater medicine · Nihil enim
impium pietas parit · et infra·

multa ſunt que nō niſi ꝑcuſſa ſa nantur · multa ſunt que medici ſi ne ferro curare non poſſunt.
¶ Item in odiū ſui deum ꝓuocat q̄ factis odibilibus ſe facit odibilē ⁊ offenſum rogare ꝯtēnit Ceteruꝫ amat de⁹ hoiem vt artifex fabricā ſꝫ odit mala opa quib⁹ fabrica vr getur in lapſū ⁊ cogit in ruinam.
¶ Item peius nocet malum ſi ma le portetur. ledunt etenim ipſa bo na ſi male portentur.
D¶ Itē ſicut nō nrē ꝑtātis fuerāt naſ ci · ita nec nrē ptātis ē mori Alioqn ſi in nrā ptāte ꝯſiſteret ē i ptāte non mori ¶ Itē eū nō ſeqtur felicitas p̄mioꝝ q̄ ſarcinā geſtare non nouit armoꝝ · ⁊ ideo in vſu eſſe debet q8 p̄miū geneāt. ⁊ optabile q8 gloriā parit ¶ Itē milicie ꝯgru it xpiane exerciti calamitatib⁹ ⁊ ꝓ bari. ipſius ē ſub felicitatib⁹ ⁊ an guſtijs feliciter āpliari. ſub p̄ſſu ris adoleſcere. ⁊ preſſuās puteſcē do calcare. Ipſi⁹ ē exercitationibus crebris ꝓpriū nutrire munimē. et cū periculis habere certamē. Ipſi⁹ eſt ad portū ꝑpetue felicitatis ⁊ fu rentia mundi diſcrimina nauigaē ⁊ ſub ictibus diſcipline medicinal' potentē ipſa ncc̄itate regnare ⁊ ꝗ. A fortiſſimo milite ſp in acie ſtandū eſt. ⁊ q̄rendā occaſio q̄ vt̄is emiteſ cat excuſſa. Amatori enim premi orum ornamenta ſunt vulnera.
E¶ Item ad celū nobis ꝑ aſꝑā per anguſta ꝑ duroſ anfra ctus ⁊ loca ſtricta. alias ſtricta eſt via. quā viā non tenuit q̄ tempta ri noluit ¶ Itē aliquo ex mūdanis vtamur exēplo. non enī nocet alie nis vti ea pte qua noſtra ſūt ¶ Itē cōmodius ē cuilibet durātū pſtiue ad portum glorie peruenire. ꝗ deli cato nauigio morbide laſſitatis p acto curſu i penas exire. Sepe igit potior ē paupertas opib⁹ · deformi tas for · cōtūelia laudib⁹ · ſeruitus poteſtate · imbecillitas virib⁹ · libe tate captiuitas. ⁊ humilitas dignitate. ⁊ ꝗ. infelicitatis eſt aduerſa non ſcire. felicitatis eſt cum aduer ſis noſſe congredi ⁊ ſcire pugnaē

¶ Ad Elbidiam de · xij · queſtio nibus. de hoc de conſe · diſti · ij · ne · moyſes.

A I Gnota vultu fidei mihi ardore notiſſima es
Z ¶ Accenduntur ⁊ extinguun tur in nobis.
H ¶ Nota. Scias me non confi dentia reſpondiſſe ſermoīs ſed eius ex fide qui pollicitus eſt. aperi os tuum ⁊ ego impleto illud
¶ Item quomodo inimicis prete mus beneficia ipſorum maliciam noſtra bonitate ſuperam⁹. ⁊ mol limus duriciam ⁊ iratum animuꝫ ad temulentiam flectimus
¶ Item omnes diuitie de ini quitate deſcendunt: ⁊ niſi alter per diderit alter inuenire non poteſt. Vnde vulgata ſententia videtur mihi eſſe veriſſima. ꝙ diues aut iniquus aut iniqui heres. idem ſu per Hieremiam. libro ſecundo. in principio. ⁊ ſuper pſalmum octua geſimumoctauum. ¶ Item o quā ta beatitudo pro paruis magna

recipe · eterna p breuibus · p moritu ris ſp viuētia a hrē deū debitorem ¶ Item q̄ſtione ſecūda · non ē reg num dei cibus a potius ſ; iuſticia a gaudiū a pax in ſpūſcō · Hic ↄtinu atur cap̄ · nec moyſes de con · di · ij · ¶ Item q̄ſtio q̄rta cōſuetudo hūa ni ſermonis ē ſero nō veſpam ſig nificare ſ; tarde · ſolem⁹ enī dicere ſero veniſti · tarde ¶ Queſtio · x · Itē nobis nil placet niſi q̄d eccla̅ſticū eſt q̄ publice in ecclā dicere non ti mem⁹ ¶ Itē q̄ſtio · xi · difficile dig nus p̄co vtutū xp̄i inueniri pt̄ q̄ in ā nūciandis illis non ſuā ſ; ei⁹ q̄rit gloriā quē p̄dicat · vid ſup Galat · li · iij · ¶ Itē corp⁹ pfcm̄ ē ſi ſingu lorū mēbrorū vtat officijs · ſi opet̄ manus · pes ābulet · oculus videat auris audiat · dentes cibos molāt · ſtomach⁹ ↄcoquat · alu⁹ digerat · aut ſi nulla mēbrorū pte trūcat⁹ ē

¶ Ad Eliodorū de ↄtēptu ſeculi de tē · ij · q · vij · nō oēs · xvi · q · i · alia ·

Quāto amore a ſtudio ↄtenderim : vt pit i he remio morarēmur · ↄſciū mutue cari tatis tue pectus agnoſcit ·

¶ Labor dū eſt ¶ Nota · q̄ gemi tu te abſētem pſecutus ſū : iſte lrē teſtes ſūt · q̄s lacrimis cernis inſtitas · i · iterpoſi tas · ¶ Itē caritas quē pnt̄ē tenere nō potuit q̄rit abſētē · a ꝯ · Abeāt p̄ ces · blandimēta diſcedāt · d; amor leſus iraſci · q̄ rogātē ↄtēpſeras for ſā audias obiurgātē ¶ Itē corp⁹ aſſuetū tunica lorice on⁹ nō fert · ca put ꝯopertū linteo : galeā recuſāt ·

molle ocio manū ; durus exaſpat capulus · vide ſuper Amos · G

¶ Item licet puulus ex collo p̄e deat nepos · licet ſparſo crine a ſciſſis veſtibus vbera q̄b⁹ te nu trieāt mater oſtdat · licet in limine pater iaceat · percalcato patre per ge ſiccis oculis ad vexillum cru cis euola ¶ Pietatis gen⁹ ē i hac re eē crudelē · Gladiū tenet hoſtis vt me pimat · a ego de matris lacri mis cogitabo ¶ Itē · Erras ſi nunq̄ putas xp̄ianū pſecucōem nō pati tūc maxime oppugn̄ris ſi te oppugn̄ri neſcis · a ꝯ · Trāq̄llitas iſta tēpeſtas ē ¶ Itē vbi bonor ē ibi ↄtēptus · vbi āt cōtemptus ibi frequens in iuria · vbi iniuria ibi indig̃tio · vbi indignatio ibi q̄es nulla · vbi qui es nulla mens a pꝓpoſito deducitur vbi autem per inquietationem ali quid aufertur ex ſtudio minus fit ab eo q̄d tollitur · vbi minus eſt ; p fectum dici non poteſt · Ex hac ſup putatione illa ſententia naſcitur · monachū in patria ſua perfectū eſſe non poſſe · perfectum autē nō ē nolle delinquere eſt · Hic interpo nuntur canones · xi · q · iij · abſit · xi · q · prima · alia eſt · ſecunda · q · ſepti ma · non omnes · iiij · diſt · in · non eſt

¶ Item licet ſarcina corporis abiecta ad puram etheris vo lare fulgorem p paupertatē times ſed beatos pauperes chriſtus ap pellat : labore terreris · nemo athle ta ſine ſudoribus coronatur · de ci bo cogitas · ſed fides famē nō tim; ſupra nudum metuis humum exe ſa ieiunijs membra collidere · ſed

dñs tectū iacet · Squalidi capitis
horret inculta ceſaries · ſʒ caput tu
um xp̄s eſt · infinita heremi vaſti
tas terret · ſed tu padiſū deābula
quociens mente ↄſcēderis totiens
in heremo nō eris · ↄ cor ꝗ· ad p̄ſi · E
¶ Itē delicat⁹ es frē cariſſime · ſi ho
vis gaudere cū ſeculo ⁊ poſtea rē g
nare cū xp̄o · vide ꝗ · ad marcel · xiiij ·
⁊ ad iuli · ij · C · ¶ Item ad vocē tube
potentiſſimi quōdā reges nudo la
tere pal'pitabunt · Exhibebit cū p
le ſua vere tūc igne⁹ iupiter · addu
cet cū ſuis ſtult⁹ plato diſcipul' ari
ſtotilis argumenta non proderunt ·
vide ꝗ de hoie pfecto ⁊ ad pāma · ⁊
occeanū · ij ·

¶ de Epyphania ·

Omnes epyphaniam greco
co noie ſic noiatur · qd
enim nos diem aptionis vel oñſio
nis dici⁹ · greci epyphaniā vocāt
Z ¶ Aqua refectōis educauit me
cui ē honor ⁊ glīa in ſecula ·
B ¶ Nota qd hac hūilitate ſu
blimius · qd hac vtilitate no
bilius · baptizat a ſeruo ⁊ a dño fi
lius appellatur · inter publicanos
meretrices ⁊ pctōres ad lauacrum
venit ⁊ ſactior eſt baptiſta ſuo ·
Itē in pſalmo · xxviij · vox dñi inter
cidentis flāmā ignis Illo ei bapti
zato ⁊ vitiſo mūdo xp̄o lauāte mū
dato gehēne ignis extinctus eſt ·
¶ Itē ↄſideremus totū orbē · reſpi
cia⁹ barbaras nacōes · romanū q;
mente luſtrem⁹ impiū · vbiq; i xp̄o
credūt · vbiq; i nōm deū baptizāt ·
C ¶ Itē imitemur ſaluatorē nrm
qr ipē paſtor ⁊ agn⁹ ⁊ aries
appellat · q̄ p nobis imolatus eſt
in egipto · q̄ p yſaac cornub⁹ tene
tur in ſentibus ⁊ dicamus domin⁹
paſcat me ·

¶ De Epytaphio nepociani ad
Eliodorum ·

Grandes materias ige
nia parua nō ſuffeřūt · ⁊ i
ipſo conatu vltra vires auſa ſuccū
būt Quāto q; mai⁹ fuit qd dicēdū ē
tāto magis obruit q̄ magnitudinē
rerū verbis explicare non poteſt ·
Z ¶ Et rurſum q lo q̄ nō poſſum⁹ · de
eo loqui nunq̄ deſinamus
b ¶ Nota · Nepocian⁹ me⁹ tu⁹ nr̄
īmo xp̄i · ⁊ qr xp̄i id circo pl⁹
nr̄ · reliq̄t ſenes ⁊ deſiderii ſui iacu
lo vulneratos · ⁊ quē heredē puta
uim⁹ fuim⁹ tenem⁹ ¶ Itē q̄c q̄d di
xero · qr ille nō audit in mutū videt
¶ Itē i calamitate nrā pdidit ſua
iura natura · qd exhibere ſenib⁹ iu
uenis debuit · hoc iuueni exhibuim⁹
ſenes ¶ Itē O mors q̄ frēs diuidis
⁊ amore ſociatos crudel' ⁊ dura diſ
ſocias · vide ꝗ ad theoderam · B ·
C ¶ Itē interpoſitis multis q̄ filio
rū mortē forti aīo tulerūt · de
q̄b⁹ valeri⁹ li · v · c · ſi · Subdit · ne do
leas qr talē amiſeris : ſʒ gaudeas qr
talē habueris · Idem in epytaphio
ſequēti in pn · ⁊ ꝗ hec ſūt precepta
rethorū vt maiores laudes eius q̄
laudandus eſt ⁊ eorum altius ge
ſta repetantur · ¶ Item Iuuenilem
etatem indignam ſacerdocio cau
ſabatur · ſed eo dignior erāt quo ſe
clamabat indignum · ⁊ negando
merebatur quod eſſe nolebat ·

D ¶ Item ita in ſingulis v̓tuti
b⁹ eminebat: ac ſi ceteras
non haberet· inter p̄ſbiteros ⁊ co
equales p̄mus in ope· extrem⁹ in
ordine· quicq̄d boni fecerat ad auū
culum referebat. Si q̄d forte alit̄
euenerat q̄ꝫ putauerat· illū neſcire
⁊ ſe errasſe dicebat. ¶ Item ſermo
eius ⁊ omne ꝯuiuiū de ſcripturis a
liquid ꝓponere· libenter audire· ve
recūde reſpondere. recta ſuſcipe· pra
ua non acriter ꝯfutare· diſputantē
ꝯtra ſe magis docere q̄ꝫ vincere· le
ctione aſſidua ⁊ meditatione diu
turna pectus ſuū fecit bibliotecaꝫ
xp̄i· Vnde hic feruor niſi ex amore
dei· vnde legis xp̄i idefeſſa medita
tio niſi ex amore ⁊ deſiderio eius q̄
legem dedit. ¶ Item ita magnus
erat ī magnis: vt nec minima neg
ligeret. Erat eñi ſollicitus ſi nitere
a: tare ſi parietes fuligine· ſi paui
menta terſa· ſi velū in oſtijs. ſi ſa
crariuꝫ mundum· ſi vaſa lucentia
non min⁹ non magis negligebat
officium· vbicunqꝫ eum quereres
in eccleſia inuenires·

E ¶ Item barbari fortes ſūt no
ſtris vicijs Romanus ſuper
addit exercitus· ⁊ quaſi non ſuffi
ceret cladib⁹· plus pene bella ciui
lia q̄ꝫ hoſtilis mucro ꝯſūpſit ¶ Itē
p̄miſſo de Xerſe rege· q̄d ponit va
lerius li· ix· de cupiditate vite in fi
ne· Subdit· O ſi poſſemus in talem
aſcēdere ſpeculam· de qua vniūſaꝫ
terrā ſub noſtris pedibus cernere
mus· iam tibi oſtenderē toti⁹ mū
di ruinas: gentes gentibus ⁊ reg
nis regna colliſa. alios torqueri·
alios necari. alios abſorberi fluct
bus· alios ad ſeruitutē trahi· hic
nupcias· ibi planctū· illos naſci· il
los mori· alios diuicijs affluere· a
lios mendicar̄e· vincitur ſermo rei
magnitudine ⁊ minus eſt omne
quod dicimus. ¶ Item quotidie
morimur· quotidie commutamur
⁊ tamen eternos nos credimus.
Hoc ipſum quoqꝫ dicto quod ſcri
bo quod relego quod emendo. de
vita mea trahitur quot pūcta no
tarij tot meorum damna ſunt tem
porum.

¶ De epytaphio ſancte Paule
ad Euſtochiū virginē xp̄i· quod
etiam decaſe ponitur in ſpeculo hi
ſto· li· xix· c· xlviij· ⁊ duobus ſequē
tibus.

A SI cuncta mei corporis
membra verterent in
linguas· ⁊ oēs artus hūana voce
reſonarent nihil dignū ſācte Pau
le v̓tutibus dicerē· nobilis gene
re ſed nobilior ſanctitate ⁊c̄.

Z ¶ Cultoris tui vltimaꝫ ſenectu
tē orōnibus iuua· alias te in
bethleem conditam lcōr agnoſcat

N ¶ Nota vult lector breuiter
ſcire eius virtutes omnes
ſuos pauperes pauperior illa dimi
ſit· fugiendo gloriam merebatur
gloriam· quo v̓tutes ſeq̄tur quaſi
vmbra· ⁊ appetitores ſui deſerens
appetit contemptores. Hic ſubdit
de quinqꝫ ipſius liberis· Bleſilla·
Partina· Euſtochio· Ruffina· ⁊ fi
lio Thoxochio·

¶ Item narrata nobilitatē paule
ſubdit. ſeculi homines ſuſcipiunt
eos qui his pollent priuilegijs.
nos laudamus eos q̄ p ſaluatorē
iſta deſpexerint. ¶ Item pietatem
in filios ſuperabat per pietatem in
deum. neſciebat ſe matrem vt chri
ſti probaret ſe ancillam.

C Interpoſita multitudine ſā
ctorum locorum que viſita
uerat interponit. dicēs mihi prius
q̄ ſermo deficiet. ſi voluero cuncta
percurrere que paula venerabilis ſi
de incredibili puagata ē. Et ſubdit.
huc uſq; iter eius deſcriptum ſit q̄
multis virginibus ꝛ filia comite
peragrauit. nunc v̄tus latius deſcri
batur. ¶ Item poſt viri mortez cū
viro aliquo non comedit etiam ſi
illum ſacratum vel pontificem cer
neret. mollia etiam in grauiſſima
febre lectuli ſtrata non habuit. ſꝫ
ſup humū duriſſimā ſtratis cilici
olis quieſcebat. ſi tamē illa quies
dicenda eſt que iugibus pene ora
tionibus noctes dieſq; iungebat.
¶ Itē Epyphanius ep̄s q̄ ſibi infir
me ſuaſerat vt vinū biberet. dixit
hieronimo q̄ tm̄ pfecerat q̄ ſibi
ſeni fere pſuaſerat ne vinū biberꝫ

D Itē cū amaret hiſtoriaz ꝛ
illud veritatis diceret funda
mentū: magis ſe q̄batur intelligē
tiam ſpūalem. ꝛ hoc culmine edifi
cationem anime ptegebat. hic in
terponitur quod dixi ſupra in fine
tercie partis ibi hebream linguā.
Itē; huc uſq; proſperis nauiga
uimꝰ ventis. ꝛ criſpātia maris eq̄
ra ludens carina ſulcauit. nunc in
ſcopulis incurrit oratio. q̄s enī po
teſt ſiccis oculis narrare paulā mo
rientem. ¶ Itē quid diu differo et
dolorem meū immorādo facio lon
giorē. ſentiebat prudētiſſima femi
narū mortē adeſſe: illos verſiculos
ſuſurrabat. Domine dilexi decorez
domus tue ꝛ lo. hi. g. tue. Et q̄ di
lecta tabernacula tua domine. vbi
ꝛc̄. Elegi abiecta eſſe in domo dei
mei ꝛc̄. ¶ Item quem mon achorꝫ
latronuz in heremo cella ſua tenu
it. Quam virginum cubiculorum
ſecreta tenuerunt. ſacrilegium pu
tabat qui non tali femine vltimuz
reddidiſſet officium. ¶ Itez reliq̄t
fratrū ꝛ ſororū immenſaz multitu
dinem. quā fuſtētare arduū ꝛ abij
cere impiū eſt ¶ Itē non ſolū effu
ſio ſāguinis in ꝯfeſſione reputatꝛ.
ſꝫ deuote quoq; mētis ſeruitutis q̄
tidianū martiriū eſt. vide ſ̄ i ep̄la
Euſebij in prin.

¶ Epitaphiuz hieronimi in ſe
pulcro ſancte Paule.

S Cipio quaz genuit paule ſu
dere parentes ¶ Gracorum
ſoboles agamēnonis inclita pro
les ¶ Hoc iacet i tumulo. paulam
dixere priores ¶ Euſtochij genitrix
Romani p̄ma ſenatꝰ ¶ Pauperem
xp̄i ꝛ bethleemita rura ſecuta ē
Reſpicis anguſtū p̄ciſa rupe ſepul
crū ¶ Hoſpiciū paule ē celeſtis re g
na tenētis ¶ Frēs ꝯgratos Romā
patriāq; relinqns ¶ Diuicias ſobo
lē: bethleemito ꝯdit antro Hic p̄
ſepe tuū. xp̄e atq; hic miſtica magi
¶ Munera portātes hominiq; deo
q; dedere.

48

¶ Ad Evagrium p̄ſbiterū de ſe
uita lapſo a nemine conſolato.

A Niſi vererer beatiſſime
frater: ne inter ſimula
tos amicos Job mihi portio pone
retur. q̄ videntes plagā eius velu
ti q̄ non haberet ↄſolacōem iugi ſi
lentio q̄euerūt. ꝓpe fuerāt vt ⁊ ego
ſuppoſita manu ⁊ obturata lingue
fiſtula: ianuas labiorum meorū
taciturnitate concluderem.

Z ¶ Sic pc̄ti ↄtagiōe maculamur
ita ei⁹ expulſiōe lauamur.

B Nota abſit a fide mea: vt
aliq̄ plagā dicā eſſe que
non habeat ↄſolationem. cū mihi
ꝓpheta ꝓclamet. nunq̄d medicus
nō eſt in galaad. quod aceruus te
ſtis interpretatur. quem canonē
diuinoꝝ librorū eſſe ſetimus. vid̄
ī eodem. ¶ Itē fortiorē ꝑcuſſit ini
micus vt celerior ei p⁹ modū adit⁹
eēt ad reliq̄s. vide ī ad Sophon. B

¶ Itē vt quid medicus noſter mē
librorū ſuorū loculos tot ↄſtituit
genera pigmentoꝝ: ſimile eſt in em
plaſtris quo poſſit ſanari vulnus
q̄d inflixit inimicus. vide ī eodem.

¶ Itē dices. leuita ē iſte. q̄ decidit:
non poteſt ei iam remedij medicīa
ↄfe ri. Erras frater erras. decurre
ad ſcolam medici. recurre ad ſcolā
medici. vbi in loco ſecundo i exodi
libro etiā leuite peccaſſe leguntur:
q̄ priores ex ꝓpl'o emendati ꝓhibē
tur. ⁊ n̄ tā in eis peccati crimen ar
guit q̄ velox ↄuerſio in penitētie
celeritate laudatur. ¶ Itē ſam⁹ q̄
ſine ſacerdote paſca celebrari n̄ pt.

Ad Euandrium preſbiterū de
differentia preſbiteri ⁊ diaconi. de
hoc. xciij. di. legim⁹ vbi ad litterā
hoc habetur.

A Legimus in yſaia fatu
us fatua loquitur.

Z Q̄d. aaron ⁊ filij eius atq; le
uite in tēplo fuerūt. hoc ſibi
epiſcopi preſbiteri ⁊ dyaconi in ec
cleſia vendicent.

b ¶ Nota filius tonitrui quē iħs
amauit plurimū qui de pecto
re ſaluatoris doctrinaꝝ fluenta po
tauit. ¶ Itē q̄ poſtea ex p̄ſbiteris
vn⁹ electus eſt q̄ ceteris ꝑponeret
in ſciſmatis remediū factum eſt. ne
q̄ſq; ad ſe trahens ecclīam xp̄i rūpe
ret. vide ſimile ↄtra Jouinianū li
p̄mo C. ¶ Itē omne quod rarū eſt
plus appetit. pulegiū apud indos pi
per carius ē. dyaconoꝝ paucitas
honorabiles preſbiteros turba
contēptibiles facit. vide ad marcel
lam octauo. C.

C ¶ Item q̄ prouehitur de mino
ri ad maius prouehit.

¶ Ad eundē de melchiſedech.

A Miſiſti mihi Z Tātū
volumen cupi
ditate ſtudia amiſſa repetiui vt q̄d
exercitacōni lingue ꝓfuit noceret
corporis valitudini.

b Nota q̄ ſcripſit vt periculum
diſputandi fugeret auctorē
noluit ↄfiteri. ¶ Item ſi vas ele
ctionis ſtupet ⁊c. quantomagis
nos vermiculi ⁊ pulices ſolam de
bemus ſcientiam inſcientia ↄfiteri.

¶ Item q̄ʒ aīant interrogās · et
vniuerſa que didici fidis ſunt au
ribus intimanda: ponā hebreorū
opinionem · ⁊ ne qd deſit curioſita
ti ipſa hebraica verba ſubnectam
¶ Item ꝑ voluntate lectorum de
varietate regionū eadeʒ verba di
uerſis ſonis atqʒ accentibus ꝓfe
runtur · vide ſuper Math · li · iiij · I ·
¶ Itē meum fuit citare teſtes · tuū
eſt de fide teſtiū iudicare · ¶ Item
impericia confidentiam · erudicio ti
morem creat ·

¶ Ad Euſtochium de virgini
tate ſeruanda · de hoc · xxxij · q · v · v ·
ſi paulus ·

A
A
Udi filia ⁊ vide ⁊ incli
na autem tuam ·

Z ¶ Et fluia non
cooperient eā
b ¶ Nō · Nul
la in hoc

libello adulatio · Adulator quippe
blandus inimicus eſt · Nulla erit re
thorici pompa ſermonis: q̄ etiaʒ te
inter āgelos ſtatuat · Nolo tibi de
ꝓpoſito venire ſupbiam: ſʒ timorē
⁊ꝯ · Naturali ducimur: malo adu
latoribꝰ noſtris libenter fauemꝰ ·
Et q̄ꝗ nos reſpondeamꝰ indignos
⁊ calidꝰ rubor ora ꝑfundat · tn̄ ad
laudem ſuam anima intrinſecus le
tatur · ¶ Itē nemo inter ſerpentes
⁊ ſcorpiones ſecurus ingreditur ·
Hic interponitur caplm ſi paulus
xxxij · q · v · ¶ Itē non ſinas cogita
tiones creſcere dum puus ē hoſtis
interfice · neq̄cia elidat i ſemine · Au
di pſalmiſtā · Btūs qui allidit puu
los ſuos ad petrā · Impoſſibile eſt
in ſenſū hois nō irruere motum ⁊

Medullarū calorem · ille laudatur
ille ꝑdicatur · beatus qui ſtatim cū
inceperit cogitare interficiat cogita
tus: ⁊ allidit eos ad petraʒ · petra
autem eſt xp̄s · Hic interponit qd ſ̄
betur i legēda · ibi qtiēs i bēmo ⁊c̄
C ¶ Itē · que dicere ſolent · ōnia
munda mundis · ſufficit mi
hi conſciencia mea · cor munduʒ de
ſiderat deus · qn̄ qʒ ſterilitatis vene
na ꝓcurent · vel ſi ſēſerint de ſcelere
concepiſſe ꝓcurant abortū · ⁊ quā
doqʒ ſimul ipſe cōmoritur triuʒ cri
minū ree ad inferos ꝑducitur · ho
micide ſui · xp̄i adultere · ⁊ nondum
nati filij parricide · vide ad agerucia
am ⁊ ad ruſticū · ij · Hic interponit
c · ſint tibi de con · di · v · qd ꝯtinuat
his verbis · Crebriꝰ lege · diſce q̄ꝗ
plurima · tenente te codicem ſom
nus obrepat · ⁊ cadente faciem pa
gina ſacta ſuſcipiat · Sint tibi ⁊c̄ ·
¶ Itē Carnis amor ſpūs amorē ſu
peretur · ⁊ deſiderium deſiderio reſtri
gatur · ¶ Item · o mater magnum
beneficium tibi filia preſtitit · ſo
crus dei eſſe cepiſti ·
D ¶ Itē · ſtultiſſimum eſt doce
re quod nouerit ille quem
doceas · ⁊ꝯ · Fuge viros triſticiam
ſimulantes · qui longa ieiunia fur
tiuis noctium cibis protrahunt ·
pudet reliqua dicere: ne videar iue
hi potius q̄ꝗ monere · ¶ Itē ſi quid
ignoras · ſi quid de ſcripturis dubi
tas · interroga eum quem vita cō
mendat · excuſat etas · fama non re
ꝓbat · aut ſi nō eſt qui poſſit expo
nere: melius eſt neſcire ſecure q̄ꝗ cū
periculo diſcere · Hic interponitur

quod habetur ſupra in pn̄. legēde ¶ Itē poſita hiſtoria de mōacho q̄ centū ſolidos ī morte dimiſerat cū q̄ fuerat pecunia ipſa ſepulta: ſb̄dit. non putet q̄s hoc crudeliter factuꝫ tantus p totam egiptū cūctos ter- roꝛ inuaſit: vt vnuꝫ ſolidū dimiſiſ- ſe ſit criminis. Et ſtatim plene pſe- q̄tur tria genera mōachoꝝ egipti.

E ¶ Itē egredientes hoſpiciū ar- met oꝛō. regredientibꝰ oꝛō oc- currat añq̄ ſeſſio. nec pꝰ corpuſ- culū requieſcat q̄ aīa paſcat̄ ad oēm actū ad omnem inceſſum manꝰ pi- gat crucē. ¶ Itē non quō videt hō videt deus. videt homo in facie. de- us āt in corde. vid ad ruſticū circa finē. ¶ Itē nihil amantibus durū eſt. nullꝰ difficilis cupientibus la- boꝛ. Amemus ⁊ nos xp̄m ⁊ eius q̄- ramus amplexus. ⁊ facile videbit̄ omne difficile. breuia putabimus vniuerſa que longa ſunt.

¶ Ad eandē alias ad marcellā de tranſmiſſis muneribꝰ

A Parua ſpecie: ſꝫ caritate magna ſūt munera.

Z ¶ Xp̄i ancilla non eſſem

b ¶ Nota ac- cepimꝰ

caniſtrū ceraſis refertū. qd genus pomi pōto ⁊ armenia ſubiugatis. ⁊ de ceraſonto primꝰ romam ptu- lit. vn̄ ⁊ a patria arboꝛ nomen ac- cepit. igit̄ in ſcripturis caniſtrū ſi- cis plenū legimꝰ. ceraſa vero non inuenimꝰ. ¶ Itē puidendum ē di- em ſolēnem non tam ciboꝝ abūdā- tia q̄ ſpūs exultatione celebremꝰ. q̄ valde abſurdū eſt nimia ſaturi- tate martirem honorare velle. quē ſcias deo ieiunijs placuiſſe. ¶ Iteꝫ ita ſemp tibi comedendum eſt. vt cibum oratio ſequatur ⁊ lectio. idē ad atletam. d.

¶ Ad exuperantium.

A Inter omnia que mihi facti fratris tui quinti- liani amicicie pſtiterūt. hoc max- imum eſt. q̄ te mihi ignotum cor- pore mente ſociauerunt.

Z ¶ Pulſaui amiciciaruꝫ fores. ſi aperueris: nos crebro ha- bebis hoſpites.

B ¶ Nota q̄s non diligat eum qui ſub paludamento in habitu militari agat opera pro- phetaruꝫ. vide ſimile ī. ad ſaluinā B. ¶ Itē nudꝰ ⁊ leuis ad celum vo- la: ne alas v̓tutum tuarum auri de- primant pondera. ¶ Itē xp̄s p ani- mi volūtate omnia in acceptum re- fert. ¶ Itē nemo aplīs paupeꝛioꝛ fuit. nemo tm̄ p dn̄o dereliq̄t. ¶ Itē eroganda non q̄ras: ſed iam q̄ſita tribue. vt fortiſſimū tirūculū ſuuꝫ xp̄s agnoſcat. vt letus tibi de regi- one longiſſima venienti pater oc- currat. vt ſtolam tribuat. vt donꝫ ānulū. vt immolet p te vitulū ſuꝫ ſa- ginatum. vt expeditum cum ſan- cto fratre quintiliano ad nos cito faciat nauigare.

¶ Ad fabiolam de veſte ſacer- dotali. de hoc. xxxiij. di. vidua.

A Vſqꝫ hodie in lectione ve- teris teſtamenti

Z ¶ Nō cī magnoꝝ viroꝝ igeni- is: meis ſū viribꝰ extimādꝰ

B ¶ Nota. multa nos facere co
git affectus. et dū ꝓpinq̄ta
tem reſpicimus corpoꝝ: corporis et
anime offendimus creatorē ¶ Itē
omne q̄d non ēdificat audientes:
in periculū loquentiū vertitur. hic
interponitur predictuȝ c. vidua.
¶ Itē veniam ad ſacerdotalia ve
ſtimenta. et anteq̄ꝫ miſticā ſcruter
intelligentiā more iudaico q̄ ſcrip
ta ſunt ſimplr̄ exponaȝ. vt poſtq̄ꝫ
veſtitum videris ſacerdotē. et ocul
tuis omne patuerit ornamētū. tūc
ſingulorum cauſas pariter req̄ram⁹

C ¶ Itē multo plus intelligitur
quod oculis videtur q̄ꝫ q̄d
auribus pcipitur. ¶ Item ratōne
cūcta ſunt plena et herent terrena
celeſtibus. p̄mo ratio terrenoruȝ et
tpoꝝ. caloris et frigoris: et duplex
inter vtrūq̄ꝫ temperies de celi cur
ſu et ratione deſcendit. ¶ Item la
buntur tempora et preterita relin
quencia ad futura feſtinant.

D ¶ Itē. prius faciamus et ſic
doceam⁹. ne doctrine auto
ritas caſſis operib⁹ deſtruatur. vi
de ad oceanū ē ij. C. contra. ¶ Iteȝ
ego iā menſurā epiſtole me excede
re intelligo. et excipientes ceras vi
deo eſſe cōpletas. vnde ad reliqua
trāſio vt finiatur oratio. ¶ Itē im
perfecta ſunt vniuerſa: niſi de coro
curruí dignus q̄ratur auriga. et ſu
per creaturas creator inſiſtens re
gat ipſe que cōdidit. vide in qua
drageſimali ſermone. B.

E ¶ Itē de ceteris virtutibus. vt
ſapientia. fortitudine. iuſti
tia. humilitate. manſuetudine. et li

beralitate: p̄nt et alii iudicare. pudi
ciciā ſola nouit conſcīa. et humani
oculi huius rei certi iudices eſſe nō
poſſunt. vide contra eluidiū. C. ¶ Itē
O quante v̄gines et q̄ntorum ſpec
ta pudicicia in die iudicij dehone
ſtabitur. et quantoꝝ pudicicia īfa
mata a deo iudice coronabitur. vi
de ē ad Ruffinum. A. ¶ Iteȝ tanta
debet eſſe ſcientia et eruditio pontifi
cis dei: vt greſſus eius et motus et
vniuerſa vocalia ſint. veritatē mē
te ↄcipiat. et toto eam habitū reſo
net et ornatū. vt q̄cquid agit quic
q̄d loquitur. ſit doctrina populoꝝ
vide ad occeanum prima. D.

¶ Ad florentiū de ortu amicicie
De iſto florentio dicit ipſe Hiero
nim⁹ ad finem ſue cronice: q̄ꝫ tam
miſericors fuit in egentes: q̄ꝫ vul
go pr̄ pauperum dicebatur.

A Quantus beatitudinis
tue rumor diuſa popu
loruȝ ora cōpleuerit. hinc poteris
extimare. q̄ꝫ ego te āte icipio ama
re q̄ꝫ noſcere. vide ad pauli. ij. D.

Z ¶ Martinianū fratrem iuncto
ſalutam⁹ obſequio. quē ego
videre deſiderans cathena langno
ris inuector

B ¶ Nota. Item tue dilectionis
fama diſpergitur. vt non
tm̄ laudandus ſit ille qui te amat
q̄ꝫ zelus putet facere qui nō amat
¶ Item gratulor itaq̄ꝫ tibi et naſ
centem amiciciam vt dominus fe
derare dignetur precor ¶ Item. q̄ꝫ
dominus ſoluit compeditos: for
ſan mihi in ſcelerū ſepulcro iacēti

dicet. Hieronime veni foras. vide
ad Cromacium. B.

¶ Ad eūdē de ſtabiliēda aīcicia

A Inea mihi heremi par
te commorāti que iux
ta ſyriam ſaracenis iungitur.
Z ¶ Rogaui cariſſimū mihi eua
grium: vt tam tui ꝙ mei cā
inſtans negocium proſequatur.
B ¶ Nota. poſco ne naſcentes a
micicias que xp̄i glutio co
heſerunt: aut tp̄is aut locoꝝ mag
nitudo diuellat. quin potius federe
mus eas reciprocis ep̄lis. ille iter
nos currat. ille obuient. ille nobiſ
cum loquantꝛ: non multū erit p̄di
tura caritas ſi tali ſecū ſermone fa
buletur. ¶ Itē. ceteros hoſpicio re
cipis. ſolacio foues. ſumptib⁹ iu
uas: mihi ſi togata preſtiteris mł
ta largitus es. ¶ Itē. ſacre ſcriptu
re codicibus abūdamus. impera
vicīſſim qdcunqꝫ vis mittam. nec
putes mihi graue eſſe ſi iubeas.
¶ Itē in hoc arbitror me nō pecca
re ſi hominem vagum non ſinam
longius fugere.

¶ Ad Furiā de viduitate ſuāda

A Obſecras lrās ⁊ ſupplici
ter deprecaris. vt tibi
ſcribā quō viuere debeas: ⁊ vidui
tatis coronam illeſō pudicicie no
mine conſeruare.
Z ¶ Cogita quotidie te eſſe mo
rituram: ⁊ nunꝙ de ſecun
dis nupcijs cogitabis.
b ¶ Nota habes generis tui grā
de p̄uilegiū. ꝙ a camillo nul
la vel rara veſtre familie ſcribitur
ſecūdos noſſe cōcubitus. vtinā ꝑ
comia feminaꝝ imitarentur viri: ⁊
rugoſa ſenectus redderet qd ſpon
te offert adoleſcētia. Sciēs ⁊ vidēs
in flāmam mitto manū. ⁊ ī. Bruta
aīalia ⁊ vage aues ſi eoſdē pedicas
teriaqꝫ non incidunt. ¶ Itē honorā
patrem. ſi tn̄ te a vero patre nō ſe
paret. tam diu ſcito carnis copulā
ꝙ diu ille nouerit ſuū creatorem ⁊
ī. quid pulcrius anima: que dei fi
lia nūcupatur ⁊ nullos exteri⁹ q̄rit
ornatus. ⁊ ī. Nō es eius cui nata es
ſꝫ eius cui renata. ¶ Itē. hij rumo
res turpiſſimos ferunt. ⁊ ab ipſis
egreſſum ab alijs audiſſe ſe ſimu
lāt. hijdem auctores ⁊ exaggerato
res. exijt fama de mēdacio: q̄ cū ad
matronas puenerit ⁊ ipaꝝ liguis
fuerit vētilata p̄uincias penetrat
C ¶ Itē detrimētū pecoris: paſto
ris ignominia ē. ¶ Itē nō q̄
runtur in xp̄ianis inicia ſed finis.
paulus enī male cepit ſꝫ bn̄ finiuit
Iude laudantꝛ exordia: ſꝫ finis p̄di
tione damnatur ¶ Item qua ſidu
cia vultum ad celum erigūt quos
conditor non agnoſcit.
D ¶ Itē Ardētes dyaboli ſagit
te: ieiuniorum ⁊ vigiliarū
frigore reſtringende ſunt ¶ Item
nōnulli vitam pudicam appetētes
in medio itinere corruunt. dum ſo
lum carniū abſtinentiā ponderāt
⁊ leguminibus ſtomachū onerāt
Et vt qd ſentio loquar. nil ſic infla
mat corpa ⁊ titillat membra geni
talia. ſicut cibus idigeſt⁹ ructuſqꝫ
⁊ conuulſūs. ¶ Item multo meli⁹

eſt quotidie paruz ꝙ raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima ē: q̄ ſenſim deſcēdit ad terras. ſubitus et nimius ymber p̄ceps arua ſbuertit. Rn̄ comedis cogita ꝙ ventri obtēpandum non eſt. ⁊ ꝙ ſtatim tibi orandū: illico ꝗ legenduz ſit de ſcripturis ſāctis. poſt quas doctorū hoim̄ tractatus lege: eorum dūtaxat quoꝝ fides nota ē. non neceſſe habes aurum in luto querere. vide ad Atletam. E.

E ¶ Itē. ſpeculū mentis eſt facies: ⁊ taciti oculi mentis fatētur archana. ¶ Itē falſus rumor cito opprimit. ⁊ vita poſterior iudicat de priori. fieri non p̄t vt abſq; hoim̄ morſu q̄s pertrāſeat huius vite curricula Maloꝝ ꝗ ſolacium eſt bonos carpere. dum peccantiuz multitudine putant culpā minui peccatoruz. Sed tn̄ cito ignis ſtipule cōquieſcit: ⁊ exundans flāma deficientibus nutrimentis paulatim emoritur ¶ Itē cōfitere turpitudinem. nulla idcirco marituz ducit. vt cū marito nō dormiat. ⁊ ī ſatis ponit q̄ euenīūt viduis q̄ nō nubūt

¶ Ad Griſogonū monachū aq̄legie

A Quis circa te affectus meus ſit.

Z ¶ Hoc ipſū debuiſſes ſcribere. ſcȝ te nō habuiſſe q̄d ſcribēs

B ¶ Nota conſorcij tui memor humilitatē amicoꝛ. virtutez effero. p̄dico caritatem ¶ Item cū ſaturitate ſuccedit obliuio: taz diu neſcitur q̄d capiat. ꝙ diu memoriā reuocauerit eſuries. vide ad pāma. ⁊ marcellam E. ¶ Itē cur ſinē iungis exordio: cur amittis antequā teneas.

¶ Ad honeſtū de duab⁹ q̄ſtionib⁹

A Quod me puocas ad ſcribendum terreſ eloquētia ⁊ in epiſtolari ſtilo prope tullium repreſentas.

Z ¶ Palliolū textuā breui: caritate latiſſimū: p ſenili capite ꝯfouendo libenter accepi: ⁊ munere ⁊ muneris autore letatus.

B ¶ Nota. q̄d queris me puas litterulas mittere: non venit de incuria ſꝫ de timore tui. ne verboſius ad te loquens plura reprehendenda trāſmittam. ⁊ vt ſancte menti tue ſimplr̄ fatear. tpe nauigandi tante a me ſimul epiſtole flagitant̄: vt ſi cūcta ad ſingulos velim reſcribere: occurrere nequeā ¶ Itē. non debes turbidos noſtri ingenioli riuos querere: q̄ de ipſis fōtib⁹ bibis. ¶ Itē ſcio equali maledictioni illos ſubiacere: q̄ bona mala dicūt. ⁊ q̄ mala bō iudicāt. q̄ faciūt amarū dulce: ⁊ dulce amarū aut que que eſt tanta ptinacia. ſic alicuius laudare doctrinam vt ſequat̄ ⁊ blaſphemiam.

C ¶ Itē. vaſa ſācta in tabernaculo legim⁹: cū ſancta eſſe nō poſſunt niſi ea q̄ ſentiūt ⁊ venerāt̄ deū. p deoma igit̄ ſcp̄turaꝝ ē ¶ Itē ſcis nō bn̄ fieri q̄d occupato fit aīo

¶ Ad hermoneſes v̄gines.

A Parte exiguitas iudiciū ſolitudinis eſt. idcirco lōgū ſmonē breui ſpacio coartaui

ingenio imminute lrē iucūda ē paupi
eſ· ſimile ad pāma· ⁊ occea· ij· iſine
Z ¶ Si ego bonus quare ocul⁹
tuus nequam eſt.
H ¶ Nota· Aliter ſorores cariſſi
me homi liuor aliter xpūs
iudicat· Non eadē ſnīa eſt tribunal
eius ⁊ angeli ſuſirronū· ¶ Itē in
teſtaceis vaſculis theſaurus ſepe
recōditur· ¶ Itē cui plus dimittit
plus amat· de toto grege ſiletur ⁊
ob vnius morbide pecudis ſalutē
angeli letantur in celo ·

¶ De hebraicis nominib⁹·

A Philo vir diſertiſſimus
iudeorum·
Z ¶ Sathan aduerſarius ſiue
preuaricator·
H ¶ Nota q̄ horū nominū ⁊ lo
corum tradicōem facit p ordi
nem lrārū alphabeti· qd̄ ſcribo· qꝛ
multis videt talem ordinē traden
di nouit ad inuentū ¶ Itē ſi qua ꝟ
pretermiſſa ſūt· alteri ſciat lcōr opi
preſeruata· libros enī hebraicarū
q̄ſtionum nūc in manib⁹ habeo·
opus nouū ⁊ vſqꝫ nunc inauditū
non q̄ ſtudia mea īſolenter extol
lam: ſꝫ q̄ ſudoris cōſcius ad lectio
nē eoꝝ prouocem neſcientes· ¶ Itē
ex pte imitabor origenē· quē poſt
aplos eccīaꝝ mgrm̄ nemo niſi
impitus negat· Inter cetera enī in
genij ſui p̄clara monimenta i hoc
laborauit· vt qd̄ philo q̄ſi iudeus
obmiſerat· hic vt xpian⁹ impleret
hoc dixit ꝑpē noīa noui teſtamēti·

¶ De hebraicis locis

A Euſebius qui a beato
pamphilo martire
Z ¶ Immolat victimas iuxta
fontem rogel·
b ¶ Nota· laborauit Euſebius vt
ↄgregaret nobis de ſcā ſcrip
tura oīm pene vrbiū fontiū flumi
nū ⁊ viculoꝝ vocabula· vn̄ ⁊ nos
admirabilis viri ſeq̄ntes ſtudiū:
ſcḋm ordinem lrāꝝ tranſtulimus
relinquentes ea que digna memo
ria non videnṫ· pleraqꝫ mutantes
maxime cum quidā vix primus lit
teris imbutus hunc librū auſus
ſit in latinam linguam non latie
tranſferre· ¶ Itē dum mihi excel
ſa non vendico· hec terre coheren
cia ſupergredi me poſſe credo·

¶ De hebrei alphabeti interp̄tacōe

A Aleph mille vl̄
doctrina Z
Thau ſignū vel ſubter·

¶ De hebraicis q̄ſtionib⁹ i ge
neſi· xxxij· q· v· corp⁹ mulieris

A Qui in principijs libro
rum debebam ſecuturi
operis argumenta proponere· co
gor prius reſpondere male dictis·
Z ¶ Qui ſeruientes altari: viuent
de altari·
b ¶ Nota dicto de detractoribus
cōtra Terentiū Virgiliū ⁊
Tulliū ſubdit· non mirum ergo ſi
cōtra me puum homūculū immū
de ſues grunniant: ⁊ pedibus mar
garitas cōculcent· cum aduerſus
doctiſſimos viros: ⁊ qui gloria iui
diam ſuperare debuerant· liuor ex

arſerit· ſemp̄ ei in ꝓpaculo fortitu
do emulos habet. feriūtq3 ſūmos
fulgura montes. a me ꝑcul ab vr
bib9 fero litibus turpis remotū3·
ſitq3 vt quintilianus ait. latente3
inuenit inuidia· ¶ Ite3· nos humi
les a paupculi non habem9 diui
cias nec oblatas dignamur acci
pere· ita q̄ ipſi nouerint non poſſe
ſe noticiam ſcp̄turarum· & diuicias
xp̄i cū mundi pariter habere diui
cijs· ¶ Itē pegrine merces tm̄ vo
lentibus nauigio deferuntur· bal
ſamum piper a poma palmarum
ruſtici non emunt·

C ¶ Itē ſup· xij· ca· ſi quis huic ex
poſitioni cōtrarius eſt q̄rat
aliam ſolutionē· a tunc ratione ea
q̄ a nobis dicta ſunt improbet· hic
interponitur p̄cedens c· corpus. et
xxvij· q· ij· egreſſus ¶ Itē ſup ca·
xxi· in hebreorū lingua omnis fili
us ad comparationē pn̄tum infans
vocat̄ a puulus· Nec miremur ha
bere barbarā linguā ꝓprietates ſu
as. cū etiam Rome omnes filij vo
centur infantes· hic interponitur
xiij: q· ij· poſtq̄· ¶ Itē· ſup c· xxiiij·
decens erat vt ad nupcias abſq3
parentibus virgo proficiſcens nu
tricis ſolacio frueretur·

D ¶ Itē ſuper· xxx· c· nec miru3
talem in cōceptu feminaꝝ
eſſe naturā· vt quales pſpexerint ſi
ue mente cōceperint in extremo vo
luptatis eſtu quo cōcipiunt: tale3
ſobolem ꝓcrearent· cū hoc etiam ī
eq̄rum gregib9 apud hiſpanias
fieri dicatur· Et quintilianus in ea
cōtrouerſia qua accuſabatur ma
trona: q̄ ethiopē pepererit· ꝓ illi9
defēſione argumentetur: hanc cō
ceptuū eſſe naturā quā prediximus
¶ Itē ſup· xl· c· non vile putet̄ offi
ciū pincerne: cū apud reges barba
ros vſq3 hodie maxime dignitatis
ſit regi poculum porrexiſſe·

¶ De hebraicis queſtionibus
libri regum·

A Fuit vir vnus ſicut
in textu·

Z ¶ Area̅ vero ſex cē
tis aureis emiſſe

b ¶ No
ti &
c· Oēs qui ebrietatem ſectantur
filij belial vocantur. ¶ Itē li· v· c· iij·
p̄ciosus dicitur ſermo q̄ prat9 cāt
omne em̄ qd rarum eſt preciosum
eſt· ¶ Itē non cecidit ex omnibus
verbis eius in terram· quia q̄cq̄d
ꝓphabat reb9 geſtis demōſtrabat̄.

C ¶ Itē· xix· angelos populi pn̄
cipes populi notant: quibus
idem populus adherebat· ¶ Ite3
xv· iumenta ideo iubet interfici: vt
nec in iumentis eius memoria fie
ret· ¶ Itē· ii· Regum· vij· Plage fi
liorum hominu3 ſunt incōmodita
tes corporum humanoru3· quib9
pro peccatis ſuis a domino merī
to homines flagellantur.

¶ De hebraicis queſtionibus
paralipomenon·

A Heber nati ſūt
duo filij·

Z Ci
r9
vt ruinas templi reſtauraret·

B ¶ Nota: Romani eos emeri
tos vocant· qui iam mili
tare deſierunt· ¶ Itē qui educarit

diat genuiſſe. ¶ Item. li. ij. ca. xiij.
pactū ſalis in q̄buſdā locis ꝓ lege
ponitur. q̄ oīm cōdimentū eſt. hoc
loco ꝓ domo dauid que vniuerſo
iſraheli condimentum fuit.

C ¶ Itē c. xviij. in fine. Accepto
vulnere mortali iuſſit rex iſrł
ſe teneri ne ꝺ prehēderetur ab hoſti
bus ꝙ vulneratus eſſet. ⁊ illi⁹ rui
na hoſtibus victoriā ⁊ populo ꝑi
culum fuge inaitaret. ⁊ occidēte ſo
le mortuus ē. vt nocte preſidiū po
pulo daret. ¶ Itē. xi. ca. collatio le
ctionis libri regū: huic queſtioni
ſoluende magnū prebet auxilium.
¶ Itē c. xxiiij. nomen patris. preſ
matris illius non ſcribit. ꝙ nō fu
it tam celebre vt ſcribi potuiſſet. q̄
cum eū nomina ſcribunt: hoc cele
britate ⁊ potentia aut generoſita
te illorum fit.

¶ De homine ꝑfecto.

A Ecce iterꝫ ad te ſcribo. ⁊
nil dignuꝫ qꝺ pruden
tiam tuam legere deceat inuenio.
Z Vale ⁊ nos in domino dili
ge: in quo diligeris a nobis.
B ¶ Nota corpuſculum curaui
cū aīa lāgueret. exterioreꝫ
feui. cū interior egrotaret hūanis
ſubuení cū diuīa laborarent vicio
publice cōſuetudinis inclinatus
quo omnes ſum⁹ in minimis cau
ti ⁊ in maximis negligētes. ¶ Itē
vera vita eſt deum noſcere. timere
eius potentiam. amare pietatem.
mūdū in opifice mirari ⁊c. ¶ Iteꝫ
a prudētioribꝰ prima fronte inde
bi medicus adhibetur. vt capite
valitudinis deprehenſo facili⁹ re
medium ſalutare ſuccurrat.

C ¶ Itē hij ſolent truculentioēs
in reos eſſe q̄ ſunt reatu ꝑ uici
ores ¶ Itē illo tempore quo ſuppli
cia merebamur deus argumentū
ſaluationis oſtendit. vt intellige
re poſſemus quantum valet ꝑſta
re non leſus qui tantuꝫ donaret ira
tus. ¶ Iteꝫ. conuenit in ꝑuo naui
gio: non in altum vela configere.
ne in periculum currat audacia.

D ¶ Itē Ante tribunal venturi
iudicis omnis obmuteſcit
ſeculi lingua. ⁊ ſola erit in ruſticu
lis ſuis facūda iuſticia. vid ad pa
ma. ⁊ octea. ij. B. ¶ Itē nihil falſū
profertur a teſtibus veritatis. ⁊
ideo interpretatio querenda eſt: ī
fides que ſub obſcura locucōe non
excluditur ſed velatur ¶ Item dif
ficile eſt ſibi iam legis ingreſſo ſin
gularum queſtionum materias
ſegregare. cum altera ſic alteram
ramulis quibuſdam attingat. vt
ſine alterius inchoatione cepta ne
queat explicari. vide ꝯtra pela. C.

E ¶ Item nouum ⁊ mirabile eſt
¶ Apud nos deus ſolis peten
tes ſe amat. ſolus iraſcitur niſi pe
tatur. ¶ Item. Ecce iam iniuriam
fraſſe virtutis eſt. aliena poſſidere
potentie. innocentem circumueniſ
ſe aſtucie. humileꝫ deſpexiſſe nobi
litatis. propſetam horrere eloq̄n
tis. non chriſtum ſapere ſapiētis
ſic erroribus plena ſunt omnia. ⁊
ad huiuſq̄ veritas obſcuratur. vt

in mortis gremio iacuiſſe beatitu do dicatur.

¶ De hiſtoria Joachim et Anne.

Hanc ad contextum non vidi. Poſuit tamen eam frater Jacobus in legenda c. xxvi. que est de natiuitate virginis. Curioſus ibi videat et inueniet verbum angeli ad Joachim quod peccati non nature deus est vltor.

¶ Ad Innocentium de miraculo ſepties percuſſe.

A Sepe a me Innocenti cariſſime poſtulaſti. vt de eius rei miraculo que in veſtra etate acciderat non tacerem.

Z ¶ Vt redditam vite redderet libertati.

B ¶ Nota. aſſerebas illum in verbo non poſſe deficere. quod credidiſſet in verbo. ¶ Item infelix iuuenis volens mortis longos vitare cruciatus: dum in ſuum mentitur ſanguinem accuſat alienum. ¶ Item mulier ſexu infirmior. virtute fortior. oculis quos tortor ligare non poterat: ſuſpexit ad celum dicens. noſti deus me non ideo negare velle ne peream. ſed ideo mentiri nolle ne peccem. At tu miſerrime homo ſi interire feſtinas cur duos perimis innocentes. ¶ Item. Suſanna liberata per iudicem ne iret ad gladium. hec a iudice damnata per gladium liberata eſt. ¶ Item vulgi concuſſus eſt animus. nec mirum de voluntate mutata: cum pietatis fuiſſet quod ante defenderat. et pietatis viſum eſt genus vt pateretur occidi. nouus ergo enſis nouus percuſſor apponitur. ſtat victima. chriſto tamen fauente mutata. ſemel percuſſa concutitur. iterum repercuſſa quaſſatur. tercio vulnerata proſternitur. O diuine potentie ſublimanda maieſtas que prius fuerat quarto percuſſa nec leſa ideo paululum viſa eſt mori ne pro ea periret innoxius is ſcilicet ad quem ſpectabat executio.

¶ Sequitur in epiſtola quomodo illa que putabatur mortua fuit poſtmodum liberata priuſquam vetula mortua ipſius vite ſepulta.

¶ Ad Julianum Aquilegienſem dyaconum.

A Antiquus ſermo eſt. mendaces faciunt vt nec eis veris dicentibus credatur.

Z ¶ Crebris reddas ſermoni monibus letiorem.

B ¶ Nota. dicam ſepe ſcripſi ſed negligentia baiulo tum fuit. reſpondebis omnium non ſcribentium. vetus iſta excuſatio eſt. dicam non reperi qui epiſtolas ferret. dices hinc illuc iuiſſe quam plurimos. Contendam etiam his dediſſe. at illi quia non dederunt negabunt. et erit inter abſentes incerta cognitio. quid igitur faciam ſine culpa veniam poſtulabo.

¶ Itē ita deinceps de caſibus ob-
uiam lr̄ãrum: vt ecōtra incipies ro-
gare ne ſcribam ¶ Itē vbi nūc ſū
non ſolum qd̄ agatur in patria: ſꝫ
an ipſa patria pſiſtat ignoro.
¶ Itē non timeo hoīm iudicium:
habiturus iudicem deum.

¶ Ad eundē vel eiuſdē nominis
de imperfecta penitētia vel de amiſ-
ſione pignorum ꝛc̄.

A Filius meus frater tu9
Anſonius in ipſo iam
pfectionis articulo: cū mihi pn̄tiã
ſui tarde dediſſet ꝛ cito abſtuliſſet
atqꝫ i pūcto tp̄is ſalue pit̄ v aleqꝫ
dixiſſet. ꝛc̄. vide ſ. ad dardanū. G

Z ¶ Et ſit tibi tanti
dux feia facti. b ¶ Nota
qñqꝫ
naufragus in littorē latrones repe
rit. ꝛ iuxta eloq̄a pphetaꝝ fugiēs
vrſum incidit in leonē. ꝛ manum
extendēs ad parietem mordet a co
lubro ¶ Itē ɔtemnis aurū: ɔtemp-
ſerūt ꝛ multi philoſophi. ex q̄b9
etiã vnus multaꝝ poſſeſſionū pre
ciū pieci in pelagus dicens. Abi-
te in pfundum male cupiditates.
ego vos ſubmergã ne a vob̄ mer-
gar. vide ꝫ. ij. B. ¶ Item nolo ꝙ ea
tm̄ offeras q̄ poteſt fur rapere. ho-
ſtis inuadere. p̄ſcriptio tollere. ꝛ q̄
ad inſtar vndaꝝ ꝛ fluctuū a ſucce-
dētibus ſibi dn̄is occupantur. ꝛ q̄
velis nolis in morte dimiſſurus es:
illud offer quod nullus tibi poſſit
hoſtis auferre. vide ꝫ. proxime.

C ¶ Itē monaſteria extruis. ſcōs
ſuſtentas: melius faceres ſi
inter ſcōs ſanctus viueres. ¶ Itē
diffic̄ile eſt ymo impoſſibile. vt pn̄-
tib9 quis ꝛ futuris fruatur bonis.
vt hic ventrem ꝛ ibi mētē repleat
vt de delicijs ad delicias tranſeat
vt in vtroqꝫ ſit prim9. ꝛ vt in ter-
ra ꝛ in celo appareat glorioſus. vi-
de ſ. ad Eliodorū. D. ¶ Itē. Atlete
ſuis icitatorib9 fortiores ſūt. ꝛ tn̄
monꝫ debilior: pugͣt ille q̄ fortior ē.

D ¶ Itē ſancti corruūt ſi fuerit
negligentes: ꝛ pctōres p̄-
ſtinū recipiūt gradū ſi ſordes fleti-
bus lauerint. hoc non ideo dico vt
te terreãt deſcēdentes. ſꝫ puocēt aſ-
cendētes. ¶ Itē nunꝙ̄ exemplū a
malis ſumitur. etiam i ſeculi reb9
ſemper a meliori parte incitamen-
ta virtutum ſunt. ¶ Item ad ma-
terie dignitatem ꝛ ad meritum p-
ſone tue: parum eſt omne quod
dicitur.

De lepre diuerſis generib9

A Admirabile diuine diſ-
poſitionis eximie que
exhiberi ſibi deus voluit.

Z ¶ In die iudicij ſecurus inue-
niatur. ſi nulla dei offenſa
in eo reperiatur.

B ¶ Nota deūs diuerſa genera
hominum diuerſis ſtatuit
preceptorum ſentencijs guberna-
ri. ¶ Item quos promere poſſe ab-
ſolutuꝫ predicationis carmen ag-
nouit. eis dominus perfectam ar-
moniam ſolide vocis intonuit.
¶ Item his alij confirmantur qui-
bus alij transferuntur preſens le-
ctio exigit huiuſmodi ferre ſermo-
nem.

C ¶ Jtē hec niſi ſpūaliter ſētiant
rationem intelligētie ſimpl':
non admittunt. nam dīna ſapīa le
gis ſue ꝓfundū: extrema in huius
ſeculi regione q̄ſi cumulū ſuo noī
ꝯſecratū. intra ciuitatis alteri⁹ me
nia collocauit. q̄re curāda ē diuia
dignatio. vt pulſantib⁹ nobis in
telligentie pateſcat igreſſus ¶ Jtē
Auaricia facile carere pt q̄ ꝯuerſ⁹
ad deū ea q̄ poſſidet. indigentium
alimonie miniſtrabit. Libidinem
q̄ꝫ ieiunijs freq̄ntiſſimis ⁊ abſtinē
cia celeriter emūdabit. vide ad fu
riam d. ¶ Jtem cū modicū delictū
fuerit a ſacerdote poterit relaxari.
que āt grauiora ſunt: diſciplina ec
cleſiaſtice regule ⁊ oratiōe purga
ri. q̄ vero inſanabilia ſūt deo iudi
ci reſeruantur.

¶ Ad luciū beticum. de hoc. xij.
di. illud. lxxvi. di. vtinam.

A Nec opinanti mihi ſubi
to lrē tue reddite ſunt
q̄ quāto inſperate tanto gaudiorū
plene. q̄eſcentē aīm ſuſcitarunt: vt
ſtatim amore complecterer quem
oculis ignorabam.

Z ¶ Quos caritas iūgit terrarū lon
gitudo non ſepat. ⁊ abſente
luciū ſp lrāꝝ viciſſitudine ſētiam⁹.
b ¶ Nota cepiſſe multo cū. eſt ad
culmē puemiſſe paucoꝝ ¶ Jtē
auꝝ depone icipientiū eſt non pfcō
rum. fecit hoc theban⁹ ſocrates. fe
cit ⁊ antiſtenes. ſeipſū offerre deo
ꝓprie xp̄ianoꝝ eſt ⁊ aploꝝ cum. vi
de ſup̄ ꝓxime B. ¶ Jtem opuſcula
mea que non ſui merito ſed bonita
te tua deſiderarē te dicis: ad deſcribē
dum librariis tuis dedi: ⁊ freq̄n
ter āmonui vt conferrent diligen
ter ⁊ emendarent.

C ¶ Jtē ſcribunt quandoqꝫ libra
rij non qd inueniunt ſed qd
intelligunt. ⁊ duꝫ alienos errores
emēdare nitūtur ſuos oſtendūt
Hic interponitur capitulū. vt ve
terum. ix. diſtinc. ⁊ duo capitula
in titulo allegata.

¶ Ad magnum oratorem de ex
emplis ſecularium litterarum

A Cbeſium noſtrum tuis
monitis profeciſſe.
Z ¶ Quēs vt certis ad diſputā
dum materia. ſed iam epiſto
laris anguſtia finienda eſt.
b ¶ Nota plus correctus placuit
q̄ꝫ errās leſerat ille ſebeſius.
¶ Jtem queris cur opuſculis no
ſtris interdum ſecularium littera
rum exēpla ponam⁹. cādoremqꝫ ec
cleſie ethnicorum ſordibus pollu
amus. Reſponſuꝫ breuiter habebo
nunq̄ꝫ hic quereres: niſi te totum
tullius poſſideret. Si ſcripturas ſā
ctas legeres. ⁊ ſi ipſaꝝ interpre
tes obmiſſo vulgato euolueres.
Jnduceret quomodo in libris pro
phetarum in ſalomone in epiſto
lis pauli plura de libris gentiliuꝫ
ſunt aſſumpta. Et demum enume
ratis multis grecis ſcriptorib⁹. ſb
dit. Qui omnes in tm̄ philoſophoꝝ
ruꝫ doctrinis atqꝫ ſentēcijs ſuos re
ferunt libros: vt neſcias quid in
eis primum admirari debeas eru
ditionem ſeculi an ſcientiam ſcrip
turarum.

C ¶ Itē victorino martiri in libꝰ suis licet & sit eruditio tamē non deest erudicōis volūtas ¶ Itē illud ego magis reor quod dictanti venit in mente.

¶ Ad Marcellinum & Annaphi fichiani de statu anime.

A O Omnimis vere sanctis ac omnium officiorum caritate venerandis.

Z ¶ Incolumes vos & plixa etate florentes xps deus noster tueatur omnipotēs. dn̄i vere sancti

B ¶ Nota rescribi cupio: vt nos sospites eē non aliis nūciātibꝰ ſ; nrō potiꝰ ſmone ↄgnoscam. ¶ Itē ita animꝰ meꝰ vrbis rome vastacōe ↄfusus ē. vt iuxta vulgare ꝓuerbiū ꝓprium vocabulum ignorarem. deniqꝫ tacui sciēs tēpꝰ eē lacrimaꝝ ¶ Itē si iuxta inclitū oratorem silēt inter arma ānales & libri ↄtinentes antiquoꝝ gesta: quanto magis studia lrārum q̄ librorū multitudine & silentio atqꝫ librariorū sedulitate q̄ &qꝫ ꝓprium ē securitate & ocio dictantiū indigent

¶ Ad Marchum presbrum

A O Ecreuerā quidē vtebar mihi voce psalmiste dicētis. Cū ↄsisteret pctōr ad'ūsus me obmutui & hūiliatꝰ sū & silui.

Z ¶ Omnes qui hic sumus plurimum salutamus.

b ¶ Nota Caritas omnia supat & ꝓpositū vicit affcūs ¶ Itē non q̄ patitur ſ; q̄ facit ↄtūelia miser est. ¶ Itē q̄d vnū hoīem excep tis sociis criminatur. si riuꝰ tenaciter currit: non ē aluei culpa ſ; fontis ¶ Itē pmittant mihi. q̄so. mihil loq̄: cur eū lacerāt qui non meret̄ inuidiam. ¶ Item. hoc venerabilis pater cū quali gemitu cū q̄li dolore ↄscpserim testis ē ihesus ¶ Itē non mihi ↄceditur vnꝰ angelus heremi quotidie exposcor fidem q̄si sine fide renatus sum. Et infra sancto Cyrillo dedi ↄscriptam fidem qui sic non credit alienus a christo est.

¶ Ad Marcellam de quinqꝫ questionibus noui testamenti.

A M Agnis nos puocas q̄stionibꝰ: & torpens ocio ingeniū dū interrogas doces.

Z ¶ Qꝫ dicit deus aliquos deserere vel non deserere: non ita tu re illius terminꝰ ponitur: sed eoꝝ merita describūt apd q̄s eē dignum

h ¶ Nota quod in futuro promittitur. non cernitur in presēti spes enī que videtur non est spes: ſ; iam certa possessio. Idem ad virginem exulem. ¶ Item hoc me dixisse non memini. & si dixissem non essem ptinax in errore. ¶ Item. sancti qui in saluatoris aduentu in corpore fuerint deprehensi. ei in corporibus eisdem occurrent in gloriam tamen corruptum & mortale gloria & incorruptione & immortalitate mutabitur. vt viuorum corpora in substantiam transformentur corporum que resurgent. vide sup ad Alexandrum. B.

C ¶ Item ⁊ ſi eadē mulier ī diuer
ſis euangelijs xpi pedes nō
tenuiſſe ⁊ tenuiſſe legat. hoc facile
ſoluitur. cū potuerit primū quaſi i
credula corripi: ⁊ poſtea non repel
li. q̄ſi q̄ ea errorē confeſſione muta
uerat ¶ Itē diuīa natura ⁊ dei ſer
mo in ptes ſecari non pt nec locis
diuidi: ſed cū vbicūq; ſit totus vbi
q; eſt.

¶ Ad eandē de Onaſo. ij.

A M Edici quos vocāt ciru
gicos crudeles vocātur
Z ¶ dabo tibi cōſilium: q̄bus ab
ſcōditis poſſis pulcrior appa
rere. naſus non videatur in facie.
ſermo nō ſonz ad loq̄ndū. atq; ita
formoſus videri poteris ⁊ diſcret⁹
B ¶ Nota ita ſe habet natuꝛā vt
amara ſit veritas: blanda
vicia extimentur. ¶ Itē non miruz
ſi nos vicijs detrahētes offendim⁹
plurimos ¶ Itē dico quoſdā ſcele
re piurio falſitate ad dignitatem
peruēniſſe. quid ad te qui te intelli
gis innocentē. ⁊ Rideo aduocatum
qui patrono egeat. ⁊ quadrante
dignam eloquentiam tuam nare
ſubſāno. quid ad te qui diſertus es
videſ. ad Ruſticū. ij. B. ¶ Itē an ti
bi ideo bellus vid̄ris: q̄ fauſto no
mine vocaris quaſi non ⁊ lucus iō
dicatur. quia minime lucet.

¶ Ad eandem de detractori
bus ſuis. iij.

A P Oſt priorem epiſtolā
in qua de hebreis.

Z ¶ Vbi bōs ⁊ aſi
nus calcant b ¶ Nota
aſino
quippe lira ſupfluo canit. ¶ Item
quibus diſplicet fontis vnda pu
riſſima: cenoſos riuulos bibant.
¶ Item. Rogo quid a nobis libe
re dictum eſt. vnum miſer locutus
ſum. q̄ virgines debent ſepius eē
cum mulieribus q̄ cum maſculis
totius vrbis oculos offendi cūcto
rum digitis notoꝛ. ¶ Item illi le
gant ſpē gaudentes ⁊ tempori ſer
uientes. nos legamus ſpe gauden
tes ⁊ domino ſeruientes.

¶ Ad eandem de egrotatione
Bleſille. iiij.

A A Braham tēptatꝰ ī filio
⁊ fidelioꝛ inuenitur
Z ¶ Cum dominus eius dictus
ſit beelzebub.
b ¶ Nota. Erubeſcat mulier chri
ſtiana. ſi nature cogit decorē
alias ſi natura cogit in decorem. vi
de contra Eluidium. D. ¶ Item ec
ce vidua noſtra prius vndiq; or
nabatur. ⁊ tota die quid ſibi deeſ
ſet querebat ad ſpeculum. nunc
neglectum caput ſcit ſibi tantum
ſufficere q̄ velatur. ¶ Item pulla
eſt tunica. minus cum humi iacue
rit ſordidatur. cingulum laneum
tota ſimplicitate puriſſimuz quod
poſſit magis ſtringere veſtimen
ta q̄ ſcindere. ¶ Item ſi quis huic
propoſito inuideat ⁊ detrahat. ble
ſilla noſtra ridebit. nec dignabi
tur ranarum loquacium audire cō
uicia.

Ad eandē de ſeceſſu vrbis. v.

A Ambroſius q̄ cartas ſūp
tus ⁊ notarios miſtrāte

Z Hec in vulgo dicuntur ama
torie cantiones.

B Nota Ambroſius q̄dem re
fert: ſe nūq̄ cibos origene
p̄nte ſumpſiſſe ſine lectione ⁊ nun
q̄ ſomnū niſi vn⁹ ex fratribus ſa
cris lr̄is pſonaret. q̄d nos ventris
aīmalia tale aliquid fecim⁹. quos
ſi ſecūda hora legentes inuenerit
oſcitam⁹. manu faciem defricātes:
⁊ q̄ſi poſt multū laborem mundia
lib⁹ rurſum negocijs occupamur
Itē ratiocinia ſupputamus. ⁊ ſi
dānum vt ſepe in re familiari acci
dere ſolet fuerit nūciatum: vultus
merore deprimitur. letamur ad nū
mū triſtamur ad obulum. Itē
plus laudat vn⁹quiſq̄ q̄d poſſid3

C Itē Bethleez in hoc puo ter
re foramine celoꝝ cōditor nā
tus eſt. hic inuolutus pānis. hic
viſus a paſtorib⁹. hic monſtrat⁹
a ſtella. hic adoratus a magis. vi
de ē in p̄facōe trāſlationis didimi.
Itez in vrbe aut videm⁹ ad nos
venientes ⁊ ſilentiū p̄dim⁹. aut ſi
non videm⁹ in ſuperbiā ruim⁹. in
terdū vt viſitātib⁹ vicē reddam⁹
ad ſupbas fores pgim⁹. inter lin
guas rodentiū miniſtroꝝ poſtes i
gredimur deauratos Itē in xp̄i
villa ſilentiū extra pſalmos arator
ſtiuā aratri tenēs: alleluya decan
tat. ſudās meſſor pſalmis ſe aduo
cat. vitem falce cōtundens aliquid
dauiticum canit.

Ad eandem de ſignificati
one munerum.

A Jeronim⁹ vt marcelle
alias vt abſētiā corpm

Z Cereos quoq̄ accendiſſe
ſit gratum.

b Nota. vos dona trāſmittitis.
nos epl̄as remittim⁹ grātuz
ita tn̄ q̄ vt velatarū v̄ginū mun⁹
eſt aliq̄ in iſtis munuſculis miſte
ria declaramus. Saccus orōnis et
ieiunij ſignū eſt. Selle vt foras pe
des v̄go non moueat. Cerei vt ac
cenſo lumine xp̄i ſpectet aduentus
Calices mortificacōes carnis: oſtē
dunt ⁊ animū ſp ad martiriū p̄pa
tū. hoc pbat ſup Math. li. iij. indu
cēs illud pſal. calicē ſalutaris acci
piā ⁊ nomē ⁊c̄. q̄ ſtatī ſbiūgit. ſpe
cioſa ī cōſpcū dn̄i mors ſcōꝝ eius

Ad eandem de pſalmo nono
geſimo vij.

A Qui habitat ī adiutorio
alias incipit nonageſi
mū pſal
mum

Z Athenās thebas
ſalonas

b Nota ibi ponit de decē dei noī
bus apud hebreos

Ad eandem de hebreis nomi
nibus ⁊ verbis. viij.

A Vp dū pi
ter eēm⁹.

Z Reti
cēm⁹
vt a viduis audire velis que taci
ta ſunt. vide ſuper zachariam li. ij.
⁊ in vita pauli. C.

b Nota alleluya exp̄mitur lau
te dominum. Item ſeptuā
ginta: quod ī hebreo legitur Amē
amen: tranſtulerunt fiat fiat

¶ Itē Paulus aſſerit nō poſſe ali
quem reſpōdere amen ⁊ cōfirmare
que predicta ſūt: niſi intellexerit p̄
dicationem. ¶ Itē Tritū eſt puer
bium. vltroneas putere merces.
Idem ad demetriadem vbi ſequit̄.
ap̄ recia facilitate decreſcere q̄ ſem
per in caritate maiora ſūt. vide ad
Euandrū. B.

¶ Ad eandē de blaſphemia in
ſpūm ſāctum. ix.

A ¶ Breuis queſtiūcula quā
miſiſti ⁊ apta rūſio ē.
Z ¶ Latam diſputationem bre
ui ſermone cōprehendimus:
vt non tam epiſtolam q̄ cōmē
tariolum dictaremus.
B ¶ Nota cum dyaboli ſtudiū
ſit dei ledere creaturā. quō
poteſt ſue voluntatis eſſe ſanare lā
guentes: ⁊ ſeipſū fugare de obſeſ
ſis corpibus. ¶ Itē aliud eſt cede
re tormentis ⁊ xp̄ianū ſe negare:
aliud xp̄m dyabolum dicere ¶ Itē
fuerat plixius diſſerendum. ſed ā
micas nūc ⁊ hoſpitib⁹ nos negare
non poſſumus: ⁊ tibi non ſtatī reſ
pondere viſum eſt arrogantis

¶ Ad eandē de queſtionibus li
bri regum ⁊ iudicum. x.

A ¶ Epiſtolare officiū eſt
de re familiari aut de q̄
tidiana cōuerſacōe aliq̄d ſcribere.
Z ¶ Quod pueri habueramus a
miſimus. nec ſcientiam quā
volebamus conſecuti ſumus. Eſō
pi cãnit fabula. dum magna ſecta
mur etiam minora perdentes.

b ¶ Nota famoſiſſima q̄ſtione p̄
poſita poſtulaſti: vt quid ſen
tirem ſtatim reſcriberem. q̄ſi pha
riſeoꝝ teneam cathedram: vt q̄ci
ens de verbis hebraicis iurgium
eſt. ego arbiter ⁊ litis ſequeſter ex
poſcar ¶ Itē q̄ viator ⁊ internūci
us ſermonis noſtri redire feſtinat
prem grādem celerius dico q̄ hebreo
¶ Itē de ſcripturis ſāctis diſputan
ti: nō ſūt tam neceſſaria v̄ba q̄ ſēſus
C ¶ Itē mater cōis ſi valet gau
deo. ⁊ vt valeat deū precor
nos vt ſcis hebreoꝝ lectione detēti
in latina lingua rubiginē obduxi
m⁹. in tantū vt loquentib⁹ nobis
ſtridor q̄dā non latinus interſtre
pat inde ignoſce ariditati. vide ſu
pra ad domonem. B.

¶ Ad eandem de pſalmo c. xxvi
⁊ ſequenti. xi.

A ¶ Beatus pamphilus
martir.
Z ¶ ſub repenti ſomno fruſtre
tur infirmitas.
b ¶ Nota. Hylari⁹ i hoc pſalmo
magis opinionē ſuam q̄ iu
ſticiā voluit ɔfiteri ¶ Item. p̄cedit
q̄d faciā. tm̄ viꝝ ⁊ ſuis p̄tib⁹ diſer
tiſſimū rep̄hēdere nō audeo. q̄ ⁊ cō
feſſionis ſue merito ⁊ vite īduſtria
⁊ eloq̄ntie claritate vbicūq; roma
nū nomen ē p̄dicat. ſed culpe non
aſſcribitur. quia hebrei ſermonis
fuit ignarus ¶ Item tanta vſus
operoſitate eſt perſuadendi: quan
ta ſemper falſitas indiget vt vera
videatur.

Ad eandē excuſatoria .xij.

A E t tam paruā epl'am ſcriberē cauſa duplex fuit. q̄ tabellari⁹ feſtinabat ⁊ ego alio detētus ope hoc occupare me nolui

Z Chriſtiana ſimul diligatur ⁊ mater.

B Nota. cū voluminibus hebreorū editionē aquile cōfero. ne quid forſā ꝓpter xp̄i odiū ſynagoga mutauerit. ⁊ q̄ ad nr̄ā fidem ꝑtinēt cōfirmādam plura reperio. Itē vides q̄ nullum officium diuinorū ſcriptis hēdis prepo nendū eſt. ne tñ curſor fruſtra cucurrerit duas ep̄l'as quas ad ſororem tuam paulā. eiuſq̄ pignus euſtochiū miſeram ānexui. ⁊ dū illa legis ⁊ in his aliquib⁹ gratum inueneris: putes tibi ſcripta fore q̄ ſcripta ſūt. Itē Albinam cōem matrem valere cupio. de corpoē loquor: q̄ in ſpū valet non ignorās eamq̄ ꝑ te ſalutari obſecro.

Ad eandē de dyapſalmate .xiij.

A Q ue acceperis: cum fenore reddenda ſūt. fortiſq̄ dilatio vſuram parturit.

Z Ducuſq̄ origenes. cuius nos mīaluimus in hac diſputatione dūtaxat peritiam ſequi. q̄ ſtultam habere ſcientiam neſcientium

B Nota: nec te diutius trahā habeto pauca ꝓ pluribus. Itē. aīaduertimus hoc verbū ſuꝑiora pariter ⁊ inferiora cōnectere aut certe docere ſempiterna q̄ dcā ſūnt. Itē. hec nos de intimo hebreorū fonte libauimus: nō opinionum riuulos ꝑſequentēs. nec errorum quibus totus mundus repletus eſt varietatē pertimuiſſe. ſed cupiētes ⁊ ſcire ⁊ docere q̄ verā ſūt.

C Itē q̄ nouicia muſta cōtemnis: ſaltē veteris vini autoritate ducaris. Itē. non nocet exēplis affirmare quod dicimus

Ad eandē de morte Lee .xiiij.

A D um hora fere tercia hodierna.

Z Non nos ꝑpetuos extimem⁹ ⁊ poſſumus eſſe ꝑpetui

B Nota conuerſationem Lee quis poſſet digno eleuare precomio. ita eā totam ad dominū cōſtat fuiſſe conuerſam: vt monaſterij princeps ⁊ mater virginū fieret. Item inculta veſtis. vilis cibus. neglectū caput. ita tamē q̄ cum hoc faceret. oſtentationem fugeret ſingulorum: ne reciperet in p̄ſenti ſeculo mercedē ſuam. Itē moneo flenſq̄ cōteſtor: vt dū huius mundi viam currimus. nō duabus tunicis ꝟ duplici veſtiamur fide. non calciamentorū pellib⁹ mortis videlicet operibus pregrauemur. non diuitiarum opa nos premant ad terrā. non virge ꝟ potētie ſecularis queratur auxilium. non pariter xp̄m ⁊ ſeculū habere velim⁹ ſed pro breuibus ⁊ caducis eterna ſuccedant. vide ad Eliodorum. D.

Ad eandē de Aſella .xv.

A N emo reprehendat q̄d in epiſtolis aut laudamus aut carpim⁹ cū in arguēdis

malis ſit correctio ceterorum. ⁊ in
optimis predicandis bonoruꝫ ad
virtutis ſtudia concitentur.

Z ¶ Nihil illius ſeueritate iocūdi
us. nihil iocunditate ſeuerius.
nihil riſu triſtius. nihil triſticia ſu
auius. ita pallor in facie ē: vt cum
cōtinentiam indicet non redoleat
oſtentationem. Sermo ſilens ⁊ ſi
lentium loquens. nec citus nec tar
dus inceſſus. idem ſp habitus. neg
lecta mundicies. ⁊ inculta veſte. cul
tus ipſe ſine cultu. ſola vite ſui q̄
litate ꝓmeruit: vt boni eam predi
cent ⁊ mali detrahere non audeant
Vidue illā imitentur ⁊ virgines.
maritate colant. noxie timeant. ſuſ
cipiant ſacerdotes.

B ¶ Nō Aſelle noſtre vita bre
uiter explicāda eſt. cui q̄ſo
ne hanc epl'am legas. grauat̄ q̄p
pe laudibus ſuis. ſed potius adoleſ
centulis legas: vt ad eius exēplū
ſe inſtituentes cōuerſationem illi
us imitētur ¶ Itē Auream catenu
lam colli ſui abſq; parentibus ven
didit. ⁊ emit tunicaꝫ fuſcioreꝫ: quā
a matre impetrare non poterat: vt
intelligeret vniuerſa cognatio ꝙ
ſeculum damnabat in veſtibus.

¶ Itē quod impoſſibile credere eſt
tamen deo preſtante poſſibile. ita
ad quinq̄genariam ꝑuenit etatē.
vt non doleret ſtomachus. nō viſ
cerum cruciaretur iniuria. non ſic
ca humus iacentia membra ꝯfrin
geret. non ſacco aſperata cutis fe
torem aliquem ſitumq; contrahe
ret: ſed ſano corpore animo ſanio
re ſolitudinē putaret eē delicias.

¶ Ad Marcellam cōſolatoria
de aduerſis. xvi.

A Magnaꝫ hūilitati nrē fi
duciā ſcribēdi ad venerā
coꝛ tuā caritas xp̄i dedit q̄ te fecit
humilem corde pietatis. ⁊ diuiteꝫ
operibus benedictionum:

Z ¶ Et orationum inſtantia no
cte ac die permanens.

B ¶ Nota magno dei miſeren
tis auxilio: ⁊ exaltata es
vt humiliareris: ⁊ humiliata es
vt exalteris. ¶ Itē ſpes in deo poſi
ta non cōfūdit ſicut ſalus hominis
vana. ꝙ vana non eſt que ſperat̄
in xp̄o ⁊ cōfertur a xp̄o. ¶ Itē ꝑmi
ſit te deus iſtius ſeculi fluctibus ve
tiſq; iactari: vt expta naufragium
de cetero ſimiliter perilitari caueſ
Ita cuncta que paſſa es ſicut itel
ligis vulnera corpis tui ſed aīe re
media ſunt. vide ſup̄ ad Cypria
num. C ¶ Itē teipſaꝫ in celo aīmo
geſtiente ꝑcurras: ⁊ dum corpore
moriaris in terra iam ad xp̄m mē
te peruenias ¶ Itē ymaginē cru
cifixi portare non poteſt: niſi qui in
hoc ſeculo ſe nudum mortuumq;
reddiderit.

¶ Ad Marcellā de tharſ. xvij.

A Vp cū Auguſtubinen
ſi ep̄i qui quondam a cō
ſtantino imperatore.

Z ¶ Cum daniel puer ſenes iudi
cet. ⁊ amos paſtor capraꝛum
in ſacerdocio princeps inueniatur

h ¶ Nota. tharſis aquila criſoli
tum Simachus iacinctum i
terpretantur ¶ Item plura apd

hebreos auri ſūt genera. Unde ob
diſtinctionem oſam poſitum ē: ne
quis zaab putaret qđ ī geneſi naſ
ci cū lapide carbūculo predicatur.
¶ Item tharſis eſt vocabulum ī
dic regionis. ⁊ ipſum mareq̈ ceru
leuz ſic ⁊ ſepe ſolis radijs pcuſſuz
colorem ſupradictorum lapidum
trahit ⁊ colore nomen accepit. li
cet Joſephus putet tharſum ap
pellare ꝑ tharſis. innumerabilia
ſunt que in illis mihi cōmentarijs
ſordere ſūt viſa. Eſtq3 ſermo cōpoſi
to ⁊ gallicano coturno fluens Sz
quid ad interpretem cuius offici
um eſt non quomodo ipſe diſert9
appareat. ſed quomodo qđ lectur9
eſt ſic faciat intelligi: quomodo in
tellexit ille qui ſcripſit. ¶ Itē. fru
ſtra a me illius cōmentarios poſtu
las: cū mihi in illis multo diſplice
ant plura ꝙ placeant. ¶ Itē. iđs
ī deſerto plures ordeaceis panib9
paſcit: frumentarijs pauciores

¶ Ad matrem ⁊ filiam in gallia.

A Retulit mihi q̄dā e gal
lia habere ſororem.

Z ¶ Qui non ignoſcat ingenio: ig
noſcat vel tempori.

b ¶ Nota ſi peccatorum nos ex ti
marem glutino coheſiſſe: nū
ꝙ ſcriberez. ſciremq3 me ſurdis nar
rare fabulam. ¶ Itē venena ſerpē
tino pellūtur antidoto. ⁊ ꝙ magis
dolet maiori dolo͛ē curatur. Ad ex
tremum hoc dico. ꝙ ⁊ ſi cōſciā vul
nus criminis non habeat. habet
tamen famam ⁊ ignominiam. Sic
ad demetri. F. ⁊ ↄtra iouī. epm. B.

C ¶ Itē. ſi virgo ēs: quid times
diligentem cuſtodiam. ſi cor
rupta es cur non palam nubis.
¶ Itē. ſecurius eſt non poſſe perire
ꝙ iuxta periculū n̄ pire. in altero
trāquillitas eſt. in altero guberna
tio. ibi gaudemus. hic euadimus.
vide ſimile cōtra vigilantiuz. iij. E
¶ Item. ferreas mentes libido do
mat que maiorē ē in virginib9 pati
tur famem. dum dulcius putantes
ſe quod neſciunt. vide ſup ad Age
ruciam C. ⁊ ↄ. ad occea. de vita cleri
corum. B. ⁊ ad paulam ⁊ euſtochi
um E. ¶ Itē narrant gentilium fa
bule: cantibus ſyrenaruz nautas
in ſaxa precipites. mēes cutis ſor
didum oſtendit animū. difficile ī
ter epulas ſeruatur pudicicia. O
puella. ⁊ ſi rogata non feceris. de
forme tamen putes teſtimonium
ſi rogeris. libidinoſa mens: hone
ſta perſequitur.

D ¶ Item palliolū cadit vt cā
didos nudet humeros. et
quaſi videri noluerit celat feſtina
quod volens detexerat. ¶ Item. q̄
rulum ſeruorum genus eſt. vt q̄n
tumcūq3 dederis ſemper eis min9
eſt. non enim conſiderat ex quāto
ſed quantum detur. ¶ Itē bona cō
ſcientia nullius oculos fugit.

E ¶ Item. ꝙuis nullis etatib9
libido ſit tuta. tam̄ cano ca
pite ad aperta defendit ignomini
am. ¶ Item. iſte formoſulus tuus
quia cito ſeneſcunt mulieres maxi
me que iuxta viros ſunt vel ditio
rem vel iuniorez; tunc te penitebit
quando rem ⁊ famam amiſeris.

Item. vt obtrectatoribus meis
oſtendam quod poſſum quicquid in
buccam venerit dicere de ſcripturis pau
ca perſtrinxi. nec orationem meam
in ceteris libris facere ſum ſolitus
illarum floribus texui.

Ad militem ſeculi vt deo militet.

Et ſi ignotus talis ſim
facie: iam te tamen cor
de cognoui. quia filius meus in domi
no cariſſimus victor referens mihi
religioſam vitam tuam: fecit vt te
quamuis abſentem cognoſcerem: et ſi
cut futurum in chriſto conſortem
diligere inciperem.

Finis militie tue erit regnum
non terre et temporis. ſed
eternitatis et celi.

Nota nihil eſt fili quod po
teſt aut debeat preferri ei
qui eſt verus dominus et verus pa
ter et imperator eternus. Cui enim
rectius noſtram vitam impendimus
quam illi a quo eam accepimus. et cui
eam vſque ad finem debemus. quia
ipſius beneficio viuimus. Item.
ſi voluerimus magis ceſari milita
re quam chriſto: poſtea non ad xpm
ſed ad gehennam transferimur.
vbi principium huius mundi ver
titur cauſa. Item. nec affectum.
nec patriam nec honores. nec di
uitias deo preferre debemus. quia
ſcriptum eſt. preterit huius mundi
figura. et qui hunc mundum dilex
erint cum mundo peribunt.

Item. neceſſe eſt vt miles in
bello: in quo tamen non tam
pro ſe quam pro alio dimicat: aut ſuam
mortem victus inueniat: aut mor
tis cauſam victor adquirat. quia
victor eſſe non poterit ſi effuſor ſan
guinis ante non fuerit. Item. nul
lus rex terrenus totius terre domi
nus eſt. chriſtus autem totius mun
di rex eſt: quia omnia per chriſtum
facta ſunt. Item. illi militemus
qui militantibus ſibi gloriam vite
eterne. honorem regni celeſtis. di
uitias hereditatis ſue. et diuine cog
nicionis conſortium plene largitur.

Item. in euangelio Math.
xi. regnum celorum vim pa
titur. et violenti rapiunt illud. talis
violentia deo grata eſt. quia nemi
nem concutit: nullus damno com
mittitur. in hanc rapinam manus
tuas mitte: que crimen non habet
et confert ſalutem. Item. ſollici
tudines carnales noſtre quanto
cariores ſunt tanto plus diſcruci
ant et fatigant. Nam vxore accep
ta optantur filij. et ſi non ſuſcipiun
tur ſterilitas lugetur. ſi ſuſcipiun
tur orbitas timetur. ac proinde num
quam in carnalibus affectionibus ita
requieſcit animus vt cruciatu care
at. dum neceſſitudines ſuas aut bo
nas amet cum amittendi metu. aut
malas odit cum amittendi voto.
in vtroque ſuſtinendis miſerijs ſem
per obnoxius. miſer eſt qui vxorem
bonam perdit. miſerior eſt qui malam
poſſidet. inter hec duo felicior: qui
vtramque non nouit. Similiter et de
filijs. miſerrimi ſunt parentes vel
qui bonis orbantur: vel qui tales
habent vt non habentibus inuidere

cogantur ¶ Jtē commutata in incli
us miliciam: vt eterno deo īcipias
militare: ꝛ deū habeas ꝓtectorem
vite ad qualem miliciaʒ te inuito
collegam: vt ꝙ homini eſſe optas
hoc tibi ſit deus ·

¶ De miniſterio agni.

A Hodie fratres cariſſimi populus iſrahel: ꝛ vere homo videns · hoc quippe intꝑretat̄ iſrahel egredi iubetur ex egipto ·

Z ¶ Sequitur agnum quocūqꝫ vadat chriſtum iheſūʒ · cui eſt honor ꝛ gloria in ſecula ſeculorum · Amen ·

B ¶ Nota · precipitur vt agnū in vna comedamus domo · ne extra eccleſiam agnuʒ immolari putemus · qui eniʒ extra eccleſiam ſunt non agni carnes comedunt: ſed draconis · q̄ datus eſt iuxta pſalmū in eſcam populis ethiopibus ¶ Jtem quando nouiſſima hora eſt finito die inicium noctis ē

¶ Jtē · nullius perſonam accipias non diuitias · non potentias · quantumcunqꝫ ſit potens vel nobilis ſi peccauerit corripe euʒ · ꝛ comediſti azima ſinceritatis ac veritatis in amaritudine ·

C ¶ Jtē · iubemur non crudas vel elixas carnes comedere · per crudas ſcripturarum hiſtoriaʒ tātum · per elixas allegorias ad peruerſa dogmata deriuantes intelligit · ſed intellectas iuxta hiſtoriā ſpiritusſancti excoquamus ardore ꝛ quod ſcdm lrām incongruum vel clauſum eſſe videtur · ſpirituali expoſitione ꝑandam9 ¶ Jtē caput agni intelligentia ſpiritual' pedes ſimplex hiſtorie narratio · inteſtīa quicquid intrinſecus in littera latet · per quod q̄ndoqꝫ quod indecorum videbatur ꝛ fedum: doctoruʒ doctrina repitur eſſe vitale ¶ Jtē · ſi agni carnes comedere volumus mortificemus lumbos noſtros ꝛ opera carnis · vnde in Job de dyabolo dicitur · ꝙ virtus eius in lumbis ·

D ¶ Jtē calciamenta in pedib9 ꝛ baculū in manibus habere iubemur: vt ꝙdiu in huius ſeculi heremo gradimur calciati ſimus calciamentis pacis · ne vt in deſerto ſcorpio ꝛ coluber obrepat · nec ſerpens plantam gradientis inuadat · ꝙ ſi aduerſus conſurrexerit virgam in manibus habeam9 quando intrauerimus regna celorum non habebimus opus calciamentis: non his preſidijs quib9 cuſtodimur in ſeculo ·

¶ De natiuitate domini ·

A Hodie verus ſol ortus ē in mundo · Hodie in tenebris ſeculi lumen ingreſſum eſt

Z ¶ Super aſpidem ꝛ baſiliſcum per dominum noſtrum iheſū chriſtum cui eſt honor ꝛ gloria in ſecula ſeculorum Amen ·

B ¶ Nota Celorum habitator ꝛ conditor habitat in terris vt homo terre colon9 migraret ad celos · ¶ Jtē · videte q̄d ſit veteris teſtamentū ꝛ nouū · in illo loquebatur per nebulā nobis · hic ꝑ ſerenū

ibi deus videbatur in rubo · hic de
virgine naſcit̃ deus ¶ Itē in bap
tiſmo xp̄i humilitas nr̄a ſublimi
tas. illius crux nr̄a victoria · illius
patibulū noſter triumphus eſt.
C ¶ Itē. cū lauacru𝔷 ⁊ crucis ſig
nu𝔷 in frontib⁹ demon īſpex
erit cōtremiſcit. q̄ aurata capitolia
non timēt. crucem timent. q̄ cōtem
nūt ſceptra regalia ⁊ purpuras ce
ſarū ⁊ dapes xp̄ianorꝫ: ſordes ⁊ ie
iunia p̄timeſcunt. ¶ Itē Aues q̄n
do in ſupiora tollunt ⁊ p̄ aerem pe
rnenent. crucē imitant̃. alis extēſis

Ad Neophitū de pſalmo · c · xvij
A I N omni pſalmo domi
nus noſter iheſus chri
ſtus prophetatur atq𝔷 canitur.
Z ¶ In filios dei omnipotētis ad
optati ſumus p̄ chriſtum
dominum noſtrum cui eſt honor ⁊
gloria in ſecula ſeculorum Amen
B Nota precipue in c xvij. pſ
mo reſurrectiōnis miſteriū
predicatur. ¶ Itē quicūq𝔷 iuſte a
git ⁊ inter iuſtos dn̄i eē meruerit.
fiducialiter agat in eo ſperās: q̄ i
trabit p̄ hanc portam. q̄ dn̄s non
querit ſāguinem cōfitentium ſ𝔷 fi
dem p̄ quam credentiū ſanguis ef
funditur. ¶ Itē vos iudei habetis
⁊ legitis libros. nos in eū qui ī eis
ſcriptus eſt libris ipſum adorātes
credimus. vos tenetis paginas:
nos ſenſū paginarꝫ. vos ꝯplicatis
mēbranas animaliū mortuorum.
nos poſſidem⁹ ſpm̄ viuificantem.
q̄d mirabilius poteſt eſſe huiōi ſa
cramento. q̄d hac die felicius: in
q̄ua deus iudeis mortu⁹ eſt. ⁊ nob̄
reſurrexit. in q̄ ſynagoge cultus
occubuit: ⁊ eſt ortus ecc̄ie in qua
nos omnes fecit ſecum reſurgere
⁊ viuere in celeſtibus q𝔷 ſedere.
C ¶ Itē. dies dn̄ica dies reſurre
ctionis eſt. dies xp̄ianorum in
dies noſtra ē. vnde ⁊ dn̄ica dicitur
q̄ in ea dn̄s victor aſcendit ad pa
trem ¶ Itē tacentibus ſenib⁹ ⁊ in
uidie labore cruciatis: paruuli cla
māt ⁊ xp̄i puulum confitentur

¶ Ad Nepocianu𝔷 de vita cleri
corꝫ ⁊ monachorꝫ. de hoc. xcv. diſt.
eſto ſubiectus. xij. q. v clericus qui
A D Etis a me nepociane ca
riſſime: vt tibi breui vo
lumine digerā precepta viuēdi. ⁊
q̄ ratione is q̄ ſeculi milicia derel
cta vel monachus cepit eſſe vel cle
ricus: rectū xp̄i tramitē teneat. nec
ad diūſa viciorꝫ diuerticula rapiat̃.
Z ¶ Neminē ſpēaliter me⁹ ſermo
pulſabit. generalis de viciis
diſputatio ē. ſ𝔷 q̄ iraſci voluerit p̄us
de ſe q̄ talis ſit cōfiteatur. vide ad
ruſticum. ij. B.
B ¶ Nota etate fit doctior. vſu i
ſtructior. p̄ ceſſu tp̄is ſapi
entior. ⁊ veterꝫ ſtudiorꝫ dulciſſimos
fruct⁹ metit. Vn̄ ſapiens demoſte
nes. cū expletis centū ſeptē annis
mori ſe cerneret. dixit ſe dolere tūc
de vita egredi q̄n ſapere cepiſſet.
hic interponit̃ p̄ reał. c. clericus. ⁊
lxxxviij. di. negociatorem. ¶ Item
corrūpunt bonos mores cōfabula
cōnes peſſime. idē ad euſtochiū. ⁊
idē ad magnū oratorem ¶ Itē ſcio

quoſdam cõualuiſſe corpe: ⁊ aĩo egrotaẽ cepiſſe · piculoſe tibi miniſtrat cui⁹ vultũ freq̃nter attẽdis ·

C ¶ Jtẽ · crebra munuſcula ⁊ ſudariola ⁊ faſciolas ⁊ veſtes ori applicatas ⁊ oblatas ⁊ deguſtatos cibos ⁊ dulces lrãs ſanctus amor non hꝫ mel meũ lumen meũ meũqꝫ deſiderium xp̄s ẽ · hic īterponitur c · gloria · xij · q · ij · ¶ Jtẽ nõ cõfundãt op a ſermonẽ tuũ: ne cuꝫ in eccãlo q̃ris tacitus q̃ſqꝫ rñdeat · Cur hec que dicis ipſe non facis. Accuſare auariciã etiaꝫ latro pt · Sacerdotis os cũ mente cõcordet · vide ad occea ⁊ c. ¶ Jtẽ · melius ẽ non habere qd tribuas: q̃ impudent petere qd des · hic interponitur prealle gatum c · eſto ſubiectus ·

D ¶ Jtẽ verba voluere ⁊ celeritate dicẽdi apud imperitũ vulgũ ãmiracõeꝫ facere indoctorũ eſt hoim · nil tam facile vt vilẽ plebeculã ⁊ indoctam concõnẽ lingue volubilitate decipere · que q̃cquid non intelligit plus mirat ⁊ c · No a me q̃ras pueriles declamatiões ſnãꝝ floſculos verboꝝ lenocinia · ⁊ p capitulorũ fines acuta q̃daꝫ breuiterqꝫ cõcluſa: q̃ plauſus ⁊ clamores excitent audiẽtiũ · Amplex etur me vera ſapia ⁊ abyſa ch nrã q̃ nũq̃ ſeneſcit i meo req̃eſcat ſinu ¶ Jtẽ ſũt q̃ paupertib⁹ paꝛũ tribuuntvt amplius accipiant · ⁊ ſub p̄textu elemoſine diuitias q̃runt q̃ magis venatio dicẽda ẽ q̃ eleoſina · Sic beſtie · ſic aues · ſic capiũt piſces · modicum eſce in hamo ponitur vt matronarum in eo ſaccul li ꝑtrahant · ¶ Jtẽ · multo meli⁹ ẽ ex duob⁹ impfectis ruſticitatẽ ſanctam habere q̃ eloq̃ntiam peccatricem · vide ĩ ad pãmachiũ · ṽij · c ·

E ¶ Jtẽ pinguis venter non gignit ſenſũ tenuem · tantuꝫ tibi ieiunioꝝ impone q̃ntũ ferre potes ¶ Jtẽ per bonã ⁊ malam famaꝫ a dextris ⁊ a ſiniſtris xp̄i miles graditur · nec laude extollitur nec vituperacõne frãgitur · non diuiciis tumꝫ nec pauptate contrahit · ſi leta cõtemnit ⁊ triſtia · p diem enim ſol non vrit nec luna per noctem · nolo te orare in angulis plateaꝝ: ne rectũ iter p̄cũ tuaꝝ frãgat aura popularis · ¶ Jtẽ · vis ſcire q̃les quer it dñs ornatus · habeto iuſticiam prudentiã tpantiam ⁊ fortitudinẽ nihil hoc monili p̄ciosi⁹ · nihil hac gẽmarũ varietate diſtinctius q̃ ornamẽto tibi ſũnt ⁊ munimini · hic ſequitur c · amico · xij · q · ij ·

¶ Ad Niceam dyaconum aquilegien · vt ſcribat ·

N Vrpilius comicus tractans de viciſſitudine litteraꝝ · Sola inquit res eſt que homines abſẽtes preſentes facit ·

Z ¶ Si amas ſcribe · ſi iraſceris ſcribe · magnuꝫ ex hoc deſiderij habeo ſolacium: ſi amici litteras etiam indignantis accipiam vide ad anthonium · c ·

H ¶ Nota Antiq̃ an carte ⁊ mẽbranaꝝ vſus ex dolatis ex ligno codicillis aut in corticib⁹ arborũ mũtua epl̃arum alloq̃a miſitabant · inde portitores eaꝝ tabella

ticos ⁊ ſcriptores librarios a libris arboꝝ vocauerūt. Quanto igit̄ ex polito artibus mundo id non debe mus obmittere qđ ſibi pſtiterunt hij apud quos erat cruda ruſtici tas ⁊ q̂ humanitatē quodāmodo neſciebant ¶ Jtem cū recentē ami ciciam ſcindis potius ꝙ diſſuis. quod prudenter eliſius vetat.

¶ Ad Oceanū de vero vnius vxoris viro. de hoc. xxvi. di. c. v.

A. N Vnꝗ̄ o fili Oceāe fo͛e putabā: vt indulgētia pncipis calūniā ſuſtineret reoꝝ.

Z ¶ Preterierūt quod non licet. obijciūt quod exceſſum eſt

B ¶ Nota. abſit de omnipotēte credere ꝙ in aliquo īpotēs ſit. vide ſ͞ in expoſitōne ſymboli. D.

¶ Jtē nil intereſt an aduerſariū vigilantem an dormiētē ligēz. niſi ꝙ facilius eſt q̄eſcenti ꝙ relucāti vincula inectere ¶ Jtē. obſecro ne q̄s me in ſuggillationē ſacerdotū huius temporis extimet hoc ſcrip ſiſſe ſed in vtilitatem eccleſie.

¶ Item. niſi cerebrum ſanum ſit omnia membra erunt in vicio. vi de ad paulinum. ij. D. ¶ Jtez pdit autoritatem docendi cuius ſermo ope deſtruitur. Et illđ tullij. caput artis eſt. docere qđ facias. vide ſu pra ad fabiolā D. ⁊ ad nepocianū. C. ⁊ ꝫ ſupra ciuī. D. ¶ Jtē. qui vtu tibus pollet ornatꝰ eſt. ſunt eīm q̄ dam ignorātes menſuram ſuā ⁊ tante ſtoliditatis ac vecordie: vt ⁊ in motu ⁊ in īceſſu ⁊ habitu ⁊ in ſ͛ mone cōi riſū ſpectantibꝰ tribuāt.

ornatū. veſtiū corporis ⁊ menſe pa rantes. quā tamen ſordibus fedior eſt. vide ad ruſticum. ij. D.

D ¶ Jtē. in vino luxuria. in lux uria voluptas. in volupta te īpudicicia eſt. ¶ Jtem. q̄le pnci piū talis ⁊ clauſula. Qui irreꝑhen ſibilis eſt: non ſolū a domeſticis ſꝫ ab alienis conſono ore laudatur. ¶ Jtem talis ſit pōtifex xp̄i: vt qui religioni detrahūt eiꝰ vite detrahe re non pn̄t. vide ad fabiolam. E.

¶ Ad eundē de vita clericoꝝ. ij.

A. E Vſtomius. Euſebius. Hieronimus Oceano ſuo ſa lutem

Z ¶ Deprecatus es vt bo noꝝ opꝫ teſtificatio caſto conſūmetur in effectu.

b ¶ Nota. Ego iudico ſi cū viris ſeīe habitent: viſcariū nō de erit dyaboli. ex eis aucupatū ē ab i icio pctīi. Ferreas mētes libido do mat. vide idē ſ͞ ad mrēz ⁊ filiā. G.

¶ Jtem. non veſtis tenera clericū vel ſacerdotem facit: ſed caſta mē tis intentio. ¶ Jtem potuit mater domini de choro apoſtolorū non diſcedere ſi liceret Tecla poſt temp tationē paſſionis anthiochie cū paulo prohibetur pariter perge re. nemo miles cum vxore pergit ad bellum ¶ Jdem ad Euſtochi um. de virgine.

C ¶ Jtem. non ſuam ſed alienā cupiūt vicini diſcutere vitā.

¶ Jtem pnefas dolor eſt dicere ſꝫ ꝑterirī non decēt. xp̄o iſte vouerūt nubere non clericis. vnde ſine nup cijs nouum genus vxorum.

¶ Item Monachum vel clericum ſolitudo facit: non publicum.

D ¶ Itē. hic interſerit de vgine que p beatū martinū viſitata ſe noluit exhibere. dicēs ſe nū ꝙ viſitatam a viro.

¶ Ad eundē de morte fabiole. iiij de hoc. xxxij. q. v. precepit dominꝰ. ⁊ c. apud nos.

A O Lures āni ſūt exq̄ ſup dormicōe bleſille paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere conſolatus ſum

Z ¶ Cui plꝰ dimit tit plꝰ amat.

b Nō. ne pociam ſeribēs epytaphiū. quicq̄d habere viriū potui in illo dolore cōſumpſi Ad pāmachiū p peregrinacōe pauline breuē eplām dedi. erubeſcens ad virū diſertiſſimū pluā loq: ⁊ ei ſua igerē. ⁊ ne viderer ſtulta iactātia docere pfectū virum ¶ Itē. tradis mihi fabiolā. laudē xpianorū miraculū gentiliū. luctū pauperū ſolaciū monachorū. q̄cquid p̄mū arripuero ſeq̄nti ꝯparacōne vileſcit ¶ Itē plus ē aīm depoſuiſſe ꝙ cultu. difficiliꝰ arrogātia ꝙ auro caremus ⁊ gēmis. vide in vita bti hylarionis. h̄ infrponūt p̄ dicta canon.

C ¶ Itē. alie ſūt leges ceſarū alie xpi. Aliud papinianꝰ aliud paulus noſter p̄cepit. Apud illos in viris pudicicie frena laxant: et ſolo ſtupro ⁊ adulterio cōdēnato paſſim p lupanaria ⁊ āncillas libido pmittit. quaſi culpā dignitas faciat: non voluptas. apud nos qd non licet feminis ⁊c. vt ī xxxij. q. v. apud nos. ¶ Itē. ſolent vidue iugo ſeruitutis excuſſo agere ſe liberius. adire balnea. volitare p plateas. ⁊ vultꝰ circūferre meretricios vide ī ad p̄ncipiū. E ¶ Itē Hieroſolimā nauigauit vbi multorū excepta cōcurſu nrō parū vſa fuerit hoſpicio. cuiꝰ ſocietatis meoꝝ ibi vi deoꝝ adhuc videre quam vidi.

D ¶ Itē. cū rōnes q̄reret ſingulorū. in q̄buſdā heſitauit. in alijs inoffenſo pede cucurri. in quibuſdā ſimplr ignorātiā cōfeſſus ſū ¶ Itē. laudēt ceteri miaꝝ eiꝰ humilitatē ⁊ fidē. ego ardorē aī plus laudabo. ⁊ ī dū ſp pat: mors eā iueīē n̄ potuit ipatā. ¶ Itē. non platee non porticus. non imminētia deſuper tecta cape poterāt pſpectātes ipſius exequias.

E ¶ Item felix precomiū ꝙ nulla totiꝰ vite ſorde maculat.

¶ Ad eundē oceanū conſolatoria. iiij. de qua dubitatur an fuerit Hieronimi propter epiſtolam fratris Guighonis de quo dixi ſupra ad cellantiam in titulo.

A A Duerſorū obprobria ⁊ tribulationes multiplices quibuſdam inſidiantibꝰ te ſuſtinere cognoui.

Z ¶ Gaudeamꝰ potiꝰ ⁊ letemur ſi p tā magnis eius ⁊ p ſalute nrā paſſionibꝰ vel pua ſuſtineamꝰ

H ¶ Nota. ſi vt ſcriptū eſt p multas tribulacōes q̄buſ laz regni celeſtis aditus aperitur. illis vtiq claudetur qui nolunt ſuſtinere vel paucas.

¶ Itē grata itaqȝ ⁊ deſiderāda tēp
tatio eſt cuius p̄miū a xp̄o ſperat i
celo, nec maledictio grauis q̄ diui
na laude mutat. ¶ Itē ſi hūanam
laudem querimus: diuinā amitti
mus: q̄ſquis enim ab hominibus
tm̄ laudatur vituperatur a chriſto
C ¶ Item q̄buſdā non ſufficit qꝫ
ꝓpria noluīt lugere pctā. ad
huc inſup eos q̄ lugere vident irri
dent. ⁊ in ſubſānacōem habent q̄s
imitari debuerāt. Sȝ veniet temp⁹
quo riſus eoꝝ vertetur in luctum.
Inducit illud ſapie. v. Stabunt iu
ſti in magna cōſtātia ⁊c̄. vſqȝ ibi.
tanq̄ꝫ vmbra. Po⁹ q̄d ſbdit. O ſi hec
nūc glīoſi diuites legerēt ⁊ dū tp̄s
eſt ipſi ſe flerent q̄ alios irridēt. nō
neceſſe haberent eo tp̄e lugere q̄
nullius gemitus fletuſqȝ ꝓficiet.
¶ Itē nihil ē q̄d nobis ꝓ xp̄i noīe
ſine p̄mio irroget. ¶ Itē cū deus ⁊
dei filius ꝓ ſalute nrā obprobria
hoīȝ iniuriaſqȝ ſuſtinuit. valde ab
eo alien⁹ eſt q̄ nec detractōes ſaltē
ſuſtinere ꝯtentus ē. Quo enī nos a
mare cum dicim⁹. ſi pro ipō nil ſu
ſtinere parati ſumus.

¶ Ad pāmachiū ⁊ occeanum
de libris origenis.

A ¶ Edule q̄s miſiſtis hono
rifica me affecere cō tu
melia. ſic ingeniū predicantes vt
fidei tollerent veritatem.
Z ¶ Eius qui ſeruaē velit eloquij
venuſtatem.
b ¶ Nota tm̄ me diligūt heretici
qꝫ ſine me eē non poſſint. ob
mittā pſonas: reb⁹ tm̄ ⁊ crimini

bus reſpōdebo. nil cauſe ꝓdeſt ma
ledicētib⁹ remaledicere ⁊ aduſari
os talione mordere, cū p̄ceptum ſit
malū ꝓ malo non reddi ¶ Itē lau
daui interp̄tē non dogmatiſtē. ige
niū non fidem. philoſophū non
ap̄lm. nec bonis aduerſarioꝝ ſi ho
neſtū q̄d habuerint detrahendū ē
nec amicorū laudāda ſūt vicia. et
vnūq̄dqȝ non pſonaꝝ ſȝ reꝝ pōdē
iudicādū ē. Hic interp̄mit q̄d dixi
ſȝ ad finē tercie ptis. ibi. dū eēm iu
uenis nimio diſcēd. ⁊c̄. ¶ Itē. ſi mi
hi creditis origeniſta nūq̄ꝫ fui. ſi
non creditis eſſe deſij.
C ¶ Itē nō ē h⁹ tpis contra dog
ma puerſū rethoricū iactare
ſmoēȝ. hic intponit c. ſc̄da p⁹ nau
fragiū d̄ pe. di. ¶ Itē aiūt ⁊ meti
ci morbos nō eē curādos. ſȝ dimittē
dos eē naturē: ne medela languorē
exaſpet ¶ Itē nō ꝯſueui illoꝝ errori
b⁹ inſultare q̄ꝝ miror igenia. Vult
aliq̄s laudaē origenē: laudȝ vt lau
do. Magn⁹ vir ab īfātia ⁊ vē mr̄ti
ris fili⁹. alexādrie eccīaſticā ſcolā
tenuit. ſuccedēs eruditiſſimo viro
Clemēti p̄ſbro. Voluptates in tm̄
fugit. vt zelo dei ſȝ nō ſcīȝ ſciaȝ ferro
trūcaret genitalia. calcauit auaricīā
ſcp̄turās memorit tenuit. ⁊ in ſtudio
explanacōis eaꝝ dieb⁹ deſudauit
⁊ noctib⁹. mille ⁊ eo āplī⁹ tractat⁹
i eccīa locut⁹ ē. edidit inūeros p̄tea
ꝯmētarios. q̄s nr̄m tāta legē poſſȝ
q̄nta ille ꝯſcp̄ſit. q̄s ardētē in ſcp̄tu
ris aīm n̄ miret
D ¶ Itē illā ſenex tene
bo fidē: i q̄ puer na
t⁹ ſū. B īſerit reſ. hēſioēȝ illoꝝ q̄ di
cūt libros origenis eē falſatos: d̄ q̄ s̄

dixi de duodecim lectorib9. cũ euſebius ⁊ didim9 de ipſis errorib9 tractauerũt. ¶ Itẽ ſi tacuero re9 iudicor. ſi reſpondero inimicis. dura vtraq₃ ꝯdicio. ſ₃ ex duab9 eligam q̄d leuius ẽ. ſimultas reintegrari pt. blaſphemia veniam non meretur. idem ad pammachiũ. ⁊ marcellam. ii.

¶ Ad eoſdem. ii.

A Q Vi ethiopẽ inuitat ad balnea. ⁊ ſi nigredinẽ non auferat: nec de illius candore gaudeat. de ſuo tamẽ lucro letatur

Z ¶ Et iudiciũ eternum plus timere q̄ꝫ hominum.

B ¶ Nota o q̄ntis in die illa expediſſet ſi mẽbrorum ſenſum ⁊ viſcerꝫ vigore in hac vita caruiſſent. ⁊ q̄nti illic elingues ⁊ muti feliciores loq̄ntib9 erũt. ⁊ quãti paſtores philoſophis. q̄nti ruſtici oratorib9. ⁊ q̄nti hebetes arguciis p̄ferendi ſũt cyceronis. vide ad eliodorꝫ. d. ⁊ de homine pfecto. d. ¶ Itẽ. luxurioſã verbũ caſtitatis offenſio ẽ. ¶ Itẽ. non eſt fidel' medicus: q̄ añ digeſtã putredinem inducit vulneri cicatricẽ. nõ poſſum9 ſemper lac dare. quia nec vos ſemper paruuli eſſ ẽ debetis.

C ¶ Itẽ. videam9 q̄d in nobis ex quo regenerati ſum9 in xp̄o virtutis acceſſerit. q̄d humilitatis in ꝓſperis. q̄d patientie in aduerſis quid in tribulacõne gaudij. q̄d in felicitatis in dãnis. q̄d indulgentie in offenſis. q̄d caſtitatis occaſione luxurie. ⁊c̄. hodie malus. etas peior. hodie auarus. cras auarior. Ante annũ mee cupiditati vna villa ſuffecerat. iã hoc ãno q̄nta forte non ſufficit. pu' extẽdebatur aim9 vt decẽ ſolidos poſſideret. iã centũ paruũ eſſe ceperunt. ¶ Itẽ q̄nti ĩnc nos iude iudam dãnant ¶ Itẽ io ci non ſũt vbi ſupplicia inc̄dunt.

D ¶ Itẽ timeone quõ p riſũ irridemus ecciam. ſic de nob' rideat is. de quo ſcp̄tum ẽ. q̄ habitat in celis irridebit eos ¶ Itẽ labori meo finẽ poſuit mẽbrane ꝯcluſio Simile ad hermonem. vir. in principio.

¶ Ad pãmachiũ apologeticũ de hoc. xxxi. q. v. aperiant.

A Q Vod ad te huc uſq₃ nõ ſcp̄ſi cã fuit ſilenciũ tui verebar eim ne ſi tacẽti ſcriberẽ moleſtũ me magis q̄ꝫ officioſũ putaẽs

Z ¶ In arbitrio noſtro eſt vel lazarum ſequi vel diuitem.

B ¶ Nota. q̄s vnq̄ꝫ tam iniqu9 lector erit. vt non ex meis dictis ſ₃ ex ſuo ſenſu me iudicet. ¶ Itẽ. non patitur ep'le breuitas diuti9 in ſingulis immorari. hic interponit̄ c. apiant. de quo ſ̄. ¶ Itẽ aliud ẽ non dãnare. aliud p̄dicaẽ. aliud veniã ꝯcedere. aliud laudaẽ ꝟtutẽ ⁊c̄. aliud eſt indulgentiaꝫ infirmitati tribuere. aliud eſt virtutibus premia polliceri. vt ſupra. vbi bonum ⁊ melius eſt. ibi boni ⁊ melioris non vnum eſt premiũ. ⁊ vbi non vnum premiuꝫ. ibi vtiq₃ dona diuerſa.

C ¶ Itē quis tam ebes ꝗ in scribē
do ita rudis: vt idē dānet ꝗ
laudet. edificata destruat ꝗ destru
cta edificet. ꝗ cū aduersariū vice
rit suo deinceps mucrone feriatur
Aliter tenendus mod⁹ in disputā
do. aliter tenenda virga in docē
do ¶ Itē. turpe est hostem dolo ferire
non virib⁹. q̄si hec non sit ars sum
ma pugnantiū alibi imitari ꝗ ali
bi percutere. ¶ Itē paulū apostolū
ꝓferā. quem quotiens lego vide
or mihi non verba audire sed toni
trua. post hec allegat ambrosiū.

D ¶ Itē. cōmentatoris officiū
est: non quod ipse velit ſ
qđ sentiat ille quē interpretatur ex
ponere: alias non interpres sed ad
uersarius illius est quē nititur ex
planare. ¶ Itē. inuenti sunt scioli
tm̄ ad detrahēdū: q̄ i eo se doctos
ostentare velint si cūctoꝝ dicta la
cerent: plaucianā familiā imitan
tes. ¶ Itē. nihil deo clausū est ꝗ te
nebre latēt apud eum. ꝗ nobis tu
te est non qđ q̄sq; possit aut velit.
sed q̄d scripture p̄cipiant dicere.

E ¶ Itē ad reliq̄ respōdere nolui
ne de tuo viderer ingenio dif
fidere quē cause mee patronū pri⁹
habui q̄ rogarē. ꝗ post hec illđ se
q̄tur. virginitatē in celo p̄fero ꝗc.
vt supra in legenda ¶ Itē miserie
delicijs ꝗ delicie miserijs ꝯmutant

¶ Ad eundē de dormicōe pauline.

A S Anato vulneri ꝗ i cica
tricem supducte cuti
si medicina colorē reddere noluerit
dū pulcritudinem corporis querit
plagam doloris instaurat. Ita et
ego serus cōsolator qui inopportu
ne p biennium tacui: vereor ne nūc
inopportunus loquar. ꝗ tractans
vulnus pectoris tui quod tempo
re ꝗ ratione curatum est comme
moratione exulcerem.

Z ¶ Tu duarū medius ad chri
stum leuius subuolabis.

B ¶ Nota discolores equi ſ vo
luntate cōcordes vnū au
rige iugum trahunt. non expectā
tes flagelli verbera. ſ ad vocis hor
tamenta feruentes. hoc dixit prop
ter paulā ꝗ ipsi⁹ filias eustochi
um ꝗ paulinam. q̄rum prima cōti
nens. secūda virgo. tercia vxor pā
machij ꝗc. ¶ Itē. ingenia liberali
ter edocta facilius verecūdia q̄ me
tus superat. ꝗ q̄s tormēta nō vicūt i
terdū vincit pudor ¶ Itē q̄uis sit
clar⁹ honor vilescit i turba. ꝗ apđ
bonos viros idiḡ sit dignitas ipsa
quā multi idigni possidēt. vñ egre
gie de cesare tullius ait dū q̄sdam
honorare voluit: nō illos honesta
uit ſ ornamenta ipsa turpauit.

C ¶ Cōtemplicato senoē xp̄i ꝓmis
sa reddūtur. sꝑ āt grādia in
audiētiū ponūt arbitrio ¶ Itē feli
ces inq̄t erēnt fabius artes: si de illꝭ
soli artifices iudicarēt. idē. xvi. sup
ysayā in p̄n. ¶ Itē si offeram⁹ xp̄o
opes cū aia nr̄a: libent suscipiet. ſ
āt q̄ foris sūt deo: q̄ intus dyabolo
demus: non est equa partitio.

D ¶ Item. q̄ patricij generis
primus inter monachos es
se cepisti: non tibi sit timoris sed
humilitatis occasio.

¶ Item quantumcunqꝫ te deieceris
humilior xp̄o non eris. Eſto ꝙ ince
das pedibꝰ. fuſca tunica veſtiaris
equeris pauperibus. inopuꝫ cellu
las introeas. aquaꝫ portes. ligna
ſcīdes. focū extruas. vbi vincula
vbi alaphe. vbi flagella. vbi pati
bulum. vbi mors. ⁊ cū hec omnia
feceris ab euſtochio tua paulaqꝫ
vinceris. ſi non opere certe ſexu
¶ Item hoc dico non ꝙ de ardore
mentis tue quicꝗ̄ dubitem. ſed vt
currentem impellam ac acriter di
micanti feruorem augeam.

¶ Ad eundem de libris contrā
Iouinianum. de hoc. xxxviij. diſti.
eccleſiaſtica. iij.

A C Hriſtiani interduꝫ pu
doris eſt etiaꝫ apud a
micos tacere. ⁊ humilitatem ſuam
magis ſilencio conſolari ꝗ̄ retra
ctando veteres amicicias ambicō
nis crimen incurrere.

Z ¶ Non ocioſis philoſophoruꝫ
ſcolis pauciſqꝫ diſcipulis: ſꝫ
vniuerſo loquimur hoīm generi.

b ¶ Nota ꝗ̄ diu tacuiſti nec te po
ſtulare ſuper hac re volui. ne
non amicū quererem ſed potentio
rem viderer expetere. ¶ Itē. vt ipē
legiſti neſcit vox ipſa reuerti. ¶ Itē
non ſum tante felicitatis ꝗ̄ te pleri
qꝫ huius partis tractatores: vt nu
gas meas quando voluerim emē
dare poſſim ſtatim cū aliquid ſcrip
ſero: aut amatores mei aut inuidi
diuerſo quideꝫ ſtudio: ſed pari cer
tamine in vulgus noſtra diſſemi
nant. vt i laudeꝫ vel vituperationē
nimij ſunt non ſtili meritūꝫ ſed ſu
um ſtomachum ſequentes. vide
ſupra Oſee. d ¶ Item minus eſt
tenere ſacerdocium ꝗ̄ mereri.

C ¶ Item eloquentiaꝫ quā pro
xp̄o in cicerone contemnis
in puulis non requiras. Simile ſu
pra ad damaſum. v. C. Hic ſequi
tur c. eccleſiaſtica. de quo ſupra.

¶ Ad eundē de oportuno gene
re interpretandi.

A P Aulus pn̄te agrippa re
ge de criminibꝰ rñſurꝰ

Z ¶ Opto ſi fieri poteſt ⁊ ſi aduer
ſarij non vicerint cōmentari
os potius ſcripturaruꝫ ꝗ̄ demoſte
nis ⁊ tullij philippicas ſcribere.

b ¶ Nota. nouerat paulus tantū
oratoris verba proficere ꝗ̄n
tum iudicis prouidentia cognouiſ
ſet ¶ Item ne forſan accuſator me
us facilitate quā cuncta loquitur
⁊ impunitate qua ſibi licere ōnia
putat: me apud vos arguat. hāc
ep̄lam miſi que te ⁊ per te alios ꝗ
nos amant rei ordinē doceat ¶ Itē
quid apud homines tutum erit: ſi
nec parietibꝰ nec ſcrineis. poſſimꝰ
noſtra ſecreta celare.

C ¶ Item hic contra proditorēs
interſerit illa duo que ponit
valerius li. vi. c. v. de camillo cōtra
magiſtrum puerorum. ⁊ de fabri
cio contra timocratem. ¶ Item ꝗ̄
diu non profero cogitata maledi
cta: non crimina ſunt ymmo nec
maledicta que aures publice neſ
ciant. ¶ Item ſtultiſſimum eſt ac
cuſatum ab alio alium criminari.

⁊ cōfoſſo vndiq₃ corpe de dormiētis vulnere ſolaciū querere. Qui falſarius vocor: cōtentus ſū crimē admoueri: te non referre. vide ī ij. ff.

D ¶ Itē arduū eſt: vt que ī aliena lingua bene dicta ſunt eundem decorem in tranſlatione ꝯſeruent. ¶ Itē in principio cronice vbi premiſit ꝙ difficile eſt aliēas lineas inſequentem non alicubi excedere ¶ Itē alij ſillabas aucupētur ⁊ litteras: tu quere ſententias

¶ Item tritū ꝓuerbium ꝙ ꝑdit oleum ⁊ impenſas qui boues mittit ad ceroma. Eſt vngentum ex oleo herbis ⁊ cera. quo vngebantur atlete.

E ¶ Item venerationi mihi ſemper fuit non verboſa ruſticitas ſed ſācta ſimplicitas. vide ſup̄ ad nepocianum d. ¶ Item qui in ſermone imitari ſe dicit apoſtolos prius imitetur v̓tutes ⁊ vitam illorum. in quibus loquendi ſimplicitatē excuſabat ſāctimonie magnitudo. ⁊ ſyllogiſmos ariſtotel. reſurgens mortuus cōfutabat. ¶ Itē. exceſſi menſurā epiſtole: ſed non exceſſi doloris moduȝ. Sil' eī. ad pauli.

¶ Ad pāmachiū ⁊ marcellā

A ¶ Vrſuȝ orientalibus nos locupleto mercibus

Z ¶ Cum multos imprecamur ānos vt hereſeos rediuiua plātaria per illius ſtudiuȝ longo tempore areſacta moriantur

H ¶ Nota inter micātes gladios iacentia corpa riuos ſanguinis ꝑfluentes: iunguntur ſepe hoſtiles dextere: ⁊ belli rabieȝ pax repentina cōmutat. vide ī. ad principiam in fine. ¶ Itē. ſoli ſūt huius hereſis ſectatores: qui non valent cū eccīaſticis federari. ꝗ quod ſermone coguntur dicere mente cōdēnant ⁊c̄. Cūq₃ eoꝝ ſcripta teneant voce negant quod litteris cōfitentur ¶ Itē. quid illorum carpitis vitam quorum fidei reſiſtere non valetis. nūquid idcirco vos non eſtis heretici ſi vos ꝗdem aſſertione veſtra crediderint peccatores.

C ¶ Item ꝙ totus oriens miratur ⁊ predicat ſuū Roma ſuſcipiat ꝑdicacōz q₃ cathedre marci euāgeliſte apoſtoli petri cathedra ſua predicatione cōfirmet.

¶ Ad eoſdem ꝓ ſe cōtra accuſatorem defenſio. ij.

A AT veſtris ⁊ multorum litteris didici obijci mihi in ſcola tyrannica.

Z ¶ Leuius eſt profeſſuȝ inimicū cauere: ꝙ hoſtem latenteȝ ſub amici nomine ſuſtinere.

H ¶ Nota. accuſat medicum ꝙ venena ꝑdiderit: vt ſe non innocentie merito ſed criminis cōmunione tueatur. q̄ſi culpam nūerus peccantiuȝ minuat. vide ad furiam circa finem ¶ Item. reſcribūtur cōtra me libri. ingeruntur omnibus audiendi ⁊ tamen non edūtur: vt ſimpliciuȝ corda ꝑturbent. ⁊ mihi facultatem auferant reſpōdendi. Nouuȝ malicie genus accuſare quod ꝓdi timeas: ſcribere q̄d occultes. ſi ſūt vera que ſcripſit.

cite publicatũ metuit. ſi falſa cite
ſcripſit. ⁊ ꝗ. Non magno opere for
midandi ſunt libri quos autor ꝓ
dere metuit. ⁊ tm̄ cōfederatis legē
dos eſſe decreuit. vide ſup̄ yſaiam
ad finē. ¶ Item. ſuffecerat ſemel
dixiſſe quod ſcripſeram

C ¶ Itē ſimplicitatē oſtēdere nō
poteſt artifex. ī quo malicia
dep̄hēditur. ¶ Itē q̄uis vibraue
rit accuſatiōis ſue haſtas: ⁊ totis
aduerſus nos incurſerit virib⁹. cre
dimus in dn̄m ſaluatorē q̄ ſcuto
nos circūdabit veritas eius. ⁊ cū
pſalmiſta cātabimus. ſagitte par
uuloꝝ facte ſūt plage coꝝ. ¶ Itē
ideirco venem calicem circūlinire
melle voluiſti: vt ſimulata dulce
dine vicius peſſimum tegeres.

D ¶ Itē. qn̄ ſine nomine contra
vicia ſcribitur. q̄ iraſcit ac
cuſator ſui eſt. Prudentis hominis
fuerat etiā ſi dolebas diſſimulare
ɔſciam: ⁊ cordis nubilum frontis
ſerenitate decutere ¶ Itē. ſtulticiā
mihi obijcere non p̄t: quē diſertiſ
ſimū ⁊ eloq̄ntiſſimū in ſuis opuſ
culis p̄dicauit. vide ɔtra Ruffinū
A. ¶ Itē. cōmentarij hoc opis ha
bent: alterius dcā edifferunt: q̄ ob
ſcurē dicta ſunt plano ſermone ma
nifeſtāt: multoꝝ ſentētias replicāt
⁊ nōs ipſoꝝ vide ſ̄ galath. li. iij. F

E ¶ Itē. ridiculū eſt debilitati ⁊
fracti toti⁹ corpis vulnera
pauca mōſtrare. Nō eligo quod
rep̄hendam. eligat ipſe quo vicio
careat. Illud q̄dem ſocraticū noſſe
debuerat. ſcio qd̄ neſciam. ¶ Itē
lrē marſupiū non ſequūtur. ſudo
ris cōmites ſunt ⁊ laboris. ſocie ie
iunioꝝ ⁊ non ſaturitatis. cōtinen
tie non luxurie: vide ad Criſogo
num. B. ¶ Itē niſi plixum eſſet ⁊
te doleret gloriolam. iā nunc tibi
oſtenderem q̄d vtilitatis hē magro
rum limina terere ⁊ ab artificib⁹
artē diſcere. ⁊ videres q̄nta ſilua
ſit apud hebreos ambiguorū no
minū ⁊ verboꝝ. Hic reſpondet ad
ſex que opponebātur ſcriptis ſuis
ſuper epiſtola ad epheſeos.

F ¶ Itē. quō inter hoīes ordo dig
nitatis ex laboris varietate
diuerſus eſt. vn̄ ep̄s p̄ſbiter ⁊ oīs
eccl̄iaſticus gradus ordinem ſuū
habent: ⁊ tamen omnes hoīes ſūt.
Sic ⁊ inter angelos merita ſūt di
uerſa: ⁊ tamē in angelica dignita
te perſiſtunt. nec de angelis hoīes
fiunt. nec homines in angelos re
formātur ¶ Itē. dixi ſeculares me
lrās non lectuꝝ. de futuro ſponſio ē.
non preterite memorie abolicō. Eti
am aſini ⁊ bruta animalia q̄uis ī
longo itinere nouerint ſecūda di
uerticula. ēēbibendū mihi erit de
letheo gurgite iuxta fabulas poe
tarum ne arguar ſcire quod didici
¶ Itē. non vt debui ſ; vt potui mo
derato dolore reſpondi. ꝓpoſitū q̄p
pe mihi eſt non tam alios accuſarē
q̄ me defēdere. vide ad pāma. iiij. E

G ¶ Itē. non me mittas ad ſex
milia eius libros quos le
giſſe epyphanium criminaris. ſ;
ip̄a loca nomina. nec hoc mihi ſuf
ficit: niſi ad verbū eadem dcā ꝓtu
leris. ¶ Itē. grecos ⁊ antiquos ꝑ
vetuſtate tēporum ⁊ longinq̄tate

regionū. habet calūniandi licētiā et quicquid voluerit mentiendi, et ſ. quo non perueniat ſemel effrenata temeritas. Sil. c̄otra Ruffinum. E

¶ Itē. fraudem tuā errori meo im putare non debes. Credidi eius eſſe libꝝ quē titulus p̄ferebat. hoc dix it ꝓpter id quod de libro pamphi li dixerat in libro virorum illuſtriū

H ¶ Itē. ex pomorum dulcedine ge nerosi ſeminis arbor agnoſ citur. ¶ Itē. qui hoc auſus ē̄ facere q̄d aliud non audeat bene q̄ mali cia non hȝ tantas vires q̄ntas co natus. ¶ Itē. dixerat q̄ ſcripſerat Ruffin⁹ ep̄lam ſub nomine Hiero nimi. q̄ penitebat eum trāſlacōis in q̄ nulla veritas. Et ſb̄dit. ego ta ceo et lr̄ē non mee c̄otra me loquūt ignoro crimen et in toto orbe crimē c̄oſiteor. ¶ Itē. grās ei agere debeo q̄ cum tanta ſilua ſit criminum vnum mihi erroris vel falſitatis crimen obiecerit.

I ¶ Item O labores hoīm ſp̄ incer ti. o mortalium ſtudia otrari os interdū fines habentia. vn̄ me teri putabā et latinorum ad diſcēdiꝫ aīos c̄ocitare: q̄ etiam verſū greci de latino p⁹ tantos interp̄tes non faſtidiūt. inde ī culpā vocor et nau ſianti ſtomacho cibos īgero. Quid in homine tutū ſi inocētia crimino ſa eſt. ¶ Itē. cū nouas ſp̄ expectant voluptates: et gule ipſoruꝫ vicina maria non ſufficiant. Cur in ſolo ſtudio ſcripturarū veteri ſapore c̄o tenti ſūnt. ¶ Itē. ego petentibus ſcripſi non faſtidioſis. gratis non inuidis. ſtudioſis nō oſcitantibus et tn̄ miror quo theodocionē heretē cū et iudaizantem legit: et q̄liſcūq; peccatoris xp̄iani trāſlacōe faſtidi ant. ¶ Item. librorū p̄fationes q̄ dam vaticinio future calūnie reſp̄o derunt implentes prouerbiū pri us anthidotum q̄ venenum

¶ De parentib⁹ honorādis.

P Arentū meritis ſubiu gās filios omnipotēs deus: ſeruiendi legē in officiis po ſteris dedit. vt hoc dn̄o cogāt ipſo facere q̄d debuit pietas ſuadere.

Z ¶ Meretur cum fratrib⁹ a do mino corā angelis coronari

B ¶ Nota caras c̄oiūctaſq; pſō nas pietatis ītra ſeruent hoc filiorum ora loq̄ntur q̄d pn̄tes delectet audire: q̄ primi nobis ſūt cauſa naſcendi. ¶ Itē matrib⁹ de bitā reuerētiā impēdite. q̄ nobis v teri more ſeruientes: p̄odus noſtri corporis tolerāt et famulatū exhibēt naſciturīs. ¶ Itē ſumunt infantes de matre q̄d bibant. et dente nō na to hec ſibi currentibus labiis elici unt q̄ nō ſit neceſſe mordere.

C ¶ Item. exolue fili quod debes et officia debita qualicūq; ex hibe famulatu. q̄ parentibus ne mo p̄t reddere quod debet. et hūili tas talib⁹ oblata morte dilata vi uendi temp⁹ extendit. C̄otra non facientes inducit autoritates ſalo monis maxime de ꝓuerbiis. ¶ Itē pentes dulciores haberi dn̄t. q̄ p alios reparari non pn̄t. et cū eos lex nature ſubtraxerit: nec patreꝫ tibi alterū poteris inuenire nec matreꝫ

mutato ꝯiugio vitticũs patet eſt nec nouerca poterit nomē matris i plere. Nullꝰ igit̃ filioꝝ ſue lucis au ctorem cedat iniurijs: nemo pentī bus optet aduerſa ¶ Itē timete ſē tentiam quā dn̄s pmiſit ingratis meretur ei ſue cecitatis ſubire ſup pliciū: q̄ pentū vultus vel toruo vi ſu deſpexerit ⁊ elatis oculis neg lexerit pietatem

D ¶ Itē foueat ſenectus pentū ⁊ factis eoꝝ viciſſitudo red dat. hʒ enī q̄ndā ſenectꝰ infātiaʒ.

¶ Ad paulinū de ſtudio ſcptu rarum. plogus eſt biblie: de q̄. ij. q. vij. ſacta quippe.

A F Rater Ambroſius. tua mihi munuſcula.

Z ¶ Facile cōtemnit omnia q̄ ſe cogitat ſemper moriturū. vi de ſupra ad furiam in fine.

B ¶ Notabilia ſunt nota: que p logus vt p̄dixi. Vt tn̄ pre miſſa ſeruent: aliq̄ ponamꝰ q̄ titu lo congruant. C. v. ¶ Nota inue nit appolonius vbiq3 qd diſceret vt ſp pficiens ſp ſe melior fieret. C. ij. ¶ Itē. habet neſcio quid latē tis energie viua vox: ⁊ i aures diſ cipuli de autoris ore trāſfuſa forti us ſonat C. iij. ¶ Itē ingenium docile etiā ſine doctore laudabile eſt. C. iiij. ¶ Itē phariſei mirāt in petro ⁊ iohāne quō legē ſciant cū lr̄as non didicerint. Quicq̄d enī alijs exercitatio ⁊ quotidiana me ditatio tribuē ſolet: illis ſpūs ſug gerebat. nec apire pn̄t niſi ille reſe rauerit qui habet clauem dauid.

qui aperit ⁊ nemo claudit: ⁊ q̄ clau dit ⁊ nemo apit C. vi. ¶ Itē eti aʒ q̄ vitia opuſcula fabricant. abſ q3 doctore non pn̄t eſſe qd cupiūt vide ſuper micheam. d. ¶ Itē ſola ſcripturarū ars quā ſibi paſſim ō nes vendicant. ſcribimꝰ indocti docti q3 poemata paſſim C. vij. ¶ Itē Cernis me ſcripturaꝝ amore rap tū exceſſiſſe modum epiſtole: ⁊ tn̄ non impleſſe quod volui ¶ Item illud ſocraticū impletur in nobis hoc tm̄ ſcio qd neſcio. ¶ Itē. tacere melius puto q̄ꝫ pauca dicere. Idē dixit in. xv. manſione in fine. C. viij. ¶ Item. diſcamus in terris quorum ſcientia perſeueret nobis in celis. ¶ Item. auaro tam deeſt quod habet q̄ꝫ quod non habet. credenti totus mundus diuiciarū eſt. infidelis āt obolo indiget.

¶ Ad eundē de inſtitutione cle rici vel monachi. de hoc. xvi. q. i. ſi cupis.

A B Onꝰ homo de bono the ſauro cordis ſui pfert que bona ſunt.

Z ¶ Verum in domino militantē per te ſalutari volo

b ¶ Nota. quanti hodie viuendo portant funeā ſua ⁊ quaſi ſe pulcra dealbata plena ſunt oſſibꝰ mortuorum. ſubitus calor longū vincit teporem. Hic interponitur c. ſocrates. xij. q. ij. ⁊ quod ſcripſi i ſta in vita ſācti hylarionis. quod ſtatim ſequitur in predicto c. ſi cu pis ¶ Item. habet vnumquodq3 ppoſitum principes ſuos. Romam

duces ſimitent camillos: fabricios regulos. ſcypiones. Philoſophi ꝓponant ſibi pytagorã. ſocratem platonem. ariſtotelem Poete imitentur homerum. virgiliũ. menãdrũ. terenciũ. hyſtorici tichidideꝫ ſaluſtium: erodotum. libium. Oratores liſiam. gracos. demoſtenem tullium. Et vt ad noſtra veniam⁹. Epiſcopi ⁊ preſbiteri habeant ad exẽplum apoſtolos ⁊ apoſtolicos viros: quorum honorem poſſidentes habere mereantur ⁊ meritum Nos habemus ꝓpoſiti noſtri principes paulos. ãthonios. ⁊ iulianos hylationes. machacios. Et vt ad ſcripturas redeam: noſtri p̃ncipes helyas ⁊ helyſeus: noſtri duces ꝓphetarum filij qui habitant in agris ⁊ ſolitudine ⁊ faciebant ſibi tabernacula prope fluenta iordãis

¶ Item ſecularium ⁊ maxime potentium cõſortium deuita. quid tibi neceſſe eſt illa ſepius videre: quorum ɔtemptu monach⁹ eẽ cepiſti.

C ¶ Item. ſoror tua matrona rũ declinꝫ colloquia. ne inter ſericas veſtes ⁊ gẽmas circũſedentium ſe ſordidatam: aut doleat aut miretur. q̃ꝛ alterum ꝓpoſiti penitẽtia: alterum iactantie feminaruꝫ ẽ vide ad principiam. C. ¶ Iteꝫ xp̃i ſubſtantiam non impudenẽ effundas: ne liberalitate liberalitas pereat. ¶ Itẽ. librũ tuum legi: ⁊ precipue mihi in eo ſb̃diuiſio placuit.

D ¶ Itẽ. q̃ edere vult nucleum frangat nucẽ. vide ꝭ ſupermarcũ. C. ¶ Itẽ. premiſſo de tercul liano. cypriano. victorino. ⁊ lactã cio ſubdit. Arnobius inequalis ⁊ nimius eſt ⁊ abſq; ordĩe ſui ꝑticione cõfuſus. Sc̃us hylarius gallicano coturno attollitur: ⁊ cuꝫ grecie floribus adornatur. longis interdum pyodis inuoluitur. ⁊ a lectione ſimplicium fratrũ procul eſt.

¶ Itẽ ad te veniam amicũ anteqũ notum. magnum habes ingeniũ ⁊ infinitam ſermonis ſuppellectilẽ ⁊ facile loqueris ⁊ pure. facilitas q̃ ipſa ⁊ puritas mixta prudentie eſt. Capite quippe ſano omnes ſẽſus vigent ⁊ econtra. ſupra ad oceanum. C.

C ¶ Item nihil in te me dicere ɔtentus ſum: totum ſummuꝫ totum perfectum deſidero.

## Ad paulũ ſenẽ ⁊ monachũ.

A In vite breuitas damnatio delictoruꝫ ẽ. ⁊ in ipſo ſepe lucis exordio mors ſecuta naſcentem labentia quottidie in vicium ſecula profitetur.

Z ¶ Si hoc munuſculum placuerit habemus etiam alia cõdimẽta q̃ cum pluribus orientalibus mercibus ad te ſi ſpiritus afflauerit nauigabũt.

B ¶ Nota. Gemino belluꝫ Troyanuꝫ ordit ab ouo. ¶ Itẽ Ecce iam centenus etatis voluitur circulus: ⁊ tu ſemper dei precepta cuſtodiens future beatitudineꝫ vite per exempla preſentia meditaris oculi puro lumine vigẽt pedes imprimunt circa veſtigia audit⁹

penetrabilis · dentes cādidi · vox ca
nora · corpus solidū ⁊ suci plenum
Tam cū dolore discrepant vires ·
cū etate dissentiūt · nō memorie te
nacitatē ātiquoꝝ senecta dissoluit · n̄
calidi acumen ingenij frigidus ſā
guis obtūdit · non cōtractā rugis
faciem arata frōs aſpat · nō tremu
la manus ſtilū ducit errantē · futu
re resurrectōis vigorem in te deus
oſtendit · ¶ Itē ſi ſciſmatici mona
ciani venena cognoſcā: libentius ſā
cti martiris cypriani bibā ātidotū
¶ Itē mittim⁹ paulo ſeni pau
lū ſeniorem · in quo xp̄e ſim
pliciores quoſq3 multū in deijcien
do ⁊ breuiādo s̄mone laborauim⁹

¶ Ad paulam conſolatorium
ſup mortem bleſille

Quis dabit capiti meo
aquam

¶ Audiet me ſemper loquen
tem cū ſorore cum matre ·
¶ Nota q̄s ſiccis oculis recor
detur xx · ānoꝝ adoleſcentu
lam tā ardentis fidei crucis leuaſſe
vexillū: vt magis amiſſam v̄gini
tatē q̄ mariti doleret interitū · q̄s
ſine ſingultib⁹ tranſeat orandi in
ſtantiā · nitorem lingue · memorie
tenacitatē · acumen ingenij · ¶ Itē
non ē optimus ɔſolator quē ꝓprij
vincūt gemitus · cuius viſceribus
mollitis fracta in lacrimis v̄ba de
ſudant ¶ Itez plango q̄d accidit
ſed q3 ſic placet dn̄o equo aīo ſuſti
neo · vnicus raptus eſt filius · dui
rum quidem ſed tolerabile · quia
ſuſtulit ille qui dederat ·

¶ Itē pſalmuz · Juſtus es dn̄e
⁊ rectū iudiciū tuum: dicere
non p̄t niſi ille q̄ ad vniuerſa q̄ pa
titur magnificat dn̄z: ⁊ ſuo merito
imputans de eius in aduerſis cle
mentia gloriatur · Cur diu tū quos
q̄n q3 patiēdū ē · dolem⁹ quē q̄ mor
tuū · ad hoc nati ſum⁹ vt nō mane
am⁹ eterni ¶ Itē · cibū tibi negas
non ieiuniorū ſtudio · s3 doloris ie
iunia · hec aduerſarij mei ſunt · nul
lam aīam recipio: q̄ me nolente ſe
paretur a corpe · Hic interponitur
n̄ſio obiectionis de luctu iacob et
ioſeph dauid moyſi ⁊ aaron ¶ Itē
ſācta melania nr̄i t̄pis calendis ad
huc mariti corpuſculo nedum hu
mato duos ſimul filios p̄didit · Rez
ſum dicturus incredibilez: s3 xp̄o te
ſte non falſā · quis illā non putaret
ſparſis crinib⁹: veſte ɔſciſſa · lacerū
pectus inuadere · lacrime gutta nō
fluxit · ſtetit immobil' · ⁊ ad pedes
xp̄i obuoluta q̄ſi ip̄ſū teneret arri
ſit dicēs · expeditius tibi ſeruitura
ſū dn̄e q̄ me a tanto onere liberaſti
¶ Itē dyabol⁹ q̄ cernit vnā
de tuis literis triumphan
tem: obrutū ſe eſſe condolens: q̄rit
in remanente victoriam quam i p̄
cunte iā p̄didit · Grādis in ſuos pi
etas: impietas in deū eſt ¶ Itē · de
teſtande ſūt iſte lacrime · plene ſa
crilegio · crudelitate pleniſſime · que
non habent modū · ſed vſq3 ad vi
ciniā mortis accedunt ¶ Itē q̄s ſe
culi carcer icludit nūc ira · nūc aua
ricia · nūc libido · nunc varioꝝ incē
tiua viciorum protrahunt ad rui
nam ¶ Item breuis vite ſpaciuz

eternam memoriam cōpenſabit.

¶ Ad eandem de interpretatio nibus hebraicorū nominū.

AD Vd iuſſeram⁹ cū cantareſi mū xviij. pſalmū tibi inſinuare curarem. a dicerem oēm moralem locum in eo eſſe cōpreheſū. a quo philoſophi ſolēt diſputationes in phiſicā. ethicam. logicā partiri. Ita a eloquia diuina aut de natura diſputant vt in geneſi a eccleſiaſtico. aut de moribus: vt in prouerbijs a in omnibus ſparſim libris. aut de logica. p qua noſtri theologicā vendicant vt in cāticis canticorum a euangelijs. licet apoſtolus ſepe pponat aſſumat confirmet atqꝫ concludat: que proprie artis dyaletice ſunt.

Z ¶ dominus iheſus cōterat ſathanam ſub pedib⁹ nris velocit.

H ¶ Nota verū qꝫ memoria labitur oīm que diximus de fideras cōmentariolum fieri: vt obliuionem lectio cōſoletur. ¶ Item que poteſt eſſe vita ſine ſciētia ſcpturarum: p quā etiā ipſe xps agnoſcitur. idem ſup Hiere. li. xviij. in principio vbi additur. qui eſt vita credentiū. ¶ Itē qui cibi que mella ſūt dulciora: qꝫ dei ſcire prudētiā

C ¶ Itē: habeant q̄ volunt ſuas oues. vaſe gēmato bibant. ſerico niteant. plauſu populi delectētur. a per varias voluptates diuicias ſuas vincere nequeant. nrē diuicie ſunt in legem dei meditari. die ac nocte pulſare ianuam non patentem. panem trinitatis accipere. a ſeculi fluctus domino pceunte calcare. ¶ Itē. nullus hoſtili exercitu obſidente ſecurus eſt.

¶ Ad eandē a euſtochiū de aſſūpcōe Marie vginis. ab q̄s dicit circa finē. qꝫ a ſi ſeculū habere meruit: tenere aīo non potuit

AD Ogitis me o paula et euſtochium: ymo xpi caritas me compellit.

Z ¶ Cum ipſo a vos appareatis in gloria Amen

h ¶ Nota petitis vt latino eloq̄o ſermonē faciā de aſſumpcōe beate vginis more illorū q̄ declamatorie in eccleſijs ad ppl'm loqui ſolent. qd gen⁹ docēdi necdū attigerā. ſed quia negare nequeo q̄ iniūgitis expiar. que hortamini affectū infantium more balbutientiū qui q̄ audiūt fari geſciunt: cū nec dū pnt ad plenū verba formare ¶ Itē qd horū verius ſentiatur ā bigim⁹. meli⁹ tn̄ deo totū cui nihil ipoſſibile ē cōmittim⁹: qꝫ aliquid temere diffinire velimus autoritate nrā qd nō pbam⁹ ¶ Itē. vere grā plena: q̄ dedit cel' gloriā. terris deū paceqꝫ refudit. fidē gētib⁹. finē viciis. vite ordinē. morib⁹ diſciplinā.

C ¶ Itē in carne angelicā ab q̄re gloriā: maioris ē meriti qꝫ habere. Eſſe nāqꝫ angelū felicitatis eſt. Eſſe vero vginē vtutis ē. cū hec virib⁹ cū grā nititur. que hꝫ angelus ex natura. vtrūqꝫ tn̄ a eē vginē vel angelū diuini muneris ē officiū non hūanū ¶ Itē qꝫ naturā non habuit. vſus neſciuit. rō ignoraret

rauit· ⁊ mens non capit humana.
pauꝫ celū· ſtupet t̄ra· creatura oīs
et celeſtis miāt· hoc totū p Gabrie
lē Marie diuinitus nunciatur: ⁊ per
xp̄m impletur. ¶ Itē· ſub regula
trium linguarum ſpūſſanctus di
uerſimode accipitur· in hebreo in
feminino genere legitur ſcꝫ Ruha
in greco ne ſexus in eo eſſe credat
in neutro· in latino maſculinuꝫ eē
decernitur·

D ¶ Iteꝫ· hoc impatiens amor
tractat· vt quē deſiderat ſē
per inuenire ſe credat· ignoāt qui
dem iudiciū ⁊ ratione multotiens
caret· neſciens moduꝫ· nec accipit
de impoſſibilitate ſolacium· nec ex
difficultate remediū· ¶ Item alia
eſt ſolis alia lux e aliarum ſtellaꝝ
claritas· tamen claritas eſt vna q̄
illuſtrantur omnia· facit ꝫ· ad ruf
finum: iij· C· ¶ Itē· primuꝫ incita
mentuꝫ diſcendi nobilitas eſt ma
giſtri· deinde merces laboris opti
mi fructus beatitudinis

E ¶ Item· beata dei genitrix a fi
lio ſuo nō didicit celos fabri
care· angelos creare· mira deitatis
inſignia operari: ſed tm̄ humiliari
ceteraqꝫ virtutum documenta itra
humilitatis cuſtodiam aggrega
re ¶ Item virginitas confortatur
viduarum exemplis· que cum vi
ris caſtum ſeruauerint cōnubiuꝫ·
docent integritatis ꝓpoſitum ma
gis a virginibus deo fore ſeruan
dum· ⁊ ꝙ propemodū non inferi
oris virtutis eſt a cōiugio qd ali
quando delectauerit abſtinere: ꝙ
cōiugij delectamenta neſcire· Idem
dixit ad pāmachiū poſt principiū
vide ſupra ad aggeruciaꝫ· C· ⁊ ad
matrem ⁊ filiam· C·

¶ De ponderib⁹ ⁊ menſuris ac
vſqꝫ de arboribus.

A TAlentum Z Sale
ē pond⁹. ctum
mireſta frutices.

B ¶ Nota Cicl⁹ habet obulos
xx· dragma ſiliquas decem
⁊ octo· didragma autem habet
trigintaſex.

¶ Ad preſidiū dyaconum·

A NUlla res inquit comic⁹·
tam facilis eſt quin fi
at difficilis ſi inuitus facias· vide
ſuper ezechiel· libro ⁊

Z ¶ Quociens hanc epiſtolā lege
ris: tociens ſcias te quo polli
citus es eſſe veniendum·

B ¶ Nota q̄ ſcribit: multos fuit
iudices: alius in alterius
libet ingeniū illeſi· Si vnus ſermo
defuerit quaſi claudaꝫ oraciuncu
lam deputat· Alius ſi paululuꝫ ſe
eloquentis coturnus extulerit: nō
preſbiteruꝫ latrabit eſſe ſed retho
rem· ¶ Item plus te dicis habere
mercedis ſi in media vrbe ꝯſiſtēs
monachorū vita vicerites· ⁊ ſunt re

ta que dicis: ſed non tam facile ex
plentur opere ſicut dicto. ¶ Item
pretermitto crebras ſalutationes
obſequia matronarum, varias qꝫ
illecebras. quibus etiam rigidiſſi
mi molliuntur animi. ⁊ ſyreneo cā
tu ad naufragia protrahuntur. qꝫ
ad ſpecioſas quaſqꝫ formas ocul⁹
quandoqꝫ inuitus attrahitur: qꝫ
aures ad obſcena dicta feruntur.

C ¶ Item. in paradiſū mēte trā
ſcendens. totiens in terrā nō
eris quotiens terraz deſpexeris. cō
cor. ad eliodorum. C. ¶ Itē. quanti
principes ciuitatum ob culpaz vel
inuidiaz ad inſulas deportati: ſine
p̄mio futuraqꝫ mercede abſqꝫ bal
neis perſeuerant ¶ Item. quanti i
medijs opibus ⁊ inter inſulas cō
ſulatus repētina morte ſb̄tracti ſūt

D ¶ Item. doceat ſexus infirmi
or. quante femine diuicijs
⁊ nobilitate pollētes relictis facul
tatibus pignoribuſqꝫ cōtemptis
id facile iudicarunt quod tu ꝓprio
putaſti ore difficile. vide infra ad
Ruſticum. C. ¶ Item. multorum
animalium ⁊ volucrum proprie
tates. ⁊ inter ceteras de fenice. Sic
ſupra in expoſitione ſimboli. C.

¶ Ad principiam virginez de
vita ⁊ obitu marcelle.

A S Epe ⁊ multū flagitas
virgo chriſti Princi
pia: vt memoriam ſancte femine
Marcelle litteris recolam. ⁊ bonuz
quo fruiti ſumus ceteris noſcēdū
intimandumqꝫ deſcribam.

Z ¶ Deo ⁊ legentibus placere
deſiderans.

H ¶ Nota ſatis doleo: qꝫ horta
ris ſponte currentez. ⁊ me
arbitraris indigere precibus qui
merito plus accipiam qꝫ tribuam
beneficij tantarum recordatione v
tutum. ¶ Item nihil in illa lauda
bo niſi quod proprium eſt: ⁊ in co
nobilius. qꝫ opibus ⁊ nobilitate
contempta facta eſt paupertate et
humilitate nobilior. ¶ Item. Hic
ſequitur quomodo ſenem conſu
lem offerentem hereditatem reſpu
it dicens. ſi vellem nubere ⁊ non e
terne me cuperem pudicicie dedi
care: vtiqꝫ maritum quererez non
hereditatem. Illoqꝫ mandante poſ
ſe ſenem diu viuere ⁊ iuuenes ci
to mori: eleganter luſit. Iuuenis
equidez poteſt cito mori: ſed ſenex
diu viuere non poteſt. Qua ſenten
tia repudiatus: exemplo ceteris
fuit: vt ipſius virginis nuptias
deſperarent.

C ¶ Item. Vidue ſe domina
tu virorum caruiſſe letantur
querunt qꝫ alios: non quibus iux
ta dei ſententiam ſeruiant: ſed qui
bus imperent. Vnde etiam ⁊ pau
peres eligunt: vt nomen tantum
virorum habere videantur. qui ri
uales patienter ſuſtineant ſi mu
ſitauerint illico proijciendi. vide ſu
pra ad Oceanum de morte Fabi
ole. C. ¶ Item. ſemper enim prin
cipia in comitatu ſuo virgines:

a grauẽs viduas habuit · ſciẽs ex laſciuia puellarum de dominarum moribus iudicari · Et qualis que ꝙ ſit talium conſorcio delectari

¶ Item · raro procedebat in publicum · et maxime nobiliũ matronarum domos vitabat: ne cogeretur videre quod contempſerat. vide ad paulinum · ij · B ·

D ¶ Itẽ nulla eo tpe nobilium feminaꝝ nouerat Rome ꝓpoſitũ monachoꝝ · nec audebat ꝓpter rei nouitatẽ ignominioſum vt tũc putabatur et vile in popul' nomen aſſumere ¶ Itẽ · Ridebit forſã infidelis lector: me in mulierculaꝝ laudib9 immorari: ſed v̓tutes ſi ſexu ſꝫ aĩo iudicam9 · vide ſ̄ ꝓxima A · B

¶ Itẽ · hec ãnis plurimis ſic ſuam trãſegit etatem: ꝙ ante ſe vetulaꝫ cerneret quam adoleſcẽtulam meminiſſet fuiſſe: laudans illd platonicũ: phĩa eſt meditatio mortis

E ¶ Itẽ · quid in illa virtutũ q̄d ingenij quid puritatis quid ſãctitatis inuenerim · vereor dicere ne fidem credulitatis excẽdam: et tibi maiorem dolorem incutiam · recordanti quanto bono carueris · vide ſupra ad demetriã · B · ¶ Item · capitur vrbs que totũ cepit orbeꝫ ymmo fame periit anteꝙ̄ gladio · pauci qui caperentur inuenti ſunt ¶ Itẽ Chriſtus corda dura molliuit · et inter cruentos gladios pietas locum inuenit. vide ſupra ad pãmachiũ et marcellam · B ·

¶ Ad eandem expoſitio pſalmi xl · Eructauit · ij ·

A ¶ Cio me principia in expoſitiõe a pleriſꝗ reprehendi: ꝙ interdum ſcribam ad mulieres et fragiliorem ſexum preferaꝫ · vide ſupra proxima · D ·

Z ¶ Totũ canticũ cãticorũ

b ¶ Nota ſi viri de ſcripturis quererent: mulierib9 non loqueret · Si barach ire noluiſſet ad pretiũ delbora deuictis hoſtib9 non triumphaſſet · ponit demũ multarum mulieꝝ ↄmendabilia exẽpla Subdens Ruth heſter et Judith tante ſunt glorie vt ſacris volũinib9 nomina dederint · vide quod ſequitur et ſupra proxime · epi · D ·

¶ Item · ſi doceri a femina non fuit turpe apoſtolo · mihi quare turpe ſit poſt viros docere et feminas ¶ Item · quia de floribus et lilijs loqui cepimus · ſemperꝗ virginitas floribus comparatur · oportunum mihi videtur: vt ad florem chriſti ſcribens de multis florib9 diſputem ·

E ¶ Item · Eructauit ⁊c̃ · quomodo iuxta qualitatem ciboruꝫ de ſtomacho ructus erumpit · et vel boni vel mali odoris flatus indicium eſt · Ita interioris hominis cogitationem verba proferunt ·

¶ Item · ſcias virginitatem pudicicie gladium ſemper habere · per quem truncat opera carnis et ſuperat voluptates · Gentium quoꝗ error deas virginum finxit armatas ¶ Item · victoria domini: ſeruorum triumphus eſt · Magiſtri eruditio diſcipulorum profectus

¶ Item · O eccleſia filij tui

quos genuiſti tibi vertetur in pa
tres tuos. cuȝ de diſcipulis feceris
illos magiſtros. et in ſacerdotali
gradu oim teſtiomio collocatis

De prefacōe in traſlatione di
dimi de ſpuſcō.

A D Um in babilone ver
ſarer et purpurate me
retricis eſſem colonus.

Z Simplicita b Nota Au
te verboruȝ guſtioreȝ
magis locū extimo. q̄ ſaluatorem
mūdi q̄ frattis genuit parricidā
vide ē ad marcellā. v. C. Itē ma
lui alieni opis magis īterpres eē
q̄ vt q̄daȝ faciunt informis corni
cula alienis me coloribꝰ adornae
Itē q̄ hunc legerit latinorū furt
ta cognoſcet. et ɔtēnet riuulos cuȝ
ceperit haurire de fontibꝰ Item
impitus ſmone non ſciā.

De pfatione traſlacōis orige
nis ſup cātica ad damaſū.

A B Eatiſſimo pape dama
ſo Hieronimus. Orige
nes cum in ceteris libris.

Z Aiaduertis quanti ſūt illa ex
timanda que magna ſūt: cuȝ
ſic poſſint placere que pua ſunt.

B Nota. origenes cū in ceteris
libris omnes vicerit: in cā
tica cāticoꝝ ipſe ſe vicit Itē hos
duos tractatus quos in morem q̄
tidiani eloquii puulis lactentibus
q̄ compoſuit. fideliter magis q̄ or
nate interpretans. ſuum guſtum
ſenſum tibi non cibum offero

De prefatione tranſlationis
victorini martiris ſup apocalipſiȝ

A D Juerſos marina diſcri
mina tranſuadentes in
ueniunt caſus. ſi turba ventorum
fuerit vehementior formido eſt. ſi
terga iacentis elemēti moderatior
perſpicatium piratarum pertimeſ
cunt inſidias.

Z Si vita nobis comes fuerit
et dominus ſanitatem dede
rit: tibi noſtrum in hoc volumine
potiſſimuȝ ſudabit ingeniū Ana
tholi cariſſime.

B Nota. periculoſuȝ eſt et ob
trectatoruȝ latratibus pa
tens de egregiis viri opuſculis iudi
care. Item. iam tuum eſt dicere et
quos placeat colorare

De quadraginta duabꝰ man
ſionibus filiorum iſrahel

A I N ſeptuageſimo ſepti
mo pſalmo: quem iux
ta euangeliſtam Matheum ex per
ſona domini noſtri iheſu chriſti
dictum credimus.

Z Recte vie domini et iuſti am
bulabunt in eis. preuarica
tores autem corruent in illis.

B Prima manſio Nota. ni
hil prodeſt exercere vi rtu
tes niſi noueris creatorem: nec eti
am dei veneratio proficit ad ſalu
tem. niſi precepta conditoris im
pleueris Itē q̄ verba diuina et

eloquia ſcriptu[illegible]atum in iſtius ſe
culi & mundi rota tonitruus appel
lentur. pſalmiſta declarat dicens
vox tonitrui in rota. & dei patris
vocem in baptiſmo ſaluatoris au
dientes: tonitruum putauerunt.
iiij. ¶ Itē. ꝑparem⁹ nobis fortitu
dinem. aſſumam⁹ nobis ꝑfectum
robur: vt int̄ erroꝝ tenebras & cō
fuſionē noctis ſcā xp̄i lumē ap: at
dieſq; noſtri nutē habeant ꝓtegē
tem: vt his ducib⁹ ad terrā ſcām
ꝑuenire valeamus. ¶ .v. Itē. vbi
magnitudo gratie ibi magnitudo
diſcriminis. tēptatio ꝓbacōez: ꝓ
batio ſpem. ſpes parit ſalutē vi.
¶ Itē. nunq̄ ꝑus ocuit rerūt fon
tes puriſſimi: niſi vbi ingrōrum
doctrina ꝓrupit xi. ¶ Itē. hoc tā
gim⁹ poti⁹ q̄ exponam⁹ breuit̄ in
dicaſſe, ɔtēti xij. Itē Aliud eſt
vnā & aliud ē oēs grās poſſidere.
xiiij. ¶ Item. Oſtendit eos q̄ ſtāt
cadere poſſe: & q̄ ceciderūt reſurge
re. Poſitus enī eſt iſ̄us i ruinā &
reſurrectōz multoꝝ. vide ī ꝓxima
C. ¶ xv. ¶ Et in. xv. manſione habe
tur de iunipero q̄ ipſi⁹ ꝑrune coop
te ex eius cinere multo tpe ignē ɔ
ſeruant ¶ xvi. ¶ Mali punici vel g̃
nati arboris fruct⁹ in ſcriptura du
plicit̄ accipit̄. aut ꝓ eccīe gremio
q̄ turbā credentiū ſuo cortice tegit
aut ꝓ varietate ɔſonāciaq; v̓tutū.
xx. ¶ Vide q̄d ꝓſint funera. A vici
is nos retrahūt. introducūt ad v̓
tutū choros. & in xp̄o mōte pulcer
rimo habitare nos faciūt xxiij.
¶ Timor v̓tutū eſt cuſtos. ſecuri
tas ad lapſū facilis duz tormenta

formido ſeruaui grām q̄uā accepe
ram. xxiiij ¶ Si pauorez habue
ris ſollicitus eris. & ſi ſollicitus fue
ris leo in caulas ouiū īntrare non
poterit. q̄d ad ꝑpoſitos eccīarum
vel ad aie cuſtodiā ꝑtinet. xxv.
¶ Quid ſuauius diſciplina. q̄d eru
ditione melius. q̄d dulci⁹ dn̄o. guſ
tate & videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s.
¶ xxvij. ¶ Feſtio gradu ꝑgamus
ad magiſtros & eoꝝ teram⁹ limi
na. & precepta virtutū ac miniſte
ria ſcripturaꝝ vincula putem⁹ et
na. & q̄ xp̄i autē vincula ſunt volū
taria & vertuntur in amplexus.
xxxij ¶ Vbi mandatū ibi pecca
tum. vbi peccatum ibi offenſa. vbi
offenſa ibi mors. ¶ xxxiiij. ¶ Aa
ron plangitur. Iheſus non plan
gitur. in lege deſcenſus ad inferos
in euangelio ad paradiſum tranſ
migratio ¶ Item cum nos dei aux
ilio deſtitutos hoſtis inuaſerit. du
xeritq; captiuos: non deſperemus
ſalutem. ſed iterum armemur ad
prelium. poteſt fieri vt vincamus
vbi victi ſumus: & in eodem loco
triumphemus. vbi fuimus ante
captiui. ¶ xxxvij. ¶ Multe preſti
gie ſunt & innumerabiles laquei
quibus anime capiuntur huma
ne. Sed confidenter dicamus. La
queus contritus eſt: & nos liberati
ſumus. ac ¶ .xli. ¶ Nihil vt cre
bro diximus tam periculoſum eſt
q̄ glorie cupiditas: & iactantia: &
tumens conſcientia virtutum.
¶ xlij. ¶ Nec femineus a poſſeſſi
one dei ſexus excluditur.

¶ Dē q̄drageſimali ſermōne

A A Poſtolica dilectiſſimi doctrina nos āmonet

Z ¶ Patrē nrm̄ q̄ in celis ē. b ¶ Nota. edificiū ſine ope ſui nō ſub ſiſtit artificis. nec fabrica nrā ēē poſſ3 incolumis niſi ei ꝓtectio ꝓfuerit cōditoris. vide ad fabiolā. D. ¶ Itē. omnia plena piculꝫ. oīa plena ſūt laq̄is. icitant cupiditates. inſidiant̄ illecebre. blādiūtur lucra. dāna deterrent. amare ſūt obloq̄ntium lingue. nec ſēp veracia ſūt ora laudantiū. ide ſēint ō diū. huic decipit officiū ⁊ facilius eſt vitare diſcorde q̄ꝫ declinare fallacē ¶ Itē difficile iniquoꝝ euadit obprobria: cui eſt amica iuſticia. vide ad damaſum. v. D.

C ¶ Itē. nemo eſt tāta firmitate ſuffultus: vt de ſtabilitate ſua debeat ēē ſecur⁹. dicēte aplo. q̄ ſtat videat ne cadat. vid' s̄ prima xiiij. man. ¶ Itē neo paciam bonitatis dei de pctōꝝ ſuoꝝ ipunitate ɔtēnat. nec iō illū extimet nō offēſū qꝛ nedū eū eſt exptus iratū ¶ Itē hoc tpe miteſcat ſeuicia. māſueſcat iracūdia. remittāt ſibi oēs inuicē culpas ſuas. nec ſit exactor vindicte qui petitor eſt venie.

D ¶ Itē. nihil ē digni⁹ q̄ꝫ vt hō ſui ſit auctoris imitator. ⁊ ſm modū ꝓprie facultatis diu imiſit operis executor.

¶ De q̄ndecim ſignis iudicij

N On vidi hanc ad cōtextum. Curioſus tn̄ illā iq̄rat i pma legēda fratris iacobi an̄ mediū

¶ Ad Ruffinū preſbiterum de iudicio ſalomonis in interfectōne paruuli.

A M Ultū in vtrāq3 ꝑtē crebro fama mētit. ⁊ tam de bonis mala q̄ꝫ de malis bona falſo rum ora concelebrant. vide ſup ad fabiolam E.

Z ¶ Man⁹ dextre vſq3 i pñtē diē q̄ iſta dictaui vuln⁹ ſuſtinueri

B ¶ Nota ſalomonē timuit oīs iſrl. q. .ſ. eū māifeſta nō fugerēt: q̄ tā prudent abſcōdita depꝛehēdiſſ3 ¶ Itē. nō dicim⁹ eccīam ꝑmāſiſſe meretricē: ſ3 fuiſſe. Sic ſymō leꝑſus nō erat cū recepit hoſpicio ſaluatorē ſ3 ꝑus fuerat. Et mathe⁹ publican⁹ di. nō qꝛ māſerit publican⁹ ¶ Itē. in lectulo egrotātes vix notario ſcribēda dictauim⁹: vt nō materiam impleremus ſed ne tibi in amicicia principio aliquid impetranti negare videremur.

C ¶ Item. ignoſce ſi ſcatens oratio ſolito curſu non fluat. nō eīn eodē3 labore dictamus quo ſcribimus. qꝛ in altero ſepe ſtilum vertimus iterum que digna ſunt ſcp̄turi. in altero quicquid in buccam venerit celeri ſermone cōuoluim⁹. vide ſupra ad damaſum de filio ꝓdigo D. ⁊ infra ſuper zachar. in fine. Super Abdiā3 vero ſic dicit. Aliud ē ſepe ſtilum vertere ⁊ que memoria digna ſūt ſcribere. aliud notariorum articulis preparatis reticendi pudore dictare quod cūq3 in buccam obuenerit

¶ Sup epi nota ad galath. li. iij. in pn. ¶ Sic dicit accito notario: ꝯ ſtatī dicto qd̄ cūq; ī buccā venerit aut ſi paululum cogitare voluero melius aliqd̄ platurus: tūc me ta citus ille rep̄hēdit: manū contra hit: frontē rugat. ⁊ ſe fruſtra adeē toto geſtu corpis ꝯteſtatur. Orō autē niſi ſui autoris fuerit manu li mata nō eſt nitida: nec habet mix tam cū decore grauitatē: ſ; in modū diuitū ruſticoꝛu; opibus ſuis ma gis arguitur ꝙ exornatur.

## Ad eundem. ij.

A Olui te Rome moratū ſi ſermo xp̄i9 iudicauit

Z ¶ Figuratis lau dib9 delectari. b ¶ Nota vera amicicia quod ſentit diſſimulare nō debet. vide ad Aug9. iij. B. ¶ Itē. aut bona ſūt q̄ appetimus ⁊ non ī digent alterius auxilio: aut mala ⁊ peccantiū multitudo patrocinīū erroti non parit. vide ꝯ contra Suzā nam E. ¶ Itē. ſcias me non iuxta plautinā ſētentiā: vr̄ a manu lapi dem tenere ⁊ altera panē offerre.

## ¶ Ad eūdē de bonoſō. iij.

A Plus deum tribuere ꝙ rogatur.

Z ¶ Amicicia que definē pōteſt. nunꝙ vera fuit.

B ¶ Nota. Nō credebā certū qd̄ certū eē cupiebā. p̄ſertī cū ⁊ ille ab alio audiuiſſe ſe diceret. ⁊ rei nouitas fidē ſmonis auferret.

¶ Itē erat nobiſcū helias ſcē mela ne famulus: q̄ puritate morū ma culam ſeruitutis abluerat. ¶ Itē. boroſus tu9 p̄mo meus ⁊ vt veri9 dicā noſter: ſcalā p̄ſignatā; iacob ſōniante iā ſcandit: portat crucem ſuā: nec de craſtino cogitat. nec p9 tergū reſpicit: ſeminat ī lacrimis vt in gaudio metat. ⁊ ſacramēto moyſi ſerpētē in heremo ſuſpendit

C ¶ Itē. horrent ſacco mēbra de formia: ſed ſic meli9 obuiā xp̄o rapiet ī nubib9. ¶ Itē impug nabit ſathanas ſed triumphabit xp̄s. ¶ Itē multe ſūnt manſiones apd̄ patrem. ⁊ ſtella ſtelle differt in claritate. vide ad paulam ⁊ euſto chium. D.

D ¶ Item obſecro te ne amicū qui diu queritur vix inue nitur: difficile ſeruatur: pariter cū oculis mens amittat.

## ¶ Ad Ruſticum narbonenſem epiſcopum de ſeptem gradibus.

¶ Eſt autem ſciendum ꝙ ſep tem gradus nominat. foſſarios. hoſtiarios. lectores. ſubdyaconos dyaconos. preſbiteros. ⁊ epiſco pos. Et videtur ꝙ foſſarij eſſent de putati ad corpora ſepelienda. Mi ror tamen de hoc cum per Gayum papam et martirem ordo gradu um expreſſis exorciſta ⁊ accolito fuerit deſignatus. Qui Gayus pre eſſe cepit annis domini. cclxxviij. ⁊ ſic multum preceſſit tempora be ati Hieronimi. vt hec patent in cronicis.

A ¶ Sufficere quidem fidei tue arbitror conuerſationem ſãctam quam habes· qualis eſſe iam debes ſtilo fauente deſcripſi in alio libro·

Z ¶ Hoc tñ iuſſi ab omnibus cõdem mandũ: quod aut ↄſuetudo eccleſiarum aut diuinorũ librorum ſcripta non retinent·

B ¶ Nõ in multis xp̃i grã fine operib9 cõprobatur· ⁊ ceſſãte merito cõuerſacõis ⁊ vite ſola dei dona fructificant· ¶ Item· nõ pudeat pauliſper minorem eſſe cũ diſcis ¶ Itẽ· id quod iam pridem in conſecratione cõſecutum eſſe te credis: teſtat vt capias· ne minor inueniaris in chriſto q̃ in mundo interim nomineris·

C ¶ Item· eligas abiectus eſſe in domo dei: q̃ habitare ĩ tabernaculis pctõruz ¶ Itẽ· omnes ſcripturas mente parere· totum canonem lege: atq3 habens añ oculos exempla ſãctorum: imitare q̃d bonum eſt: emulare quod ſãctum eſt· ¶ Item· potẽtum perſonas· diuitum noticias· ſalutantium obſequia ita accipe: vt pauperem non contriſtes·

D ¶ Itẽ· qui ſcit preterita de futuris eſtimet ¶ Itẽ ſecũ ſ[illegible] uis eẽ te ↄuenit· atq3 ita ĩ õib9 p docere· vt qui tũq3 audiunt: cõuerſatione tua magis q̃ ſermone ꝓficiant ¶ Itẽ· religionis ⁊ ſãctitatis eſt ꝙ epiſcop9 diceris· non romani cenſus aut iuris· ſi hoc vis eſſe quod factus es: ſerua ordinem tuum locumq3 cuſtodi.

E ¶ Itẽ· ſi tu caput es: p̃ſbuz tibi officia neceſſaria ſũt· ⁊ ĩfra· ſequit officio dyaconi ſacerdos· ſicut ⁊ dyaconus ſacerdotis· Nec diues ſine paupere· nec pauper ſine diuite poteſt eſſe· ⁊ hoc ſecũduz interponitur canoni· xciij· diſ· dyaconi vltimo· poſt quod ſequitur c· xcv· di. Ecce ego dico· ¶ Item· preualente ignorantia regnat auaricia· que radix omnium malorũ ẽ: inquiſitio ydolorum· ⁊ hoc eſt malum quod difficile ſeparatur· qui aut habendi voluntate aut paupertatis timore teneatur· ¶ Itẽ· tibi ↄuiuium chriſtus· lectio chriſtus· quies chriſtus· cogitatio chriſt9· atq3 imperãs mundo· pharaonis deus es poſtq̃ vniuerſa viciſti·

¶ Ad Ruſticum monachum de penitentia· de hoc de pe· diſti· iij· ſepties· ⁊ cap· totam· ⁊ cap· agab rex·

A Quod ignoro: ſ ad ignotum audeo ſcribere·

Z ¶ Quoniam mandata tua nõ ſum oblitus:

B ¶ Nota· nil ſic offendit deum vt deſperatione malorum herere prioribus· ⁊ ipſa deſperacõ incredulitatis iudicium eſt· ¶ Itẽ Scire non poſſumus egrotationis mala: niſi cum fuerit ſanitas conſecuta· ⁊ quantum boni virtus habeat vicia demonſtrant· clariuſq3 fit lumen comparatione tenebrarũ Hic interponitur c· totam penitentiam· ⁊ c· achab· de penitentia diſtinctione· iij·

¶ Itē. nullū in medio ſpaciū:
mors ꝛ vita ſibi contraria ſunt: ta
men penitentia copulantur. Hic i
terponitur c. ſepties. de pe. di. iij.

C ¶ Itē. ſi in celo pc̄tm̄ q̄ntoma
gis in terra. ſi delictū in his
qui carent temptatione corporea:
quantomagis in nobis qui carne
fragili circūdamur. ¶ Itē hec om
nia per pulcerrima ſcripturarum
prata diſcurrens in vnum volui ↄ
gregare ¶ Item imitare eam quā
docere debueras. ꝓpudor: fragilior
ſexus vincit ſeculum. ꝛ robuſtior
ſuperatur a ſeculo. vide ſupra ad
preſidium. D.

¶ Ad eundē de vita monachi
de hoc. xvi. q. i. eccleſia habꝫ ꝛ c. ſic
viue. ꝛ c. ſi clericat⁹ de con. di. v. nū
q̄. ꝛ ce fauor ꝛ honor religioni de
bentur. breuitatis ꝛ numeri regule
hic frāgentur. nec notabilia mul
ta iſtius epiſtole in illis trāſſump
ta canonib⁹ hic ponentur. ij.

NIhil eſt xp̄iano felici⁹
cui promittuntur reḡ
celoꝝ. nihil laborioſius qui q̄tidie
piclitatur. nihil fortius qui vincit
dyabolum. nihil imbecillius qui ī
carne ſupatur. Cuiuſq꞉ rei exēpla
ſunt plurima. latro in cruce credi
dit. ꝛ ſtatim audire meruit: hodie
mecuꝫ eris in paradiſo. Judas de
apoſtolatus faſtigio in proditio
nis tartarum labit: nec familiarita
te cōuiuij. nec intinctione bucelle.
nec oſculi gratia frangitur: ne ho
minē tradat quē filiū dei nouerat

Z ¶ Si habēs ſubſtantiam vēde
ꝛ da pauperibus. ſi non ha
bes: grandi onere liberatus es. nu
dum xp̄m nud⁹ ſequere. durū grā
de difficile. ſꝫ magna ſūt premia.

B ¶ Nota. Non tanta ſequitur
poſt victoriam gloria: q̄n
ta ignominia poſt ruinam ꝛc̄. ſcio
me offenſurum q̄ꝓ plurimos: q̄ ge
neralem de vicijs diſputationem
ſuam referūt contumeliam: ꝛ duꝫ
iraſcūtur ſuam ↄſcientiam iudicāt
vide ſ. ad marcellam de bonoſo. ij.
B. ꝛ ad nepocianum. C ¶ Itē pru
dentis non eſt in admonitore ma
ledicta cōgerere. q̄ ꝛ ſi eiſdem tene
atur criminibus: in eo melior ē q̄ꝛ
illius ſibi delicta nō placēt. ¶ Itē
noui quaſdaꝫ maturiores etate ꝛ
pleraſq꞉ generis libertini adoleſcē
tibus delectari: ꝛ filios querere ſpi
rituales. paulatiq꞉ pudore ſupera
to pfecto matrum nomine erumpe
re in licenciam maritalem.

C ¶ Item modicus ꝛ temperat⁹
cib⁹ ꝛ carni ꝛ anime vtilis ē
Matrem ita vide: ne per illam aliā
videre cogaris: quarum vultus cor
di tuo hereat ꝛ tacitum viuat ſub
pectore vulnus. Johannes bapti
ſta ſanctam matrem habuit: pō
tifici ſꝫ filius fuit. ꝛ tamen nec ma
tris affectu nec patris opib⁹ vin
cebatur: vt in domo parentum cum
periculo viuerꝫ caſtitatis: viuebat
in heremo. vt oculis deſiderātib⁹
chriſtum nil aliud dignaretur aſ
picere. ꝛ ī. mihi opidum carcer ē
ꝛ ſolitudo paradiſus. Hic interpo
nitur c. ſi clericatus. xvi. q. prima.

¶ Item. in ſolitudine ſubripit ſu
perbia. ad quos gula popoſcerit.
porrigit manum dormit quantum
voluerit. nullum veretur. omnes ſe
inferiores putat. Quid ergo ſolita
riam vitam reprehendimus: mini
me q̃ppe quā ſepe laudamus. Sed
de ludo mōaſterioꝝ huiōi volum⁹
aggredi milites quos heremi du
ra rudimenta non terreant. q̃ ſpeci
em cōuerſationis multo tp̄e didi
cerint. q̃ fuerint oīm minimi: vt oī
um fierent primi. quos nec eſuries
aliqñ nec ſaturitas ſupauit q̃ pau
pertate letētur. quoꝝ habitus ſer
mo inceſſus ⁊ vultus doctrina vir
tutū ſit. hec etiam pulcre ꝓſeq̃tur
in epl̃a ad demetriā ante fi. vbi di
cit fortius in feminis predicta pce
dere. hic interponitur c. nunq̃ͣ de
con. di. v. ⁊ quod dixi in fine tercie
ptis. ibi. dū eſſez iuuenis ⁊ ſolitu
dinis ⁊c̃. ¶ Itē nubere mihi non li
cet: ⁊ fornicari libet. verbuz adoleſ
cētis cōtra carnis ſtimulos arte ſ
uati. vide ī vita pauli heremite. B.
D ¶ Itē. nulla ars abſq3 magrō
diſcitur. ⁊ multa animalia
⁊ ferarum greges ductores ſequū
tur ſuos. in apibus ⁊c̃. vij. q. v. ⁊ ibi
poſt finem illius c. ſeq̃tur. in naui
vnus gubernator. in domo vn⁹ do
minus. in quouis grādi exercitu v
nius ſignū ſpectatur ¶ Itē. ad hoc
noſtra tēdit oratio: vt doceā te nō
tuo arbitrio dimittēdum. ſed debe
re viuere in monaſterio ſub vnius
diſciplina cōſortioq3 multoruz. vt
diſcas ab alio humilitatē. ab alio
pacientiam. hic te ſilentiuz. ille do
ceat manſuetudinem. non facias
qd̄ vis. comedas qd̄ iuberis. ſubi
ciaris cui non vis. laſſus ad ſtratū
venias ambulansq3 dormites. ⁊
nonduz expleto ſomno ſurgere cō
pellaris ⁊ ꝑpriorem monaſterij ti
meas vt deū. diligas vt parentem.
credas tibi ſalutare quicq̃d ille p̄
ceperit. nec de maioris ſententia iu
dices: cuius officiū eſt obedire ⁊ im
plere q̃ iuſſa ſunt ¶ Itē. aliqui ſub
latis in altū humeris. ⁊ itra ſe neſ
cio q̃d cornicātes: ſtupentibus in t
ram oculis tumentia verba truci
lantur vt ſi p̄conem addideris pu
tes incedere prefecturaz. Sunt ⁊ q̃
humore cellularum immoderatis
q3 ieiunijs tedio ſolitudinis ac ni
mia lectione dum dieb⁹ ac noctib⁹
in auribus ſuis perſonat vertūtur
in melancoliā: ⁊ ypocratis magis
fomentis q̃ꝫ noſtris monitis indi
gent. vide ad oceanum. v. C.
E ¶ Itē. in oleſcente paulatim ↄ
ſuetudīe: quod primū coge
baris velle incipies ⁊ delectabit te
labor tuus ¶ Itē non cōſideres q̃d
mali alij faciant: ſed q̃d boni tu fa
cere debeas. hic īterponitur c. ſicut
viue. xvi. q. v. ¶ Itez. cum adulato
res te q̃ſi impotem mentis affece
rint. ſi ſubito reſpexeris aut cicon
arum deprehēdes poſt te colla cur
uari. aut manu auriculas agitari.
aut eſtuantē canis linguā ꝓtēdi.
F ¶ Itē. nulli detrahas. nec in eo
te ſāctum putes ſi ceteros la
ceres. accuſam⁹ ſepe quod facim⁹
¶ Item. detrahentē non audias. ſi
cut em̄ ſagitta ſi mittat̄ ↄtra durā

materiam nõnunq̃ in mittentē re
uertitur ⁊ vulnerat vulnerãtem.
ſic detractor cũ triſtem viderit faci
em audientis: ꝑmo non audiētis ſꝫ
obturãtis aures ſuas: illico cõticeſ
cit. pallet vultus. herent labia. ſali
ua ſiccatur. ¶ Itē in omni cõditiõe
⁊ gradu optimis ꝑmixta ſũt peſſi
ma: ne ad ſcribendũ cito ꝓſilias. ⁊
leui ducaris infamia: multo tem
pore diſce quod doceas.

G ¶ Itē. veritas angulos non
amat nec q̃rit ſuſurrones
¶ Itē non eſt facile malum de per
fecta etate credendũ: quã preterita
vita defēdit ⁊ honorat vocabulum
dignitatis. verũ q꞉ homines ſumꝰ
⁊ interdũ cõtra annorũ maturitatē
puerorũ vicijs labimur. ſi vis cor
rigere apte increpa. ne occulte me
mordeas ¶ Itē. quid mihi ꝓdeſt ſi
alijs mala mea referas. ſi me neſci
ente pctis meis ꝑmo detractõibꝰ
tuis alterũ vulneres: ⁊ cũ omnibꝰ
narres ſic ſingulis loquariſ quaſi
nulli alij dixeris. hoc non ē me emē
dare ſed vicio tuo ſatiſfacere.

H ¶ Itē. iuxta miſerias huiuſ tē
poris ⁊ vbiq; gladios ſeui
entes. ſatis diues ē qui pane non
indiget. nimium potēs eſt qui ſer
uire non cogitur.

¶ Ad ſaluiaz de morte nebridij
q viduitate.

A ¶ Ereor ne officium pute
tur ambitio.

Z ¶ Vereor ignotis me diu īgē
rere auribuſ: ⁊ occultum iu
dicium legentium pertimeſco

B ¶ Itē. nil nocuit militanti ne
bridio paludamētũ ⁊ bal
teus ⁊ appatitorũ caterue. q꞉ ſub al
terius habitu alteri militabat. vi
de ſ̃ ad exupantiũ. B. ſicut ecõtra
nil ꝓdeſt vile palliolum. ſutna tu
nica. corporis ingluuies. ſimulata
pauptas. ſi nois dignitatē opibꝰ
deſtruant: ſi inter ſordes ⁊ inopiã
pctã non caueãt ¶ Itē. docet eſopi
fabula. plenũ muris ventrem per
anguſtũ foramen egredi non va
lere. ¶ Itē. fidele teſtimonium eſt
quod non habet cauſas mentiēdi

C ¶ Itē. ad ṽtutes illius ceteras
venlã: quas ſingulas ī pau
cis hominibꝰ repimus. ⁊ ĩ v niuer
ſũ ordinem palacij quo regal' fre
quentatur ambicõ ſic ſibi caritate
ſociarat: vt q̃ merito īferiores erãt
officio ſe pares arbitrarentᷓ. diffi
cile factũ eſt gloriã ṽtute ſupare.
⁊ ab his diligi quos p̃cedas. vide
ad vltimũ ī vita ſãcti hylariõis. C
¶ Itē quicq̃d ab īpatore petebat
erat elemoſina in paupes. p̃cium
captiuorũ. mĩa in afflictos. Vnde ⁊
ipſi principes libenter preſtabãt
qđ ſciebant non vni ſed pluribus
indulgeri. ¶ Itē. ſi dauid amicus
dñi ⁊ ſalomõ amabilis eius victi
ſunt quaſi homines vt nunc nobꝭ
ad cautionem ⁊ penitudinis ad ſa
lutem exempla preberent. quis in
lubrica via lapſũ non timeat.

D ¶ Itē. tu in mariti tumulo ſe
peliſti pariter oēs volupta
tes. vidua xpiana pudiciciã ſuaz
non ſolũ debet ei q̃ defunctꝰ ē: ſꝫ etiã
cũ quo regnatura eſt ¶ Itē vidua

miniſtros ſuos non cōtēnat, vt fa
mulos: ſꝫ erubeſcat vt viros. Scio
multas clauſis ad publicū foribꝰ
non caruiſſe infamia ſeruulorꝫ q̄s
ſuſpectos faciebat aut cultus ipu
dicus ⁊c. ⁊ Ꝫ non ambulet iuxta te
calamiſtratus procurator. non hi
ſtrio fractus in feminā. non canto
ris dyaboli venenata dulcedo. non
iuuenis cultus ⁊ nitidus. nil arti
um ſcenicarum. nil tibi in obſeq̄
is molle iūgatur. habeto tecū vi
duarꝫ ⁊ v̄ginū choros. habeto tui
ſexus ſolacia. ¶ Itē. Tarentinus
ad villicū negligentē. iā te verberi
bus necaſſem niſi iratus eſſem. idē
ſuper Iohelem.

E ¶ Itē in ſerico ⁊ in pānis eadē
libido dn̄atur. nec regū pur
puras tuū: nec mendicantiū ſpirit
ſqualores. multo meliꝰ eſt ſtoma
chū dolere q̄ͣ mētē. imperare corpo
ri q̄ͣ ſeruire. greſſu vacillare q̄ͣ pu
dicicia. nec ſtatim penitētie nobis
ſubſidia blandiant̄ que ſunt infe
licium remedia. ¶ Item in calce ſ
monis: queſo vt breuitate libelli.
non de inopia eloquij. vel de mate
rie ſterilitate: ſꝫ de pudoris magni
tudine extimes accidiſſe. Hic con
tinuatur terciū.

¶ Ad ſuniam ⁊ fretellaꝫ de cor
ruptione lr̄e in pſalterio.

A D Ilectiſſimis
fratribus Z ¶ Er
go
dolatorium dici poteſt

H ¶ Nota. quis enī crediderat
vt barbara ligua hebrai
cam quereret veritatem. ⁊ dormitā
tibꝰ grecis ipſa germania ſpūſ
ſancti eloquia ſcrutaretur. dudum
calloſa tenendo capulum manus.
⁊ digiti tractandis ſagittis aptio
res ad ſtilū calamūq̄ͣ molleſcunt
⁊ bellicoſa pectora vertuntur in mā
ſuetudinem chriſtianam. ¶ Item
quicq̄d de fonte proficiſcitur hoc q̄
ratur in riuulis. ¶ Itē. ſciendum ē
hanc eſſe regulam boni interp̄tis
vt in lingua alteriꝰ ſue lingue p̄
prietatem exprimat.

De teſtamento Geroncij.

A C Vncti mei ſenſus affe
ctus vobis vaco. et ſi
iterim loco ſegreger. naꝫ ⁊ videre
nos mihi videor ⁊ audire. tam me
occupatum habet noſtra dilectio

Z ¶ Poſſideat ergo ille pecuniaꝫ
nos ſepulcrū. ille imagines eſ
carū: nos requiem propheticā.

b ¶ Nota. hereditatē illam nobis
arbitror contēnendam: nec
aliquid a iudice ſeculi poſtulan
dū. Quoniam enī illos vultis audi
re qui etiam ſuo iudicio neſciūt ve
ritatē. q̄ñq̄ḋ pilatꝰ ex ipſorꝫ curia
ſic loquitur ad dominuꝫ. quid eſt
veritas. ¶ Item. veritatis ignora
tio interrogationis eſt actio. ⁊ pa
tet ibi veritas non eſſe vbi ſūt mē
tita negocia. ¶ Itē. Quid quaſi no
ſtrum apud tribunalia repetimꝰ:
ſi preſcribente apoſtolo nihil intu
limus in hunc mundum. verū nec
ferre quid poſſumꝰ Si enim nihil
intulimus veniendo: ⁊ nil auferre
poterimus abeundo: falſo aliquid
noſtrum hic eſſe dicimus. ⁊ quid

iudex ſeculi tribuere potuit: ſi nil
natura donauit.

C ¶ Jtē. barrabā deo iudici pre
ferūt: q̄ ad iudices ſeculi cō
uolarūt. in quo vtiqȝ p̄ fid⁹ popu
lus nō reū ſed reatū accepit ¶ Jtē
ſenſus q̄dem ſūnt porte: p̄ quas ad
animā nr̄ām ſeculi blandimenta
deſcendūt: ⁊ p̄ quas ſenſus carnis
introeunt. p̄ q̄s ni ſi late ſtrage fa
cta viam v̄tutibus q̄dam impieta
te fecerimus: nunq̄ȝ ad regē ȝ vere
p̄ꝛtatis p̄uenire poterim⁹. ¶ Jtē
noluit nobiſcū Geroncius in cele
ſtibus p̄tem habere: Cur vos p̄tē
cū eius ſenſū deſideratis in terris.
¶ Jtē. ſinite geronciū in nauicula
remanere cū retib⁹: dūmodo cum
ap̄lis diſcūbentes x̄p̄i iaceatis in
pectore. ¶ Jtē. vobis o filie exhere
datio iſta: future hereditatis in ce
leſtib⁹ fecit augmentū. vobis ſua
mundus ipſe ſubduxit: vbi vos
non ſuas eſſe cognouit. p̄mo diris
diues ardorib⁹ laſaro in ſinu pa
tris abrahe recūbente torq̄tur.
¶ Jtē. ſicut preter hanc vitam ē vi
ta beatoꝝ. ita preter hanc mortē ȝ
eſt mors alia impioꝝ. ſed int̄ hāc
⁊ illam vitam ⁊ mortē hoc ītereſt
q̄ iſte nature ſūt. ille vero merito
rum. ac ſi duplex ſepulcrū nature
debetur ⁊ meritis: ⁊ ſatis de dupli
ci ſepulcro proſequitur.

¶ Ad theodoſiū ⁊ anachoritas
vt p̄ ſe orent.

A Q Vam vellem nunc ve
ſtro intereſſe cōuentui
⁊ āmirādum ꝯſortiū. licet iſti ocu
li non mereantur aſpicere. ⁊ totū ȝ
cum exultatione complecti.

Z ¶ Ad portam optati littoris
proſequatur.

B ¶ Nota veſtrū eſt vt volūta
tem ſeq̄tur affectus: meū ȝ
eſt vt velim. obſecrationū veſtra
rū eſt vt velim ⁊ poſſim. vide ſup̄
daniele. B. ¶ Jtē. nūc in medio ꝯ
ſtitutus elemento: nec regredi no
le nec p̄gredi poſſum. ſupeſt vt ve
ſtro oratu me p̄ueheat aura ſpiri
tusſancti.

¶ Ad theoderā de morte lucini.

A L Vgubri nūcio
conſternatus. Z
Ego dormio ⁊ cor meū vigilat.

B ¶ Nota. non merui illius vi
ri videre faciē: quē ī breui
tp̄e huc venturū eſſe credebam.
¶ Jtē. aduerſus mortis neccītatē ȝ
que fratres diuidit cariſſima in
ter ſe noīa crudelis ⁊ dura diſſoci
at. hoc ſolacio erigimur q̄ ī breui
ſumus viſuri eos q̄s abſentes do
lemus. ¶ Jtē. Gloria in excelſ̄ ac̄
in celo vbi non ē peccatū gloria ē
⁊ laus perpetua ⁊ indefeſſa preco
nia. in terra autem vbi ſedicō bel
la atqȝ diſcordie pax impetranda
eſt: non in omnibus ſȝ in his qui
bone voluntatis ſunt.

C ¶ Jtem. nos doleamus qui in p̄
lio ſtamus. vulnera accipi
mus. ſordidamur viciis. ¶ Jtem
ferem varijs deſiderijs ſemper diſ
centes ⁊ ad veritatis ſcientiam nū
q̄ȝ peruenientes. ¶ Jtem. lucinus
non ꝯtentus ſuo patrie largitate

misit hierosolimitane et allexādri ne ecclie tantū auri q̄ntū multorum posset inopie subuenir. q cū multi mirentur et p̄dicent. ego in illo magis laudo feruorem et studium scripturarum.

¶ Ad theophilum allexandrinū epm̄.

Beatissimo pape Theophilo Hieronim9. Meminit beatitudo tua: q̄ et eo tēpe q̄ nobiscū manebas nunq̄ ab officijs meus sermo cessauerit. Nec cōsideraui q̄d tu p̄ dispensatione tunc non feceris. s̄ q̄d me facere oueirz

Z ¶ Sup nephariā heresi quaz multa paciā geris: et putas ecclie visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate. multis sāctis displicet: ne dum paucorum pniam prestolaris. nutrias audaciam p̄ditorum: et factio robustior fiat.

B ¶ Nota. si duri iudicis sētentiaz crebra mulieris flexit peticio: q̄ntomagis paterna viscera interpellacōe sedula molliuntur. ¶ Itē. scito nobis nil eē āticqūs q̄ xpi iura seruare: nec patrū trāsferre terminos: sempq̄ meminisse romanā fidē aplico ore laudatam.

¶ Ad eundem. ii.

Super beatitudinis tue scripta percepi. emendantia vetus silentium.

Z ¶ Reor illum non audere nec velle te in aliquo ledere.

B ¶ Nota breuiter scribim9 q̄ totus orbis exultet: et in tuis victorijs glorietur. et ecclā cūq̄ allexandrie vexillū et aduersus heresim trophea fulgentia gaudens p̄ plo̅ru turba p̄spectet ¶ Itē ostendisti q̄ huiusq̄ taciturnitas dispēsatio fuerit non cōsensus. ¶ Itē sup susceptione cuiusdam: non debes cōtra vrbis hui9 dolere pontificē. q̄ tuis nihil lrīs p̄cepisti. et temerarium fuit de hoc q̄ nesciebat ferre sniam.

¶ Ad eundem. iij.

Beatissimo pape Theophilo Hieronim9. duplicem mihi gratiaz beatitudinis tue littere prestiterunt.

Z ¶ Scribe vt male germina accita vt ipse significas succidere falce non cessent.

B ¶ Nota. ne quaq̄ antiqu9 serpens sibulat: sed contort9 et euisceratus in cauernarum tenebris delitiscens: solez clarum ferre non sustinet. ¶ Item non timem9 odia subire quorundam. non eniz debemus hominibus placere sed deo. quamq̄ ardentius ab illis defendatur heresis. q̄ oppugnetur a nobis. vide sup p̄ scap. ff.

¶ Ad eundem. iiij.

Beatissimo pape Theophilo et c. Ex eo tempore quo beatitudinis tue accepi epistolas victo pascali libro.

Z ¶ Libros quos dudum te scripsisse nunciasti: vel legendos nobis vel vertendos transmitte

b ¶ Nota optime nosti iuxta veterem sētentiam nō eē tristē

eloq̄ntez: maxime ſi ab egritudiēz
animi accedat corpis egritudo· vi
de ſup pſap· li v B· ¶ Item in his
laudare te vereor ne aſſētandi cri
men incurram· optimus liber eſt
⁊ in phiſicis: ⁊ agens ſuſceptam
cām abſq3 inuidia pſonarum·
¶ Itē· obſecro vt tarditati mee ig
noſcas· ita em̄ cūcte ⁊ venerabilis
paule dormitatione confectus ſuz·
vt abſq3 tranſlatione huius libri
vſq3 īmpr̄ntiarum nihil operis ſcp
ſerim· pdidimus em̄ vt ipſe noſti
repente ſolacium· Quod vt conſcīe
noſtre teſtis eſt dominus· non ꝓp
ter ꝓprias neceſſitates ſed ꝓpter ſā
ctorum refrigeria quibus illa ſolli
cite ſeruiebat·

## ¶ Ad theſifontē vrbicum que ſibi vitanda ⁊ de libero arbitrio·

Non audacter vt falſō
putas: ſed amator ſtu
dioſeq3 feciſti vt mihi nouam ex
veteri mitteres queſtionem·
¶ Cum manu ſentire aliud
comprobentur·
¶ Nota· que poteſt maior eē
temeritas q̄ʒ dei ſibi: nō di
cam ſimilitudinem ſed equalitatē
vendicare: ⁊ breui ſententia omni
um hereticorum venena complecti
¶ Itē· q̄ʒ epiſtolaris breuitas n̄
poteſt omnia cōprehendere ſtricti
tibi vitanda deſcribam· ¶ Itē· Jo
uiniani· ſecūda queſtio tui igenij
diſciplina eſt· quicquid illi reſpon
ſum eſt· tibi reſponſū creditur· nec
fieri poteſt q̄ʒ diuerſus ſit illorum

exitus quorum eſt vna ſētentia
¶ Item· velle ⁊ currere meum
eſt· ſed ipſum meuz ſine dei
ſemper auxilio non erit meum· De
us largitur ſemperq3 donaturus
eſt· non mihi ſufficit q̄ʒ ſemel debit
niſi ſemper dederit ¶ Item· quis de
ſtruit liberum arbitrium· an ille q̄
ſemper gratias agit ⁊ quod cūq3 i
ſuo fluit riuulo ad fontem refert·
an q̄ dicit recede a me· q̄ʒ mūd9 ſuz
non habeo te neceſſarium· q̄ʒ dedi
ſti arbitrij libertatem· vide in expo
ſitione fidei· B· ¶ Item· queris q̄d
obijcere nobis ſolet porphirius· q̄
re clemens ⁊ miſericors deus i vl
timo venit tempore ⁊ non pri9 q̄ʒ
periret innumerabilis multitudo· ⁊
quam queſtionem apoſtolus ad
romanos ſcribens prudentiſſime: re
rum ignorans hec dei concedit ſci
entie· dignare igitur tu ⁊ iſta neſci
re: ⁊ que queris deo concede· poten
tia enim ſua nequaq̄ʒ te indiget
defenſore·
¶ Item· liberi arbitrij ſum9:
ſed ipſum vt diximus dei
nutritur auxilio· vide in expoſitiōe
fidei· B· ¶ Item· rogo que eſt iſta
argumentatio· poſſe eſſe quod nō
fuit· ⁊ fieri poſſe quod nulluz feciſ
ſe teſteris ⁊ id cuiq3 tribuere· q8
an futurus ſit ignores· ⁊ dare neſ
cio cui· quod in patriarchis ꝓphe
tis ⁊ apoſtolis nequeas compro
bare· ¶ Item· eccleſie victoria eſt·
vos aperte dicere quod ſētitis· aut
enim id reſponſuri eſtis quod et
nos loquimur· ⁊ non eritis aduer
ſarij ſed amici· aut ſi contraria nrō

dogmati dixeritis. in eo vincemus
q̄ omnes cognoſcēt ecclīe quid ſen
titis. Sententias enī nr̄as ꝑdidiſſe
ſuperaſſe ē. vide cōtra montanū. C.
¶ Itē. inminamini nobis mīſionem
quā vitare non p̄t niſi q̄ ōmino nō
ſcribit. vn̄ noſtis q̄d dicturi ſum⁹.
ꝛ reſpōſionem paretis. forſan vr̄ā
dicem⁹. ꝛ fruſtra veſtri igenij acu
etis ſtilū. ꝛ ꝫ. Feruet anim⁹ verba
cohibere non poſſum. ¶ Itē aduer
ſarios prouoco: vt oēs retro cartu
las ex integro diſcutiant. ꝛ ſi quid
vicij in eo ingeniolo repperierint ꝓ
ferāt in mediū: aut bona ecīt ꝛ ipō
rum calūnie cōtradicā. aut repꝛhen
ſibilia ꝛ fatebor errorem. malens
emendare q̄ ꝑſeuerare in prauita
te ſentētie. ¶ Itē. in ſcripturis ſcīs
iuſti appellantur zacharias elyza
beth iob. ꝛc. non q̄ omni vicio ca
reant. ſ; ex maiori pte v̄tutū. vide
contra pelagianos. D.

¶ Ad Tyraſiuz ſup morte filie
ſue. Hec eſt de illis q̄s frater Gui
gho negat fuiſſe Hieronimi. vide
ſ ad celanciā in titulo. ſ; in ſpeculo
hiſtoriali bene intitulatur Hiero
nimo.

A Benedicto ꝛ dilectiſſimo
pr̄i tyraſio Hieronim⁹.

Z Deus eos qui dormierunt cū
chriſto adducit cū illo

b ¶ Nota. nunq̄ ſpes cū dolore ꝯ
cordat. nec ſi deſſentit quā cū
q; iacturā. reſurgere credim⁹ nr̄os
ꝛ plangimus. q̄d faceremus ſi mo
ri tm̄modo p̄ciperet deus. ¶ Itē:
nihil abſtulit tuū. q̄ recipe digit⁹
eſt ꝓpriū. ¶ Itē. q̄d ꝑ dormiēte la
crimas ſūdis. q̄ſi neſcias quid i te
ipſō quotidie patiaris.

C ¶ Itē. ſicut non p̄t fides noſſe
q̄ doleat. ſic diffidentia ſola
doloribus inuenit ancilla ¶ Item
q̄n de ſpūalibus bonis quodcūq;
tractatur. nihil ē omnino de carna
lib⁹ ante oculos ꝓponendū ¶ Itē
cū ſit omnib⁹ cōmunis hic caſus
vanus dolor eſt: q̄ nec prim⁹ vide
tur eſſe nec ſolus.

D ¶ Itē. ſapienter debet dolere
q̄ dolet: ne ꝑdat ſine cauſā
q̄d dolet. nūc cōtra luctum ſumen
da ſunt arma vt ſpes nr̄a poſſit ha
bere victoriam.

¶ Ad trāquillū q̄uō origenem
legere debeat.

A Maiora ſpūs vincula eſ
ſe q̄ corporis. ſi olim
ambiebas nunc probabimus

Z ¶ Nos ſa
lutat

b ¶ Nota ꝓpter eru
dicōez. orige
nem legendū ſic arbitror. vt bona
eligam⁹ vitemuſq; cōtraria. iuxta
apl'm dicentē. omnia ꝓbate q̄ bo
na ſūt tenete ¶ Itē q̄ nimiū ducūt
in eius amorem vel odiū: mihi vi
dentur illi maledicto ꝓphetico ſub
iacere. ve illis q̄ dicūt bonū maluz
ꝛ malū bonum. vide ſup oſee. D.
¶ Itē. q̄ ſi amatores ꝛ oblectato
res eius: nil mediū appetant. ſ; to
tū aut ꝓbent aut improbent. liben
tius piam ruſticitatē q̄ doctā blaſ
phemiam eligam.
¶ De vera circūciſione ad te
traciam vel teraciam.

A Vperiori epl'a q̄ ex me
cōſultio nrā dep rōpſit
Z Forti aio eſto amen dico ti
bi hodie meaū eāſi padiſo
B Nota ſi ea vita quo ſolavi
ta eſt viueremus narracō
legis eius opus non erat ꝙ facili
us erat videre ꝙ loqui· qm̄ quidez
non in ſermone eſt regnum dei ſ3 i
virtute ¶ Itē· nihil ſine ratione p
deum nihil caſibus vt gentes lo
quūtur ⁊ nihil fortuitis nihil de
niq3 fortune illi eſſe licet· ceci ei ſūt
q̄ illam habere putant aliqđ pote
ſtatis ¶ Itē· non in carne palam:
ſ3 in occulto cordis iudei eſſe debe9
non lrā ſed ſpū· nam lrā oculis ſb
iacet noſtris· ſpūs nobis carnalē
refugit aſpectū vt laus iux̄ apl'm
ex deo non ex hominib9 ad q̄ratur
C ¶ Itē· ſi elemoſinas nrās tuba
per populū predicatura p̄ce
dat quas nec p officium miniſtrī
di dextraz cū ſiniſtra cōceſſum eſt
accipiemus ab hominibus hono
rem Subdit idē de iouiniano ⁊c̄
q̄ ſm hoīem nil req̄rit ſm deum di
uine v̄tutis gloriaz pmeretur· ad
didit xp̄s ſimilia· vt veritas locu
pletiori teſtimonio fulciret ¶ Itē
iubet· ne quis diſcipulorꝝ dicat ꝙ
ipſe eſt xp̄s· mira ratio: non vult
p̄dicari qđ gaudet itelligi· agnoſ
ci amat ⁊ odit oſtēdi· magis vult
ſe inuentū eſſe ꝙ pditum· vt v̄tus
ſua illū non fauore manifeſtaret ali
enus ¶ Itē· quicq̄d phibetur illi
citū eſt· a nullo ſe voluit digne ce
lebrari: dum a iuda proderetur.

hic copioſe interſerit de libro ſcrip
to intus ⁊ foris.
D ¶ Itē· minoris v̄tutis eſt ob
tinere in ſubſtātia deitatez
ꝙ deū ſpēaliter in deitate durare
¶ Itē· dixi de occulto circūciſionis
que putaui foē dicenda: ſup eſt vt
de ipſa circūciſione tractemus· q̄ fi
gura ſit ⁊c̄ qm̄ ſicut qui carnalit̄
naſcebātur in mūdo: carnaliter cir
cūcidebantur in lege. ſic nunc qui
ad celorū regna generātur ex v̄bo
p verbū circūciduntur a mundo·
¶ Item· dixit quidam propheta·
gentiū veritas predicatur ⁊ alget
E Item· qm̄ ſtrictim vniuerſa
dicenda ſunt: ne in longum
ſermo procedat ſeges mihi ōnes
ſimul iſrahelite gentis eſt inuadē
da: ⁊ in ea ipſius circūciſionis vē
tilandus effectus ¶ Item cur vox
clamantis ſi declinatur auditor:
opus eſt vtiq3 multitudo doctori.
locus ergo heremi eſt forma doctri
ne· ⁊ ipſa ſolitudo predicatio eſt
virtutum· ¶ Item magi morbus
per quos aliquid aut cupimus aut
metuimus aut dolemus· velut an
te pietatis aram ⁊ miſericordie al
tare fuerunt· vt vel in auro auari
cia· vel in thure ydolatria· vel in
mirra fieret domino ſubiecta mor
talitas.
F ¶ Item· Abrahe generatio lar
ga promittitur· Petro gene
ratio paſcenda committitur· ab il
lo iuſtificanda procedunt· in hoc
iuſtificata fundantur· ita quod il
le ſperat petrus accepit· illi dicitur

faciam te in gentem magnam.
huic dicitur. faciam te hominum
piſcatorem. illi dicitur. in ſemine
tuo benedicentur patrie gentium.
huic dicitur. iudicabis duodecim
tribus iſrahel. ac per hec ille fecun
ditate benedicti ſeminis impletur
hic ſemen illud euangelizaturus e
ligitur. ille fit pater gentium. hic
eas adiuuaturus adſciſcitur. abra
he pro filijs claritas monſtratur a
ſtrorum. ſed petro traduntur clau
ſtra celorum. vt videlicet nec in ea
ſine petro abrahe filius poſſit intra
re. ¶ Item. petrus non de circum
ciſione: ſed quod reliquit omnia glo
riatur. que ſunt hec omnia: cum pre
ter inſtrumentum artis piſcatorie
nil haberet. Omnia igitur que ad
concupiſcentias mundus ingerit.
que preputij dici poſſunt ſi congre
gantur ad lenocinia peccati. que
eo vehementius precidenda ſunt quoſ
cunt: ſi cum euentu mentite felicita
tis adulantur. ¶ Item. qui virtu
tis eſt heres: fiat et heres glorie.
G ¶ Item. ſolis ſine ſocietate
paulo ſola eſt claritudo mi
randa. ¶ Item. dixit que eſt ma
ter mea. cum verbum predicaba
tur a verbo. gladium quo circum
cidebat carnalia ſua conuertit in
viſcera. illa enim mater negatur a
filio: vt vera illa circumciſio doceа
tur. quoniam magiſter et parens
vite debuit viuere prout docebat
eſſe viuendum. ¶ Item. difficilius
fuit modum adhibuiſſe ſermoni:
quam argumenta queſiſſe.

H ¶ Item. obterende ſunt om
nes animi voluptates: re
linquenda delectationum ſtudia.
quoniam hec circumciſionis eſt
veritas: non figura. nitendum in
ſumma: vt cunctis naturalibus
amputatis conuerſatio noſtra ten
dat ad celum. quod fiet ſi ludi ſi io
cus ſi conuiuia ſi ſermo pene fami
liarium deſerantur. et que circumci
duntur areſcunt non viſu non au
ditu non tactu aut ſapore capit in
natura corporis naturam corpore
am non habere. ¶ Item ſi veli
mus deſpicere quod ſumus: mere
mur in melius eſſe quod ſumus.

## ¶ De vigiliarum libro vel ſermone.

A Signum eſt fratres ap
tumque prorſus.
Z ¶ Gratia domini noſtri iheſu
chriſti cum omnibus no
bis. Amen.
B ¶ Nota. ſtultum eſt ſatis ex
traneum. vt quia ipſi cur
rere non poſſumus: bene currenti
bus derogemus. ¶ Item. Ali
os effectus coronat. alios voluntas
pia letificat. ¶ Item. magis la
bor quiſque ſuſcipitur: ſi oculis pre
ponatur ipſius laboris vtilitas.
C ¶ Item. Chriſtus non ſo
lum verbis vigilias docu
it: ſed confirmauit exemplo. euan
gelio teſtante. quod erat iheſus per
noctans in oratione dei.

¶ Jtē. vigiliaꝝ vtilitas magiſ exꝫ
ercitio ſentitur: ꝙ loq̄ntis ſermōe
narretur ¶ Jtē. vigilando timor ō
mis excluditur. fiducia naſcitur. ca
ro maceratur. vicia tabeſcūt. cari
tas roboraꝫ. recedit ſtulticia. acce
dit prudentia. mens acuitur. error
obtundiꝫ. Criminū caput dyabol⁹
gladio ſpūs vulneraꝫ. q̄d plus ne
ceſſariū. q̄d cōmodius ſuaui⁹ ⁊ be
atius ¶ Jtē bona ē diurna medita
tio: ſed efficatior eſt nocturna. qꝛ p
diez nccītates ⁊ occupacōes detra
hunt mentē. nox āt ſecreta ⁊ q̄eta
oportunā ſe prebet orātibus ⁊ ap
tiſſima vigilantib⁹ ¶ Jtē. inutile ē
oculis vigilare ⁊ animo dormitaē
Cū ecōtrario in pſōna ecc̄ie ſcp̄tuā
teſtetur. Ego dormio. cor meuȝ vi
gilat ¶ Jtē. ſicut fum⁹ fugat apes
ſic indigeſta ructatio vertit ⁊ abij
cit ſpirituſſancti cariſmata.

E ¶ Jtē. tunc erunt acceptabiles
noſtre vigilie. tūc pnoctacō
tio ſalutaris. ſi cōpetenti diligēcia
⁊ deuocōe ſincera miniſterium no
ſtrū diuinis optatib⁹ offeraꝫ

¶ De vindicta ⁊ iuramēto ⁊ de
obediencia ⁊ ſcia.

A Reſumpcōeȝ meā excu
ſare conaret ſi me nō ⁊
tps ⁊ cauſa ſimulqꝫ tuerenꝫ ⁊ cari
tas. Et ſi magis ꝓpria v̄ba ꝙ diui
na vellem tuis aurib⁹ intimare. ac
cedit inſup qꝛ exhortacō nr̄ā habet
ex ſimplicitate fiduciā. ⁊ de verita
te v̄tutē. qꝛ non de imūdicia eſt ne
qꝫ de errore neqꝫ de dolo. hoc plane
p̄moneo: ne cōtemplacōe medioc
ritatis mee dn̄i verba deſpiciaſ

Z ¶ Ex quo fili⁹ dei fil⁹ hoīs fact⁹
eſt. Ex quo vetus fermentū iu
daice tradicōnis ē factū noua con
ſperſio. Ex q̄ agn⁹ nō in figura ſꝫ in
veritate comediꝫ. Ex q̄ ſm ap̄lm ve
tera trāſierunt ⁊ facta ſūt noua. Ex
quo iuſſum ē imagineȝ terreni ho
minis deponere ⁊ aſſumere formā
celeſtis. Ex q̄ cōmortui viuim⁹ ex
eo v̄tutibus ↄſurrexim⁹ in xp̄o.

B ¶ Nota. verū vt ea q̄ dicim⁹
manifeſta ꝓbacōne firme
m⁹. euidēcia de ſcripturis ponam⁹
exēpla. ⁊ꝫ q̄uis calix aure⁹ ſit ⁊ or
natu gēmaꝝ ac ſplendore pulcerri
mus. ſi in ſe venena ↄtineat: nonne
metalloꝝ p̄ciositatē letal poculi vi
rus offuſcat. ⁊ micantē ſpecieꝝ nito
rem violabit ¶ Jtē. ſine dīne legiſ
⁊ diſcipli̇e celeſtiſ ſcīa difficile quē
ꝙ poſſe ſaluari: non me⁹ ſꝫ diuin⁹
ſmo ꝓbabit: multas autoritates
īducit ¶ Jtē. pri⁹. noſſe oportet q̄d
iuſſum ſit. q̄d ve ꝓhibitū: vt ſcien
tes vtrūqꝫ ſuem⁹. Abſq̄ an ſcīaȝ
mādati īpoſſibile ē noſſe q̄d ſiat

C ¶ Jtē. peccat ille q̄ impata neg
lexerit. ſed plus peccat ille q̄
īterdicta nō ſeruat. ⁊ꝫ omni obla
tione ⁊ hoſtia preciosior ē obtem
perantia mandatoꝝ. vide ꝫ. ij. B.
¶ Jtem. quis hic preſumptionis
ſpiritus qui tantam in animo no
ſtro operatur audaciam: vt cum
ſanctos homines de leuibus etiaȝ
culpis videamus eſſe punitos: et
nos quotidie in maioribus ⁊ i plu
ribus delinquentes eternos in me
dia damnatione fore credamus

Jtē nobis intellcū̄ celeſtis iudi
tis diſpenſationē neſcientib⁹ : iniu
ſta videntur q̄ ꝑ cauſaꝝ ſcientiam
iuſta ſatis ⁊ recte facta ꝓbantur.
Rurſū. ea q̄ noſtro iudicio bona ꝓ
bantur. apud deum pleraq̨ reꝓ
ba ⁊ ingrata videntur.

D ¶ Jtē. xp̄ianis vexilla : crucis
ſūt delicie. Trophea nrē̄ vi
te : non pōpis ſ; miſerijs reportant.
Jn nrā claſſe viri fortes ob ꝓbria
ſciunt portare. ⁊ cē. tepidū diſcipu
lū non amat xp̄s. ¶ Jtē. ſi intēpa
te cib⁹ ſūptus. aut imoderate pot⁹
acceptus : leuē corpi febriculam ↄ
citant ⁊c. currit ad medicos ⁊ pro
carnali remedio ꝓmittūtur mune
ra. aurū argētū tradunt. qn̄q̨ mā
cipia vt cōſolant vite qn̄q̨ perituē
⁊ ꝓ eterna ſalute omnis ad modū
negligēs ē. ¶ Jtē. age. caue. curre
feſtina. Agē vt in ſpūalitate ꝓfici
as. Caue ne qđ accepiſti bonū in
cautus ⁊ negligēs cuſtos amittas
Curre vt non negligas. Feſtina.
vt celerius comprehendas.

E ¶ Jtē. de his tm̄ ſollicitudinē
habere debem⁹ ⁊ curā : q̄ no
biſcum traſferre poſſum⁹. ambiūt
terrena. gētiles q̇b⁹ celeſtia nō de
bent cōcupiſcūt pn̄tia q̄ futura nō
debūt ¶ Jtē. non q̄rim⁹ hoīm glo
riā teſtis ē deus ſ; ſalutem. nec ad
hoc loq̇mur vt hūanas amicicias
aucupem⁹. nec vt nos apud hoies
aliq̇d videamur. ſ; vt apud deum
magna hoies mereant ¶ Jtē. dixi
ſti hoc iure te mala malis reddere
⁊ cū iurātib⁹ iurare debere. q̄ ali
q̄n iurauit dn̄s. aut mala malis re

ſtituit. Scio primū. non omnia no
bis cōuenire ſeruis que domino cō
uenerunt : ne in compatione famu
lorū dn̄i videat iniuria. ⁊ ꝗ. Jura
uit dn̄s quaſi dn̄s : quem iurarē ne
mo ꝓhibebat. nobis q̄ſi ſeruis iu
rare non licet. q̄ domini noſtri le
ge iurare vetamur. verū ne in eius
exemplo ſcandaluz patiamur. ex
quo hoc tp̄e nos iurarē nobiūt : nec
ipſe iurauit. Et q̄liter de iuramēti
cauſa breui ſermone ſatiſfactuz ē :
ita ad vindicte negociū hunc eun
dem ſēſuz facile proſpicis poſſe ſuf
ficere. q̄ aliud nūc tempus gratie
in quo plenitudo ꝑfectionis adue
nit. aliud fuit legis. aliud prophe
tarum. Jnducit illud Mathei. quin
to. Audiſtis quia dictum eſt anti
quis. ⁊ cetera.

¶ Ad virginē exulem.

A S J deus ac dn̄s nr̄ ihus
xp̄s ſecuritatē. pacem
trāquillitatem. quietem. proſperi
tatem. leticiam. ⁊c.

Z ¶ Sic careo. habeo vſq̨ ibi. iter
feſtin⁹ aggreſſ⁹ ē q̄ celeri⁹ eas

B ¶ Nota. inſperati doloris eo
ſemp acerbior vis eſt : quo
magis repentin⁹ acciderit. ¶ Jtē.
amplectenda triſticia que gaudi
um parit : non eſt eius ↄſideranda
materia. quia ſepe per dulcedinē
fructus placet quod amarum hor
ruit in radice. ¶ Jtem. tanta ſit in
nobis futurorum fides : vt quodā
modo non ſētiamus nos illa ſuſti
nere q̄ patimur : ſ; ea potius arbi
tremur nos obtinere q̄ credimus.

C ¶ Itē. bellator vulneris dolorē
aut ɔtēnit aut nesc̄it: dū om
bus viuacitatis ſēſib⁹ ſolari vi-
tur cogitare victoriā. Et q̄ hyemis
tp̄e vadit ad balnea: p̄us aſperita
tē frigoris nud⁹ paciēt̃ accipit.
q̄ eū ſecura calefactio ɔſolat̃. Sub
dit de femina pariente ¶ Itē. q̄ ſciā
ſciam habere deſiderat. ſi diſcendi
non ſuſcepit tedia: pericie gaudia
adipiſci nō poterit. nec cuiuſq̄ȝ eru
dicōis q̄ſq̄ȝ habere ſufficiet gloriā
niſi eſtus fuerit an̄ p̄peſſus Subdit
de agricola ¶ Itē nauigātib⁹ lōgē
ſerenitatis ſpem pollicet̃ nimis va
lida ꝛ diuturna tēpeſtas. ſic ꝛ oīȝ
fere creaturaꝝ ſpem difficile exulta
tio aliq̄ niſi merore p̄eūte ſuccedit
D ¶ Itē. q̄d te ad tribulacōnis
paciāȝ: hūanis aut p̄ntis
vite p̄uocare conor exēplis. cū nul
lū pene ſciam⁹ fuiſſe ſāctoꝝ q̄ p̄cel
loſū hui⁹ tp̄is agonē abſq̄ȝ tribu
lacōe ꝛ tēpeſtate trāſierit ¶ Itē. ca
ſtigare videt̃ aliū: q̄ſquis ab eius
cōuerſacōe diſſentit. ſubdit de abel
¶ Itē. O Cayn ſi ſciſſes malū ſu
iſſe fratricidiū non negaſſes. ſȝ hec
eſt cōſuetudo peccātis. vt malū ſu
um ſemper velit negando gemina
re. ꝛ dicere ſe aut non feciſſe quod
fecit. aut bonū op̄atuȝ eſſe zelo: q̄d
eum cōſtiterit malo geſſiſſe liuorē
Et putas iniḱ q̄ illū faſcin⁹ latuerit
tuum: quem indigni muneris tui
cauſa non latuit.
E ¶ Itē. cū factum negas. ſciēſte
q̄d geſſeris cōfiteris: ꝛ aſpe
ritatē criminis ſuppreſſa ɔfeſſione
confirmas ¶ Item. dicit aliquis
qui vitare cupit inuidiam: timeat
pluribus innoteſcere vel placere. ſed
ecce iuſtus abel nullos habuit qui
bus innoteſceret vel placeret: ꝛ ta
men inuidie odium vitare non po
tuit. cum inuidia non tam huma
nas amicicias q̄ȝ ſolam iuſticiam
proſequatur. vnde nec ille abſq̄ȝ in
uidie infeſtatione eſſe potuit. qui
ſoli deo placere geſcierat. Subdit
de noe. aabraham. yſaac. ꝛ iacob.
ꝛ ioſeph.

¶ Ad virginem ſiue ad mauri
cij filiā. Hec etiā a fratre Guigo
ne negat̃ fuiſſe Hieronimi. vide ſu
pra ad celantiā in titulo. Et ſi loq̄
retur ſup̄ſcriptio de mauricio imp̄a
tore: certū eſt illum non fuiſſe tem
pore Hieronimi. ſed longe poſt tē
pore Gregorij. Si de alio nobili ſic
vocato loq̄tur potuit eē Hieronimi
Ex ſtilo āt q̄ ſatis vtriq̄ȝ ipſoꝝ cō
uenit. cuius fuerit diſcerni non p̄t

A QVantam beatitudinē
in celeſtibus virgini
tas ſancta poſſideat. poſt ſcripturā
rum teſtimonia etiam conſuetudi
ne eccleſie edocemur. qua diſcim⁹
ſpeciale illi ſubſiſtere meritum cu
ius ſpecialis eſt conſecratio.
Z ¶ Dum te imitari cōcupiſcit dei
ſacrificio ꝛ ipſe ſit dign⁹.
b ¶ Nota. dum ſponſarum modo
eas eccleſia domino cōſecrat
oſtendit eas habituras ſpirituale
connubium que ſubterfugerunt
carnale conſortium. ꝛ ꝟ. de his bea
tis Johannes ap̄lus loquitur q̄

ſequūtur agnū q̄uocūq̄ȝ ierit· q̄d
ita·vt puto intelligendūȝ eſt: nul
lum eis locū in celeſti aula claudē
dum·vt ſint eis cuncta diuinaꝝ
manſionū habitacula reſerata·
¶Itē·v̄ginem matrē habuit vir
go manſuetus: in ſe viris: ⁊ in ma
tre feminis v̄ginitatis prebens ex
emplū ¶Itē· tūc proderit magis
feciſſe q̄ꝫ iuſſum ē·ſi q̄d iuſſum eſt
feceris·nā q̄uo plus feciſſe gloria
beris ſi min⁹ aliq̄d non feciſti. ⁊ꝛ̄.
¶Itē·q̄d ꝓdeſt ꝓpter mundi con
temptū pudiciciam habere: ⁊ ꝓpꝫ
quod eaȝ habeas non habere· ⁊ꝛ̄.
quid proderit ſpreuiſſe quod lice
it: ⁊ exercere quod non licet·
C¶Itē· ōmib⁹ in cōe neccāria cōi
dūt ſmōe mōſtrari· iuſticia
ergo aliud nō ē q̄ꝫ n̄ peccare·nō pec
care ât legis p̄cepta ſeruare· pre
ceptoꝝ ât obſeruacō duplici gene
re cuſtoditur· vt nihil coꝝ q̄ ꝓhi
bentur facias: ⁊ cuncta q̄ iubentur
implere contendas·vide ē·ij·B·C
¶Itē· adā ſemel peccauit ⁊ mortu
us ē· ⁊ tu te viuere poſſe exīmas·
illud ſepe cōmittens q̄d adā dum
ſemel ꝑpetraſſet occiditur ⁊ꝛ̄·De⁹
hoīem morte mulctauit: non ꝓpter
arborum fructū: ſed ꝓpter mādati
cōtemptū·ergo non agitur de q̄li
tate pc̄ti: ſꝫ de trāſgreſſione māda
ti· ⁊ꝛ̄· Ade magis p̄cendū fuerat
q̄ adhuc nouell⁹ erat ⁊ nullius ā
te peccantis ⁊ ꝓpter id morientis
retrahebatur exemplo ¶Itē·v̄go
que peccat: eue nō marie cōparanda
eſt· non negam⁹ in p̄nti tēpore re
mediū penitentie· ſꝫ hortamur ma
gis p̄cemiū ſpērārē q̄ꝫ veniam·
D¶Itē·nephas eſt vt labia il
la quibus dn̄o cōfiteris ro
gas benedicis ⁊ laudas·alicuius
polluantur ſorde pc̄ti· ⁊ꝛ̄· Agnoſcē
tur a deo artifice non ad vicia ſꝫ ad
virtutes mēbra formata. ¶Itē·ſi
iuxta doctrinā apl̄i ſeruuȝ dn̄i liti
gaē non decet·q̄nto magis ancillā
cuius quo verecūdior eſt ſexus: ⁊
minus debet eſſe modeſtior ¶Itē·
lapis emiſſus eſt ſermo prolatus
quapropter diu anteq̄ꝫ proferan
tur cogitandus eſt ⁊ꝛ̄· Preciosa li
gua deo eſt: q̄ non niſi in diuinis
rebus nouit verba cōſtruere·
E¶Itē·ſancta magis eſſe q̄ꝫ vi
deri ſtude· q̄ꝛ nil ꝓdeſt extra
ri quod non ſit· ⁊ duplicis peccati
reatus eſt: non habere quod credi
tur: ⁊ q̄d non habeas ſimulare
¶Itē· creſcat tibi cū ānis grā·creſ
cat cū etate iuſticia· ⁊ fides eo ꝑfe
ctior videaṫ eē quo ſenior· ⁊ꝛ̄· Omē
tēp⁹ quo te non ſenſeris melioreȝ·
hoc te extima ꝑdidiſſe· ¶Item·ca
ue ne cui concupiſcendi occaſioneȝ
tribuas· quia ſponſus tuus zelās
eſt· criminoſior eſt chriſti adulte
ra q̄ꝫ mariti·

¶De viris illuſtribus. de hoc
ſecunda·queſt·vij·ſ·Item cum ba
laam in fine· proſequitur autem
c·xxxvi·viros illuſtres ⁊ eccleſia
ſticos ſcriptores· ⁊ vide ſupra a d
Auguſtinum·iiij·C· Et ob hoc in
prologo inuenitur contra celſum
porphirium ⁊ etiam contra Julia
num· quos dicit canes rabidos

aduerſus chriſtum: qui dicebant
eccleſiam nullos philoſophos et
eloquentes habuiſſe doctores.

A Hortatis dexter vt tran
quillum ſequens.

z ¶ Luculentiſſi
me cecinit.

b ¶ Nota ſi
qui illo
rum qui hucuſqꝫ ſcripſerunt a me
pretermiſſi ſint: ſibi non mihi im
putent. neqꝫ enim celantes noſſe
potui. et ſi alijs forte ſit notum: mi
hi in hoc terrarum angulo eſt igno
tum. et cum ipſorum ſcripta claru
erint nulla noſtri ſilencij diſpendia
ſuſpirabunt. ¶ Item. de philone
qui eſt vndecimus in ordine ait a
pud grecos vulgo dici. quod aut pla
to philonem ſequitur. aut philo
platonem: tanta ſenſuum et eloquij
eſt ſimilitudo. ¶ Item. in medieta
te ſequitur id quod quidaꝫ ponunt
pro prologo Hieronimi in libro e
piſtolarum ſenece. et ſic lucius anius
ſeneca corduben. photiſtoyci diſci
pulus et patruus lucani poete con
tinentiſſime vite fuit: quem non po
nerem in cathologo ſanctorum ni
ſi me ille epiſtole prouocarent que
leguntur a plurimis pauli ad ſene
cam et ſenece ad paulum. In qui
bus cum eſſet neronis magiſter:
et illius temporis potentiſſimus
optare ſe dicit eius eſſe loci penes
ſuos: cuius paulus ſit apud chri
ſtianos. hic ante biennium quam pe
trus et paulus martirio coronaren
tur. a nerone interfectus eſt.

c ¶ Item. ex ignatij qui decimus
ſextus eſt epiſtola ad roma
nos hoc ibi deſcripſit. De Syria vſ
qꝫ ad Romam pugno ad beſtias i
mari et in terra nocte et die ligatus
cum decem leopardis hoc eſt mili
tibus qui me cuſtodiunt. quibus
et cum benefeceris peiores fiunt. ini
quitas autem eorum mea doctrina
eſt: ſed id circo iuſtificatus ſum etc.
¶ Item. de hyreneo qui eſt tricesi
mus quintus dicit. quod in fine ſui li
bri aſſerens ſe tempori apoſtolorum
fuiſſe vicinum ſic ſubſcripſit. ad
iuro te qui tranſſcribes librum iſtum
per dominum noſtrum ihesum: et per
glorioſum eius aduentum qui iu
dicaturus eſt viuos et mortuos: vt
poſtquam tranſſcripſeris conferas et emen
das illum diligentiſſime ad exemplar
vnde ſcripſiſti. Hanc etiam obteſta
tionem ſimiliter tranſferas vt inue
niſti in exemplari. ¶ Item de tertuli
ano. liij. ponit quomodo paulus concor
dien. referebat cum beato cypriano
ſine adiectione nominis vocari ma
giſtrum: nec diem ſine eius lectione tranſire

d ¶ Item. de origene. lv. dicit. quod
dyalecticaꝫ. geometriam.
aritmeticam. muſicam. gramaticam. om
niumqꝫ philoſophorum ſectas ita didicit:
vt ſtudioſos quoſqꝫ ſecularium littera
rum ſectatores haberet et interpre
taretur eis quotidie. concurſusqꝫ
ad eum miri fierent. quos ille reci
piebat: vt ſub occaſione ſecularis
litterature in fide chriſti illos in
ſtrueret ¶ Item de ambroſio dya
cono. lvi. dicit illum reprehenſum
quod cum vir locuples eſſet: amici ſui
pauperis et ſenis moriens recorda
tus non fuit.

¶ Item · de Cypriano dicit · lxvij · q ingenij ſui radicem texere ſuperfluum eſt · cuius ipſius opera ſunt ſole clariora.

E ¶ Itẽ de dyoniſio · lxix · ponit q nouatiano cauſati · q inuit9 factus rome fuit epũs ſic ſcripſit · ſi inuitus vt dicis ordiatus es: pbabis hoc cũ volens ceſſeris ¶ Item de pamphilo · lxv · dicit q qdã ipſius volumina tanto gaudio ãplexatur: vt creſi opes habere ſe crebat Subdens · ſi ei leticia ẽ vnã epl'az habere martiris: quãtomagis tot milia v̄ſuum: que mihi videtur ſui ſanguinis ſignaſſe veſtigijs ¶ Itẽ de didimo alexãdrino · cix · dicit q captus oculis a pua etate et ob id elementoꝝ ignarus: tñ miraculũ ſui omnib9 pbuit · vt dyaleticã et geometriã que maxime viſu indigent vſq ad pfectũ didicerit · ſubdens multos libros quos fecit

F ¶ Itẽ de epyphanio · cix · dicit q eius liber ab eruditis ppter res: et a ſimplicioribus ppter verba legũtur ¶ Itẽ de Ambroſio mediolanẽ · epõ · c · xxiiij · ſic dicit · q ſupẽ meũ iudiciũ ſubtrahaz · ne in alterutrã ptem aut adulatio in me reprehendatur aut veritas ¶ Itẽ de gelaſio c · xxx · quem dicit amor accuãti et limati ſermonis · ſubdit q fertur quedam ſcribere ſed celare ·

¶ De v̄tutibus tribus

A Tres quodammodo virtutes dei aſſumẽs propheta fortitudinem ſapientiaz atq prudentiam: vnicuiq earum ppria opera diſtribuit dicens · dominus fecit terrã in fortitudine · etc ·

Z ¶ In ſecula ſeculoꝝ

b ¶ Nota quando ſapiẽtia dicitur diſciplinis te diuinarũ humanarumq inſtituit · quando iuſticia diſtributor et iudex meritoꝝ ſignatur · quando illa virtus deſcribitur que deo credentes efficit ſanctos · ¶ Item · affirmamus eos q̃ celeſtem hominem portant eſſe celeſtes · ſi enim ad peccatorem dicitur · terra es et in terram reuerteris · quare non dicitur ad iuſtum cui ius eſt regnum celorum · celum es et in celum ibis ¶ Item · aiunt naturalium cauſarum ſcriptores · q fulgura ex nubium colliſione fiunt in modum ſilicum duriorum · quibus dure coniunctis medius ex his ignis elabitur et cum fulgura tonitrua mugiunt · tonitruum autem ſonitum concurſus iudicat fulgur excuſſi luminis claritatem

E ¶ Item · Omnia contraria ſaluator aſſumpſit vt contrarijs ſoluat contraria ·

¶ Ad Vitalem preſbiterũ de Salomone et Achaz ·

A Non ſalomon et achaz vndecim annorum dicuntur genuiſſe filios · alias incipit zenon naurlerius per quez mihi dicis · et quod precedit ẽ titul9 ·

Z ¶ Noſtrã viciſſim per deſiderium miſſa ſuſcipe ·

B ¶ Nota· multa in ſcripturis di
cuntur que vniuerſaliter i
credibilia ⁊ tamen vera ſunt· neq̃
enĩ valet natura cõtra nature dñz
⁊ ponit de nato duob9 capitib9 et
q̃tuoꝛ manibus ¶ Itẽ· ponit de nu
trice ↄgnita a puero decẽnij ¶ Itẽ
in reb9 obſcuris diuerſas apponi
mus opiniones vt tam ſcribere q̃
loquĩ tibi coram videamur·

C ¶ Itẽ· q̃d ꝓdeſt herere in litte
ra cũ manifeſtiſſime ſcriba
tur· lrã occidit ſpiritus autem viui
ficat· ¶ Itẽ· in cõpendio precoꝛ vt
in amore quo nos appetere cepi
ſti ad finem vſq3 ꝑdures · nõ enĩz
cepiſſe ſ3 ꝑmanſiſſe virtus eſt·

¶ De vita captiui monachi qui
vocabatur malchus· ⁊ de hoc i hy
ſtoꝛ· li· xvij· c· xxij·

A QVi nauali prelio di
micaturi ſunt ante in
portu ⁊ in trãquillo mari flectunt
gubernacula: remos trahũt vt quẽ
admoduz i ſimulacro pugne didi
cerunt in vero certamine minime
pertimeſcãt·

Z ¶ Narraui ſcis caſti hiſtoriã
caſtitatis vos narrate pote
ris vt ſciant inter gladios inter de
ſerta ⁊ beſtias pudiciciam nunq̃
eſſe captiuam: ⁊ hominez xp̃o dedi
tum moꝛi poſſe ſupari non poſſe·

B ¶ Nota· prius exercere cupio
puo opere vt venire poſſiz
ad hiſtoriam latioꝛem· Scribere ei
diſpoſui ſi tamen deus vitam dede
rit ab apoſtolis vſq3 ad noſtri tẽ
poris fecem quomodo ꝑ quos

xp̃i eccĩa nata ⁊ adulta perſecuti
onibus creuit ⁊ martirijs coꝛona
te ſit· Et poſtq̃ ad xp̃ianos mundi
p̃ncipes venerit potẽtia ⁊ diuicijs
maioꝛ ſed virtutibus minoꝛ facta
ſit· ¶ Itẽ· erat illic ſenex noĩe mal
chus ⁊ anus valde decrepita tam
ſtudioſi ambo religiõis ⁊ ſic eccĩe
limen terẽtes vt zachariam ⁊ e'ly
ſabeth de euangelio crederes· niſi
q2 iohannes in medio non erat· de
his tamen curioſe ab accol' quere
rem: que nam eſſet eoꝝ copula
matrimonij: ſanguinis an ſpirit9
Omnes voce conſona illos ſãctos
⁊ deo placitos reſpondebant: qua
cupiditate illectus adhoꝛtus ſũ ho
minem ⁊ curioſius ſciſcitans rerũz
fidem· hoc ab ipſo reſponſum acce
pi· Ego inquit ⁊c· Malchi verba q̃
ſequuntur ¶ Item· clamare cepit
abbas meus dyaboli eſſe tempta
tionem· ⁊ ſub honeſte rei occaſione
antiqui hoſtis aſtuciam: ⁊ nunq̃
dyaboluz aperta fronte ſe prodere
Simile ad auguſtinum· v· B·

C ¶ Itez· ve mihi miſero vici peſ
ſimam victoꝛiam: reputans
illum non meam vtilitatem ſed ſu
um ſolacium querere· ¶ Itẽ· ſuſpi
cio in illis locis frequentiam via
toꝝ congregat: vt imminẽs pe
riculum auxilio mutuo declinetur
¶ Itẽ· muto habitũ ⁊ nudus ã
bulare diſco· nam aeris temperies
preter pudiciciam nihil aliud ve
lari patiebatur· traduntur mihi paſ
cende oues ⁊ in maloꝝ compa
tione hoc fruoꝛ ſolacio: q2 dños me
os ⁊ conſeruos rarius video·

D ¶ Jtē obſtupui imitatis vir
tutē femine·quā amplius
amaui ꝙ cōiugem· nunꝙ tamē il
lius nudū corpus intuitus ſūz,nū
ꝙ eius carnem tetigi·timēs in pa
ce pdere quod in prelio ſeruauerā
¶ Jtē aſpitio formicaꝝ gregez an
guſto calle ferre·videns onera ma
iora ꝙ corpa·ꝛ pſequit formicaꝝ
actus· ſubdens in tanto agmine e
grediens non obſtabat intrātib⁹
ꝙnymo ſi quē vidiſſent ſub onere
cōcidiſſe:ſuppoſitis humeris adiu
uabant ¶ Jtē bibimus vſqꝫ ad ſa
turitatē:futuri nos ſiti ꝑpantes·cū
curſim⁹ poſt terga ſp reſpicientes
E ¶ Jtē in itroitu ſpelūce ſimil tre
nos fouee credimus vltra nō
pgredientes·ne dū mortē fugim⁹
in curſerem⁹ in mortē.illud reputā
tes· ſi iuuat dn̄s miſeros habem⁹
ſalutē· ſi deſpicit pctōres habem⁹
ſepulcrū· multo grauior expectata
ꝙ illata mors eſt ¶ Jtē oculorum
iſtiuſmodi natura ē· vt poſt ſolē
vmbrā intrātib⁹ ceca ſint omnia·
¶ Jtē·vidimus camelos quos ꝓp
ter nimiam velocitatem dromeda
rios vocāt ꝑteritos cibos i ore volue
re:ꝛ aluo miſſos iteꝝ retrahere

¶ De vita pauli ꝑmi heremite·

A I Nter multos ſepe dubi
tatū ē a quo potiſſimū
mōchoꝝ herem⁹ habitari cepta ſit
Z ¶ Obſecro quicūqꝫ hoc legis vt
Hieronimi peccatoris memie
ris·cui ſi dominus optionē daret·
multo magis eligeret tunicā pau
li cum meritis eius:ꝙ regum pur
puras cum regnis.
B ¶ Notādū tūc xpiānis erat
p xpi nomine gladio pcu
ti· ſꝫ callid⁹ hoſtis tarda ad mortē
ſupplicia reqrēs volentes mori nō
pmittebat occidi ¶ Jtē de quodā
martire p meretricez temptato ſic
loquit·quē tormenta non vicerāt
ſupabat voluptas· tandē celicus i
ſpiratus ꝑciſam modicū linguaz
in oſculantis ſe faciem expuit·ꝛ ſic
libidinis ſenſū ſuccedens doloris
magnitudo ꝑripuit· vide ad ruſti
cū·ij·C ¶ Jtē·ſororis marit⁹ cepit
pdere velle quē celare debuerat·ꝛ
crudelitate qſi pietate vtebatur
C ¶ Jtē cupiditas hoim ē a vibu
is occulta cognoſcere·ſi· ſup
pſap·li·ij·C· ¶ Jtē paulo cibum ꝛ
veſtimenta palma ꝑbebat· q8 ne
cui impoſſibile videat·iheſū teſtor
ꝛ angelos eius:ꝙ in pte heremi q̄
iuxta ſyriam ſarracenis cōiūgitur
monachum vidi q̄ p·xxx·annos·
incluſus ordeaceo pane ꝛ luculēta
aqua viuebat·alter in ciſterna ve
teri qnqꝫ caricis per dies ſingulos
ſuſtentabatur ¶ Jtem·paulus ad
anthonium· expedit talis ſarcina
carnis abiecta agnum ſequi: ſed
ceteris expedit fratribus vt tuo ad
huc inſtruantur exemplo·
D ¶ Jtem·vos gemma bibitis
ille concauis manibus na
ture ſatiſfecit·vos in tunicis auro
textis: ille nec viliſſimi quidē man
cipij veſtri habuit indumentum·
¶ Jtem · pcite ſaltem diuicijs q̄s

amatis. aut mortuos veſtros auratis et obuoluitis veſtib9. cur ambitio inter luctus lacrimasqꝫ non ceſſat an cadauera diuitū niſi in ſerico putreſcere neſciunt. vide ſuper math. in fine.

De vita ſancti hylarionis.

Scripturus vitaꝫ beati hylarionis: habitatorem eius inuoco ſpiritūſanctuꝫ vt qui illi virtutes largitus ē: mihi ad eas narrādas ſermonē tribuat ſimile ſuper oſee. A.

Vtrobiqꝫ magna quotidie ſigna fiūt: ſed magis in ortulo cypri: forſan quia plus locū illum dilexit.

Nota tanti atqꝫ talis viri cōuerſatio vitaqꝫ mihi dicenda ē quod homerus ſi adeſſet vel inuideret materie vel ſuccumberet.

Itē contempſit mortem vt mortem euaderet. Itē latrones ad illuꝫ. quid faceres ſi latrones ad te venirent. q̄ reſpondit. nudus latrones non timet Ac illi. occidi poſſes poſſum inquit. ſed non timeo qui ſum mori paratus.

Item. Ad anime profectū ſingulos hortabatur dicens. huiuſmodi preterire figuram. et illam eſſe verā vitam que p̄ſentis vite mercaret incōmoda.

Itē. mirentur alij ſigna et portēta que fecit. mirent̄ incredibilē abſtinentiam ſcientiā et humilitateꝫ. Ego autē nil ita ſtupeo ꝙ gloriam et honorem calcare potuiſſe. vide ad ſalutinam. C. Itē ad palitiū ait In nomine domini noſtri iheſu xp̄i ſurge et ābula. mira velocitas adhuc verba voluebant in ore loq̄ntis et iam membra ſolidata ad ſtādum hominē ſubrigebant. Itē. in epiſtola ad paulinuꝫ ꝰ ſecūda ſic dicit hieronim9. Beatus hylarion cū palantinus eſſet. et in paleſtia viueret: vno tm̄ die vidit hieroſolimā vt non cōtemneret ſācta loca ꝓpter viciniā: nec rurſus deuꝫ loco cōcludere videret.

Ndubitatū eſt vitaꝫ ꝓrimiorum trium ſcripſiſſe hieronimum. ſed ſunt qui ā plius extimāt eū libruꝫ ſcripſiſſe ad fratres mōtis oliueti q̄ dicitur vita ſpatrum. ſibiqꝫ attribuūt quodā ꝓhemiū quod incipit benedictus dominus qui vult omnes homines ſaluos fieri. Et finit. ꝑfecte paciētie palmā requirāt. Et ibi ꝑmo ponitur vita iohānis heremite: que incipit. primū igitur tanꝙ vere fundamentū et finit. perexit ad dominū cui ē glo gloria in ſecula ſeculorum amen: quam nn cōpoſuiſſe hieronimuꝫ patet p ſtilum. Patet etiam ibi in tercia columna. v. ſed multa ſūt e9 geſta propter que et ſimilia idem puto de prologo. qua de re non inſiſto.

## Contra

Silere non debeo ꝙ ſub hac lrā ſui multū adiutus p reuerendum mihi patrem: ſed in deuocōne hieronimi cōfrēm: dominū freꝫ iohānem coci ordinis heremitaꝝ pariſius ſentēcias tūc legentem. Cum

em̄ libros cõtra luciferianū· cõtra
pelagianos. ⁊ contra ſuſānam in
ytalia inuenire non poſſez· Ipſe q̄
ex pfunditate ſcē humilitate cari
tate ⁊ conſcientie puritate ſue reli
gionis eſt decor: iam diu auidiſſi
mus in hieronimi libris habēdis
illos aliosq̄ꝫ q̄ꝫ plures quos eque de
ſiderabam mihi cõicauit amanter
Quantū aūt me letificauit hec libe
ralitas: ⁊ tanti viri in premiſſa de
uocõe ſocietas: organo vel calamo
nequirem exprimere ⁊ retribuere
dominus. Sit autem ſibi merces ꝯ
munis ipſe patrinus.

Eluidiū alias Eludiū de ppe
tua v̄ginitate beate Marie. de hoc
libro fit mentio p hieronimū ſup
Math. ca. xxvij. q. xiij. genuit in ſi
ne.

Nuper rogatus a fratri
bus vt aduerſus libel
lū cuiuſdā eluidij reſpõderem. faci
le diſtuli: non q̄ꝫ difficile fuit homi
nem ruſticanū ⁊ vix primū imbu
tū lr̄is ſuper veri aſſertione ꝯuince
re. ſed ne reſpondendo fieret dign⁹
qui vinceretur.

Z ¶ Carinam facundiā ſu⁹ dn̄i
piter expiatur cum matre

B ¶ Nota eluidius ſacerdos ſi
mul ⁊ laycus loq̄citatez fa
cūdiam extimat. ⁊ maledicere ōni
bus arbitrat̄ conſcīe bone ſignum
¶ Itē. diſcat aliqn̄ reticere q̄ nunq̄ꝫ
didicit loqui. Igit̄ ſactus inuocan
dus mihi eſt ſpūs: vt Marie v̄gi
nitatē ſuo ſenſu meo ore defendat.
vide ꝫ. ſup danielem. B. ¶ Itez. di

ſtincta q̄druplici fraternitate: ꝓꝑt
obiectionē q̄ꝫ xp̄s fratres habue
rat: ſubdit. impitiſſime homi iſta
non legeras. ⁊ toto ſcripturaruz pe
lago derelicto ad v̄ginis iniuriaz
tuam rabiem cõtuliſti. in exemplū
eius q̄ quecentib⁹ q̄re dyane tem
plū incenderat: R̄ndit. vt q̄ꝫ bene
non poterā male ōnib⁹ inoteſcerē

C ¶ Itē. riſimus in te puer hūiz
Camelū vidimus ſaltitantē
ſicut autez q̄ ſcripta ſūt non nega
mus: ita q̄ non ſunt ſcripta renui
mus. vide ſup math. li. iiij. D.
¶ Itē. tu dicis Mariā virginez nō
pmanſiſſe. ego mihi plus vendi
co: etiam ioſeph fuiſſe v̄ginez per
mariaz: vt ex cõuirginali cõiugio
virgo filius naſceretur. ¶ Itez vir
ginis diffinitio eſt ſactam eſſe cor
pore ⁊ ſpū. q̄ꝫ nil pdeſt carnē habe
re v̄ginem ſi mente quis nupſerit
Et ꝫ. cõtra iouinianū ſic dixit. Illa
v̄ginitas hoſtia xp̄i eſt: cuius nec
mentem cogitatio nec carnem libi
do maculauerat.

D ¶ Itē. vxor ad ſpeculū pingi
tur. ⁊ in cõtumeliam artifi
cis conatur pulcrior eſſe q̄ꝫ nata ē.
vide ad marcellā. iiij. B. ¶ Itē vbi
tympana ſonāt. tibia clamitat. li
ra garrit. cymbalū cõcrepat. quis
ibi dei timor. ¶ Itē q̄ꝫ diu in coniu
gio debitū redditur: orādi preteri
tur inſtantia. idem cõtra ioui. v.

E ¶ Itez. ideo ſilua ſucreſcit vt
poſtea recidatur. ideo ager
ſeritur vt metatur. iam plen⁹ eſt
orbis. terra nos non capit. q̄tidie
bella ſecant. morbi ſubtrahunt.

naufragia abſorbent. et nihilominus de terminis litigamus ¶ Item tu veritate ſuperatus ad detractões et maledicta recurris. ſic mulierculę facere ſolent: q victoribus dñis male optant in angulis ¶ Illud dico puenient glorię meę tua forte ꝯuicia. cum eo quo Marię detraxiſti ore me laceres

¶ Hereticos ex regulis diffinitionũ. Eſt ſciendũ ꝙ ꝓpter ſpem inueniendi hunc librũ tm̄ in libro ſententiarũ vt ſ. dicã fuit hui9 operis publicatio fere vno luſtro tardata in originali ſpacio hic dimiſſo. Si qd haberet. trinitas de q̄ eſt liber ſermo ꝯcederet. Nouiſſime aũt. ſ. currentis ãni q̄dragesimiſexti die penult. a ꝓxime dicto patre reuẽndo librũ recepi. quẽ p annorũ curricula meis p̄rib9 q̄ſitum nup in me de ſcocia ſe aſſeruit. recepiſſe. In libris ergo ſcribendũ ſeruato ſolito ordine hic locet. in iam ſcriptis ſi ſpaciũ carte nõ recipit: glutino vel filo alia carta iũgat. vel hic ſig̃tũ locet in fin.

A ¶ OMne qd eſt: aut ingenitũ ē. aut genitũ aut factũ rc. que habes ad lrãm li. i. ſen. di. xiij. c. ſi. et in precedẽtib9 etiã habetur de verbis hui9 libri.

Z ¶ Per grad9 quoſdã vt fides pficiebat: ita et dona diuino munere collata credẽtib9 ꝯferebãtur

B ¶ Nota nũc ꝓpoſitorũ memores ſingul. reb9 ſubſtãciã alias ſubſiſtenciã deſtinem9: et ſingula doceam9 exẽplis ¶ Itẽ. quẽ nã aſcũt creſcũt vtiq3: et ꝙ creuerunt ſciũtur: creſcẽtes ãt neſciunt nunq̄ puncta etatũ p dies indulta ſingulos conſcĩa ꝯphendunt humana. Si igitur ē in rebus humanis: ꝙ factũ ſcias: fieri ãt neſcias. cur et in filiũ non ita natũ ſcias vt cepiſſe incipias. ¶ Itẽ. omne qd ē aut ignis ē. aut aer. aut aqua. aut terra. ille de quibus diximus nulla ex his eſt.

C ¶ Itẽ. nulla ſũt in rerũ natura q̄ ita ꝯnexa ſunt: aut rũ aliud in alio ſit ita inſepabilia ſũt vt a ſeinuicẽ deeſſe non poſſint. vt color ſubſtancijs. q̄ntitas vt nũerus et diuerſe q̄litates ¶ Itẽ ſi naturis reddatur ꝓprietas. vt riſus homini et hĩnitus equo. aut mugitus boui Ita et diuine nature ſi reddas qd ꝓprium ē. ꝓpriũ autem dei ē non incepiſſe. ſicut et ꝓpriũ eſt oĩm q̄ ſũt cepiſſe. inuenies filiũ non cepiſſe. ¶ Itẽ. redde heretice qd docuit ſpiritus. redde vt fides non ſit in ſapientia hominum: et hereſis non erit et ne diutius imoremur: veniam9 ad ea q̄ nobis tanq̄ mucrum ferreum opponere conſueuerunt.

D ¶ Itẽ. quib in nominib9 et hoim ſapientia venientibus immoramur: et non in his que ſcptura ſignauit. dicendo patrem et filium et ſp̃m ſãctum eẽ credendum. ¶ Itẽ. reſpice arborũ ſemina. pecudum ferarũ volucrũ hoim natiuãs reſpice: et eorũ opa. aut hoim habitacula. aut cubilia ferarum. aut nidos auiũ. aut apiũ cellas. aut ꝓprꝫ maria formicarũ. aut ãtra aranearũ

aut oīm ḡnerādi ſecreta. atqȝ ī his
que dixi eoꝝ opa ꝯſidera: nūqd ſi
militia ſubſtancie ſūt eoꝝ q̄ gene
rāt vel generātur. ¶ Itē. licet ſuf
ficiant q̄ dicta ſūt de inſepabili na
tura ſpūſſancti: tn̄ ad edificationē
intelligētie noſtre diutius morari
deſidero: phiſicis ꝓlatis exēplis:
quibus facilius rationes inquirē
tes credere conſueuerunt.

E ¶ Itē. vides vt freqnter edixi
mus ſꝫm formā nature cōpo
ſite de incōpoſita intelligentia edo
ceri. ¶ Itē. vides vnā humani cor
poris ſubſtātiā officioꝝ varietate
diuerſā: q̄ dū actib⁹ differunt non
pn̄t non plura eē q̄ plura ſūt.

¶ Contra iohānem epm̄ hiero
ſol'. ꝛ ruffinū origenis aſſertorē re
q̄ſitus a pāmachio.

A ¶ Si iuxta apl'm paulū:
qđ ſentimus orare non
poſſum⁹: ac ꝓprie mentis cogitacō
nē ſermo non explicat. q̄to magis
piculoſū eſt de alterius aīo iudica
re. ꝛ ſingulorum dictorū ac verbo
rū inueſtigare ac ꝓferre racōnem

Z ¶ Totumqȝ noſtre ꝓuitatis
teſtis eſt monaſterium.

B ¶ Nota. noſti pāmachi me
nec ipaciencie nec temerita
tis poſſe repⁱhēdi: q̄ poſt trienniū lo
quor. ¶ Itē. que iſta ſimplicitas q̄
ſi ſup oua ꝛ ariſtas inter theatra
les ꝑſtigias pendente gradu ince
dere vbiqȝ dubius vbiqȝ ſuſpect⁹.
¶ Itē. olim in ſcolis didicim⁹. ntā
aduerſus nos dimicat armatura.
ſtultū eſt fruſtra infamiā ſuſtiere.

obiiciat ei crimen cuius non hȝ cō
ſciam: ꝛ crimen qȝ totū pendet in v̄
bo neget confidenter ac libere faciat i
nuidiam aduerſario ſuo. ꝛ ꝭ. Reſpō
de ad ſingula p eple eius gradere
veſtigia: nec punctum quidem nec
apicem calūnie tranſeas.

C ¶ Itē. non eque inimici audiūt
ꝛ amici. q̄ inimicus ē etiam i
corpo iudicus ē ſine nodo. Exo. ij. in
prin. nodū q̄rit. Amicus etiā pra
ua recta iudicat. nunq̄ de amicorū
iudicio glorieris. illud verū eſt te
ſtimoniū qđ ab inuita voce ꝓfert.
¶ Itē. tolle occaſionem volentib⁹
occaſionē. ¶ Itē. vetus narrat hy
ſtoria. q̄dam cū diſerte diceret ac
impetu ꝛ volubilitate verboꝝ. cau
ſamqȝ oīno non tangeret. prudēs au
ditor ꝛ iudex inq̄t: bene. Sȝ q̄ iſtud
tam impiti medici ad oēs oculorū
dolores vno vti collirio. q̄ argui
tur de pluribus ꝛ in dilacōe criminū
aliq̄ p̄termittit: q̄cq̄d tacuerit ꝯfitet.

D ¶ Itē. q̄ſi aurib⁹ lupū app̄re
henderis: nec tenere potes
nec audes dimittere. ¶ Itē. homo
ſacrilegus ꝛ ꝓdoloꝝ cultor ſolebat
ludens pape damaſo dicere. facite
me Romane vrbis epiſcopum ꝛ e
ro protinus chriſtianus.

E ¶ Itē. verſat in cām: an ſeipſā
trinitas videat. tu dicis inui
ſibilis ē trinitas. in eius laudes ce
teras euagaris. ꝓtras in his que
null⁹ inq̄rit. auditorem alioꝝſū tra
his: vt qđ q̄rimus non loq̄ris ad
ꝯfeſſionē fidei poſtularis. ꝛ tu di
ſertiſſimos tractatus tuos volenti
b⁹ ingeris. ꝛ ꝭ. Cur tu obmiſſis ſup

quibus ē pūgna de loco certamis
egrediens in pegrinis ⁊ longe ali
enis diſputationib⁹ imoratis. vi
de ĩ. cōtra Ruffinū. ē ¶ Jtē. q̄d ne
ceſſe erat vt in vno ecc̄ie tractatu
de cūctis tractatib⁹ hō non ſatis e
loq̄ns diſputares. de trinitate. de
aſſumpcōe dominici corpis. de cru
ce. de inferis. de angeloꝝ natuā. de
animaꝝ ſtatu. de reſurrectōe ſalua
toris ⁊ nrā. vbi ſunt veteres ecc̄ie
tractatores q̄ ſingulas q̄ſtiones
has explicare multis voluminib⁹
non potuerūt. vbi electōis vas.
tuba euangelij. rugitus leonis no
ſtri. tonitru⁹ gentiū. flumen eloq̄n
tie xp̄iane. q̄ miſteriū retro geñā
tionibus ignoratū ⁊ pfundū diui
ciarū ſapie ⁊ ſc̄ie dei magis mirat
q̄ꝫ loquitur. vbi yſayas v̄ginis de
mōſtrator. q̄ in vna q̄ſtione ſuccū
bens ait. generationē eius q̄s enar
rabit. Reptus eſt ſecul' noſtris gn̄
dis homū cuius q̄ de cūctis ecc̄ie q̄
ſtionibus vno lingue rotatu ſole
clarius coruſcaret. ⁊ ĩ. Graciani le
onciū cūcti philoſophi ⁊ oratōēs
lacerāt: q̄ꝫ auſus ſit publice ſella
poſita polliceri rñſuruz ſe de q̄ q̄ſqꝫ
re interrogare voluiſſꝫ. Valeri⁹ eū
cōmendat: ⁊ dicit eū p grecos ho
noratū li. viij. c. vl. an finē ¶ Jtem
niſi me honor ſacerdocij ⁊ venera⁹
tio nominis infrenaret: vociferacōne
⁊ indignacōe verborum de tua nar
ratione conſequerer.

F¶ Jtē. eiuſdeꝫ eloq̄ntie ē. ⁊ pau
ca multis ⁊ multa paucis ver
bis dicere poſſe. ¶ Jtē. manicheuꝫ
nominare pollutio ē. hic interponi

tur c. naſci de adulterio. cuius fini ꝯ
tinuatur. ſi offenſa ē naſci in corpi
bus humanis: quō yſa ac ſampſō
iohā. bap. de repmiſſione naſcūt
poſt q̄ ſeq̄tur pulcerrim⁹ ⁊ plixus
tractat⁹ de reſurrectōe carnis. Jtē
ego libere dicaꝫ ⁊ quāq̄ꝫ torq̄atis
ora. trahatis capillū. applaudatis
pede. iudeoꝝ lapides req̄ratis. fidē
ecc̄ie aptiſſime confitebor.

G¶ Jtē. quid cū iuuat pudici
cia q̄ non habuit ſexū per
quem cōmitti potuerat ipudicicia
q̄s em̄ lapidem coronauit q̄ꝫ v̄go
pmanſit. ¶ Jtē multo min⁹ eſt re
ſtituere q̄d fuit: q̄ꝫ facere q̄d nō fu
it. Miraris ſi de infantulis ⁊ ſenib⁹
in pfecti viri etate reſurrectio fiat.
cū de limo terre abſqꝫ vllis earum
incrementis ꝯſūmatus hō fact⁹ ſit
¶ Jtē. nemo falſo verū pbat. ⁊ ĩ.
dic mihi acutiſſime diſputator. q̄d
ē maius: tantam terre magnitudi
nem pēdere ſup nichilū: ⁊ ſup aq̄ꝝ
incerta librari: an dn̄m trāſire per
clauſā portā: ⁊ creaturā cedere cre
atori. q̄d maius ē tribuis q̄d min⁹
eſt calūniaris. petrus ſup aq̄s am
bulabat graui ⁊ ſolido corpi mol
lis vnda non cedit.

H¶ Jtē. q̄ūo fum⁹ i aere diſſol
uitur: ⁊ cera ad vicinia ig
nis liq̄ſcit. ita diſſipant q̄ ſp ecc̄a
ſticē fidei reſiſtētes p hoīes ſimpli
ces eandē fidē inq̄etare conantur.
¶ Jtē. ſi de me ⁊ pſbitero vincētio
dicis q̄ꝫ ſcindam⁹ ecc̄iam: ſatis ml
to tpe dormiuiſti. q̄ poſt ānos. xiij.
nūc excitatus hec loq̄ris ¶ Jtē. nos
ne ſcindim⁹ ecc̄iam? an ille q̄ viuis

habitaculū: ꝛ ſepulcꝛū meretricis ne-
gat: ꝛ q̄ fratruz exilia poſtulauit ſz
ꝛ ponit multa talia.

¶ Contra iouinianū libros du-
os de hoc. xxvij. di. ſi nupſerit. ꝛ c.
ſi. de pe. di. ij. ſi eni inquit.

A ¶ Pauci admodum dies
ſunt ꝙ ſcī ex vrbe frēs

N ¶ Facilius maiores tui pyta-
gore continentiam: ꝙ ſub
conſulibus epicuri luxuriam ſuſ-
ceperunt.

H ¶ Nota non ē cōtentus hūa-
no more loq̄. alti⁹ q̄dez ag-
gredit᷑. ꝛ ꝯ exceptis teſtimonijs ſ. ſcriptura-
turaꝝ q̄ mutare auſus non eſt. reli-
quus ſermo pariter omni materie cō-
uenit. q꞉ nulli cōuenit ¶ Itē. cū mi-
nora maiorib⁹ coeq̄ntur. minoris
cōpatio maioris iniuria ē ¶ Itē. ba-
liſta q̄nto plus retrahit᷑: tāto ſa-
gitta fortius mittit᷑. Non eſt dam-
noſa dilatio. vbi certioꝛ fit ex dila-
tione victoria.

C ¶ Itē. q̄uo q̄ igne tetigerit ſta-
tim adurit᷑. ita viri tact⁹ ꝛ fe-
mine ſētit naturā ſuaz ꝛ diuerſita-
tē ſex⁹ intelligit. vide in miraculis
vbi de mōcho ꝛ ſorore. Hic īterpo-
nūtur. xiiij. q. v. q𝔡 p̄cipitur. xxxiij.
q. v. q̄ ſitit. xxvij. di. ſi nupſit. ꝛ c.
v̄gies. xxxi. q. v. q̄uo v̄gimb⁹. xxxv.
di. ab exordio ¶ Itē. excepto petro
non legit᷑ de alijs aplīs ꝙ vxoēs
habuerint. cūqꝫ de vno ſit dictuz
de alijs tacite intelligere debem⁹. il-
los ſine vxorib⁹ fuiſſe ¶ Itē. inter

duodecim vn⁹ eligit᷑: vt capite con-
ſtituto ſciſmatis tolleretur occaſio
vide ſ. ad euandrū. B. hic interpo-
nitur. xxxiij. q. v. tunc ſaluabitur.
ꝛ xxxi. diſtin. ſi lapſus.

D ¶ Item. ſi omnes v̄gines fu-
erint q̄uo ſtabit gen⁹ hu-
manum. ꝛ par pari referā. Si ōnes
vidue fuerint vel in matrimonio
cōtinentes q̄uo ſtirps moꝛtalium
ꝑpagabit᷑. ꝛ ꝛ ſi cūcti ſint philoſo-
phi: agricole non erūt. ſi agricole
non oratores. nō iuriſcōſulti. nō a-
liquarum artium p̄ceptores. ſi ō-
nes p̄ncipes vbi miles. ꝛ ſi omnes
caput vbi mēbra. ꝛ noli timere ne ō-
nes v̄gines fiant. difficilis res eſt
v̄ginitas ꝛ ergo rara. multi vocati
pauci electi. cōtra vigilantiū. iij. C.
¶ Itē. oēs v̄tutes ſpūs q̄ſi ſolidiſ-
ſimū fundamētū ꝛ ſublime culmē
cōtinentia ſuſtentat ꝛ ꝓtegit. int̄-
ponitur c. hoc ſolū. xxxi. q. v. ¶ Itē.
Artemeſia vxoꝛ mauſoli regina ca-
rie defunctū maritū ſꝑ amauit vt
viuum. cui mire magnitudinis ꝛ
pulcritudinis extruxit ſepulcrum
intantum ꝙ vſqꝫ hodie precioſa ſe-
pulcra mauſolea nūcupentur

E ¶ Item. vxorem pauperem a-
lere difficile eſt. diuitem fer-
re tormentum. Equus. aſinus. bos
vrceoli s ſictilis probantur prius
ꝙ emantur. Sola vxoꝛ non oſten-
ditur: ne prius diſplicat ꝙ duca-
tur. ¶ Item. Inſida cuſtos caſti-
tatis eſt neceſſitas. ꝛ illa vere pu-
dica eſt cui licuit peccare ſꝫ noluit.
pulcra cito adamat᷑. feda facile cō-
piſcit. difficile cuſtodit᷑ q𝔡 plures

amant· moleſtum eſt poſſidere qđ
nemo habere dignatur·
¶ Itē· ſapiens nunq̄ ſolus ē· ha
bet ſecū omnes q̄ boni ſūt ⁊ fuerūt
⁊ animū liberū quocūq; vult trāſ
fert· qđ corpe non p̄t· cogitacōe cō
plectitur· ⁊ ſi hoīz inopia fuerit lo
q̄tur cum deo· nec vnq̄ minus ſo
lus eſt q̄ cū ſolus fuerit·
f ¶ Itē que ſenectutis auxilia ſūt
enutrire domi· q̄ aut p̄or for
te te moriat· aut peruerſiſſim⁹ mori
b⁹ ſit· ꝗ cū ad maturā etatē vene
ris tarde eis videaris mori Hēdes
meliores ⁊ certiores ſūt amici ⁊ p
pinqui· quos iudicio eligas: q̄ q̄s
velis nolis habere cogaris· Legi⁹
moyſen ⁊ ſamuelē filijs ſuis alios
p̄tuliſſe: nec putaſſe liberos quos
videbant dn̄o diſplicere ¶ Itē· me
landus cōtra gorgiā· hic nob̄ de ɔ
cordia p̄cipit: q̄ ſe vxorem ⁊ ancil
lam tres in vna domo cōcordare
non p̄t Emulabat em̄ vxor ancille
pulcritudini: ⁊ caſtiſſimū virꝝ quo
tidie iurgijs exagitabat ¶ Itē· in
lepti vrbe ſemibarbara ⁊ in ſolitu
dine poſita moris ē· vt nurus alte
ra die ſocrꝰ ollā mutuā poſtulꝫ· cui
illa ſtatī negat· vt ſciat illđ verꝝ eē
terencij: qđ cōſulte ⁊ ābigue ptu
lit· Quid ē hoc oēs ſocrus oderūt nu
rus· Idē ſup micheā· ij· vbi p⁹ hec
verba terencij dixit hieronim⁹· q̄
ꝑpe moduꝫ naturale eſt vt nurus
ſocrū ⁊ ſocrus nurū oderit· hic ſe
q̄tur c· origo· xxxij· q· iiij·
G ¶ Itē· bene ē liberis q̄b⁹ nec
de mr̄e erubeſcenduꝫ nec de
patre dubitandū ē ¶ Itē· captiui
tatis nulla maior calamitas eſt q̄
ad alienā trahi libidinem· ¶ Iteꝫ
multa ſunt q̄ p ſe clara ingenia et
viros illuſtrāt· mulieris ꝓpria vir
tus eſt pudicicia·
H ¶ Itē ipſi⁹ primi libri tres vl
time carte plene pulcrīs ex
emplis v̄ginitatis: viduitatis: cō
iugalis· amoris· de oneribꝰ matri
monij· tote notabiles· vbi inter ce
tera dicit· q̄ vxor tūc ſe dn̄am ꝑpu
tat: cū aduerſus viri fecerit volūta
tē· ⁊ de ſocrate p vxorē ſātipem p⁹
cōuicia aq̄ inmūda pfuſo· q̄ id ſo
lū dixit qđ ſciebat hoc futurum· q̄
iſta tonitrua ſeq̄ret ymber· Liber
ſecūdus quo ꝓſeq̄tur ſecūdam q̄
ſtionē iouiniani· in cuius p̄ncipio
eſt c· ſi em̄ de pe· di· ij· ⁊ c· q̄s ignoꝛ
xxxij· q· iiij· ¶ Demū ꝓſeq̄ndo t̄ciā
q̄ſtionem poīt de q̄buſdam medi
camentis· item de diuerſis ⁊ mitā
dis q̄rundā nationū cibis· ⁊ de im
mūdis ⁊ impijs ⁊ valde horrēdis
diuerſaꝝ nationum actibus·
I ¶ Iteꝫ· eſus carnis· potus vini·
vētriſq; ſaturitas ſeminariuꝫ
libidinis ē· Per quinq; ſenſus q̄ſi
per quinq; feneſtras viciorum ad
animam eſt introitus· ¶ Item· ſē
ſus corporum quaſi equi ſunt ſine
ratione currentes· anima vero in
aurige modum retinet frena currē
tium· ⁊ infra· Sine quatuor ſenſi
bus viuere poſſumus· ſine guſtu
impoſſibile eſt humanum corpus
ſubſiſtere· ſed adeſſe debet ratio· vt
tales ⁊ tantas ſumamus eſcas· q̄
bus nec corpus oneretur· nec eti
am libertas anime pregrauaretur

a ꝫ. Tolle epulaꝝ ⁊ libidinis luxu
riam: ⁊ nemo q̄ret diuitias. q̄rum
vſus aut in ventre aut ſub ventre
eſt. q̄ egrotat non recipit ſanitatē
niſi tenui cibo ⁊ caſtigato victu. q̄
bus ergo cibis recipitur ſanitas.
his ⁊ ſeruaͥ p̄t. hic interponitur
xxxv. di. luxurioſa. de con. di. v. ne
tales. ⁊ c. legim⁹ ¶ Itē dyogenes
q̄ duplici pallio ꝓpter frig⁹. ⁊ pera
ꝓ cellario vtebať. manēs in dolio
iocabať ſe domū habere volubilē
⁊ ſe cū tꝑibus imutantē. vbicūqꝫ
enī ſol declinabat dyogenis p̄to
riū vertebať. dicit̄ āt potētiore fuiſ
ſe alexādro ⁊ hūane nature victor
q̄ etiā videns puerū cō caua manu
bibētē ciphū ligneū quē habebat
eliſit dicēs. neſciebā ꝙ natura ha
beret poculū. vide ſ. i vita pauli. d

h ¶ Itē. quoſcūqꝫ formoſos ⁊ ca
lamiſtratos crine ꝯpoſito vel
buccis rubentib⁹ videro: de tuo ar
mento ſunt. ⁊ inter tuas ſues gru
niunt de noſtro grege triſtes pal
lidi ſordidati ⁊ q̄ſi pegrini huius
ſeculi. ⁊ licet ſermone taceant: ha
bitu loquūtur ⁊ geſtu. ¶ Item. ne
gloriaris ꝙ mltos diſcipulos ha
bes. filius dei docuit in iudea: ⁊ du
odecim tm̄ illum apoſtoli ſeq̄ban
tur. phariſeoꝝ autē doctrine om
nis populus applaudebat. vide ſu
pra abacuc. C.

¶ Luciferianuꝫ altercatio eiuſ
⁊ orthodoxi.

A P Roximie accidit vt quι
daꝫ luciferi ſectatoꝛ cū
alio eccleſie alūmno.

Z ¶ Noui eos facilius vinci poſſe
q̄ꝫ perſuaderi.

h ¶ Nota. neſcis laycos ⁊ cleri
cos vnū habere xp̄m. Cur er
go non recipiet clericos q̄ recipit
laycos penitentes. hic interponit̄
c. ſicut xp̄s v. q. v. ¶ Itē. nulli conti
git ꝓpheta꞉ qđ iohāni. ſ. āuūciare
xp̄m ⁊ digito demōſtrare ¶ Itē. ſi
priorū meminiſſes: ſcires iam tibi
eſſe reſpōſum. ſꝫ dum amorē contradi
cēdi ſeq̄ris: ⁊ q̄ſtionum lineis ex
cidiſti more quorūdam loq̄cium.
qui cum diſputare neſciant tamen
litigare non ſinunt.

¶ Itē. q̄ cūqꝫ ex lr̄atis ordinant̄: id
habent cure: non quō ſcripturarū
medullas ebibāt: ſꝫ quō aures po
puli dogmatū floſculis mulceant
¶ Itē. aduerſarius vincit̄ diſcipu
lus edocetur ¶ Itē. orthodoxus di
cit. quia tu pacem nobiſcum petis
⁊ nos oliue ramū gladio inſerim⁹

D ¶ Item. conueniat vnuſquiſ
qꝫ cor ſuum: ⁊ in omni vi
te ſua inueniet q̄ꝫ rarum ſit fidelē
animam inuenire: vt nil ob glorie
cupiditatem fiat. vt nihil ob ho
minum rumuſculos faciat. vt qui
ieiunat deo ieiunet. ⁊ qui extendit
pauperi manum chriſtum feneretur: vt iam difficile eſt deo iudice
tantum eſſe contentum. ¶ Item.
diu ſcelera non latent: ⁊ cycatrix
male obducta incocto pure dirum
pitur. ¶ Item. non cogeret penite
re: ſi non eſſet penitentibus veni
am conceſſurus.

¶ Jtē: ad oēm hereticū ſic mater catholica loq̄tur. ſi in ſinu meo nat⁹ ſi vlerū meoꝝ lacte nutritus. adūſū me gladiū acuis. Redde q̄d dedi ⁊ eſto ſi aliter pōtes. xp̄ianus meretrix ſum ꝫ tamen mater tua ſū. nō ſeruo vmius thori caſtitatē talꝫ eraꝫ q̄n cōceptus es. ¶ Jtē nec ſibi blādiantur ſi de ſcripturarū capl'is videntur ſibi affirmare q̄d dicunt cum ⁊ dyabolus de ſcripturis aliq̄ ſit locutus ⁊ ſcripture non in legēdo cōſiſtant ꝫ in intelligendo.

¶ Montanū ad marcellā de fide ⁊ dogmatibus.

A Teſtimonia de iohānis euangelio cōgregata: tibi quidā mōtan⁹ ſectator igeſſit

Z ¶ Quid ſentirem a me voluetis ſciſcitari.

B ¶ Nota. ſi apl'us petrus ſup quem deus fundauit eccleſiam: ill' tpe ꝓphetiam ⁊ promiſſionem impletaꝫ cōmemorat eē: quō poſſumus nobis temp⁹ aliud vēdicare. ¶ Jtē. nos ſecūdas nup cias non tam appetim⁹ ꝙ̄ cōcedim⁹ paulo iubente vt vidue adoleſcentule nubant: illi putant ſcelerata cōiugia. vt hoc faciens adulter habeatur. ¶ Jtē. illi ad ōne pene delictū eccl'ie obſerāt fores. nos quotidie legim⁹. malo pn̄aꝫ pctōris ꝙ̄ mortē ⁊c. Rigidi autē ſunt: nō quo ipſi peiora non peccent: ſed ꝙ̄ illi erubeſcunt confiteri peccata quaſi iuſti. nos dum penitentiam agimus facilius veniam promeremur

C ¶ Jtem. hec argutione non indigent. pſidiam eoꝝ exposuiſſe ſupaſſe eſt. vide ad theſiſontem. d.

¶ Pelagianos libros tres. ⁊ eſt dyalogus.

A Scripta iam ad theſiſoteꝫ epiſtola in qua ad interrogata reſpondi.

Z ¶ Vt cū ius ī ceteris autoritate ducimini: etiam in hac pte errorem ſequamini.

B ¶ Nota. hic liber quē nūc cudere nitimur ſocraticorum cōſuetudinē cōſeruabit. vt ex vtraq̄ pte q̄d dici poſſet exponat. ⁊ magis pſpicua veritas fiet cū poſuerit vnuſquiſq̄ quod ſenſerit. ¶ Jtē. ſcito te me nunq̄ꝫ hereticis pepciſſe. ꝫ omni ſtudio pegiſſe: vt hoſtes eccleſie mei fierent hoſtes. ¶ Jtem. Jouinianus romanam fidem me abſente turbauit: tam elinguis et ſic ſermonis putridi: vt magis miſericordia dignus fuerit ꝙ̄ inuidia.

C ¶ Jtem. hoc differendum eſt. ne dum queſtiones queſtionibus inſerimus obſcuram audientibus intelligentiam relinquamus. vide de homine perfecto. d.

¶ Jtem. miror hominem prudentem teſtimonium quod contra ſe faciat propoſuiſſe. ¶ Jtem. diuites quidem ingreſſi ſunt regna celorum. quia ipſis diuicijs ad bona vtentes opera diuites eſſe deſierunt: ⁊ ſic etiam diſpenſatores

magis dei q̄ꝫ diuitꝫ̄ appellādi ſūt

D ¶ Itē · hec eſt hoīs vera ſapi
entia · imperfectum ſe eē noſ
ſe · atq̄ꝫ vt ſic loquar: cūctorum in
carne iuſtoꝝ imperfecta pfectio eſt
vide ad damaſū · v · C · et ad theſifō
tem in fi · ¶ Itē qđ dicitur · omnes
habere v̄tutes eum q̄ vnam habet
intelligitur pticipatione non ꝓpri
etate · neceſſe eſt enī vt ſinguli in q̄
buſdam excellant · ¶ Item · mihi
cure non eſt quid Ariſtotiles ſed
quid apoſtolus doceat ·

E ¶ Itē · leuia leuibus et grauia
grauib⁹ cōpantur · et feru
la dignū vicium eſt vindicandū
gladio · vide in expoſitōne fidei · B ·
¶ Itē vetus equus campoꝝ ſpacia
trāſuolat · pict⁹ parieti heret in cur
ſu ¶ Itē non de aduerſario victori
am: ſed contra mendacium queri
mus veritatem ·

F ¶ Itē ſi inimicos q̄ſi proximos
diligo: amicis q̄d ampli⁹ ex
hibeo ¶ Itē libro · ij · q̄ꝫuis aliis vi
ciis carere poſſum⁹: ypocriſeos ma
culā non habere aut nullorū aut
paucorum eſt · ¶ Item · voluntas
dei non diſcucienda ſed cum grati
arum actione paciend̄a eſt ·

G ¶ Itē · nullus intrepidus va
dit in iudiciū dn̄i habens
cōſcīam pctōrum · ¶ Itē · q̄ cautus
et timidus ē poteſt ad tēpus vitaē
pctā · q̄ ſecurus eſt de iuſticia ſua re
pugnat deo: illius q̄ꝫ auxilio deſti
tutus inſidiis hoſtiū patꝫ · vide ad
cyprianum · E

H ¶ Itē libro iiī · de dogmatib⁹
et queſtionibus diſſerendis
non pſōnā ſed cauſa quērenda eſt
¶ Itē · iuſticia dei clementia cuſto
ditur · vt noſtꝝ ſit rogare: illiu⁹ tri
buere quod rogatur · noſtꝝ incipe
illius pficere · nr̄m offerre qđ poſſu
mus: illius replere qđ nō poſſum⁹
vide ſup zachar · C ¶ Itē da mihi
hoīnem q̄ non eſuriat nec ſitiat nec
algeat nec doleat nec difficultate
corpis torqatur · Et ego tibi ɔcedo
hoīem nil aliud poſſe q̄ꝫ de v̄tutib⁹
cogitare ·

I ¶ Itē · q̄ntū int ſe diſtāt ptina
cia et pſeuerantia: pſimonia
et fragilitas · pfuſio et liberalitas
prudentia et calliditas · fortitudo et
temeritas · cautela et timiditas · q̄ꝝ
aliqua ad bona referuntur · alia ad
mala · ¶ Item · Anthonius orator
egregius: in cuius laudib⁹ tulli⁹
perſonat · diſertos ait ſe vidiſſe mł
tos: eloq̄ntem adhuc neminē · no
li igitur mihi oratorū non cuiſ flo
ribus ludere: p quos ſolent impe
ritorum et puerorum aures decipi
ſed ſimpliciter dic quod ſentis ·
¶ Item · Auguſtinus epiſcopus
vir ſanctus et eloquens nouos de
hoc tuo nomine audiſſe dicit libros
qui nondum in noſtras venere ma
nus · Vnde ſuperſedendū hinc la
bori cenſio · ne dicatur mihi illud
oracij · in ſiluam ne linguam feras
aut enim eadem dicemus et ſuper
fluo · aut ſi noua dicere voluerim⁹:
a clariſſimo ingenio occupata ſūt
meliora ·

¶ Ruffinum preſbiterum
aquilegie ·

A L ectis lr̄is prudētie. Z ¶ Si pa cē ȝ de
ſideras: arma depone. blandienti
poſſum adq̄eſcere: non timeo cōmi
nantē. ſit in nobis vna fides: ⁊ illi
co pax ſequetur.

B ¶ Nō. nō ꝯſidero q̄d tu merea
ris: ſꝫ q̄d me deceat ¶ Itē cō
minaris iterū: niſi tacuero reſpōde
re cōpellor. ne videar tacendo crimē
agnoſcere. ⁊ leuitatē meam interp̄
teris conſcīe male ſignū. ¶ Itē. cu
ius prudentie eſt dare alijs exem
plar quod non emendaueris.

C ¶ Itē. oblitus es veteris ꝓuer
bij. mendaces memores eē
debere ¶ Itē. mala oſtendere in ter
dum non docentis eſt ſꝫ vitantis.
vt caueat lector: non vt ſequat̄ er
rores: ⁊ vt nota cōtēnat: que non
nunq̄ ignota miracula ſunt. vide
ꝰ ad Algaſiam ¶ Itē. ſi erubeſcis
loqui: ſcribe ſaltem vt nos ꝑ racita
tis ꝓrius ſermo conuincat.

D ¶ Itē. quid vulneribꝰ tuis ꝓ
deſt ſi ego fuero vulneratꝰ
an ſolaciū pauſſi eſt amicū ſecum
videre morientem ¶ Item intraui
hieroſolimā. vidi multa miracula
⁊ que prius ad me fama ꝓtulerat
oculoꝝ iudicio cōprobaui ¶ Iteȝ.
hoc ſolū prudentie tue dixiſſe ſuffi
ciat. vt caueas in alterū dicere q̄c
quid ſtatiȝ in te retorqueri poteſt.
vide ſupra in documentis: vbi ad
euſebium.

E ¶ Itē. multa poterā pandere: ſꝫ
plura reſeruare volui q̄ refer
re. ⁊ ꝫ quo non erumpit ſemel effre
nata audacia. vide ad pāmachiū.
⁊ marcellā. ij. G ⁊ ꝯ. miror quo pu
dore p̄mo qua impudentia neges
quod verum eſſe non ambigis.
¶ Itē. magiſtrorum non ſunt imi
tanda vicia ſed virtutes ¶ Itē. ea
taces que omnes flagitant. ad ea
reſpondes que nullus inquirit. vi
de cōtra ioħ. epiſcopum. E.

F ¶ Item. peccare hominis eſt. in
ſidias tendere dyaboli ¶ Iteȝ
dic oro te. te laudas. cedulas ſcrip
ſeras. an prodendas. ⁊ ſi vt celares
cur ſcripſiſti. ⁊ ſi vt proderes. cur ce
labas. ⁊ vide ad pāma. ⁊ marcel. ij
B. ¶ Item. ſcribebatur mihi de vr
be a viris precipuis i chriſto. Reſ
ponde criminanti: ne ſi tacueris cō
ſenſiſſe videaris.

G ¶ Item. bona ⁊ mala ſuo im
putantur auctori. ¶ Itē.
leſus amicicie tue iura ſeruaui: ⁊ q̄n
tum in me fuit ſic in me defendi vt
te non accuſarem. ¶ Item. hij me
moriter tenēdo precepta doctoris
ingenio pro libris vtebantur. hic
interſeritur illud dictum pitagoē
fugienda ſunt modis omnibus ⁊
abſcondenda. ⁊c̄. ⁊ quedam enig
mata ariſtotelis. ſtateram ne trā
ſilias. ignem gladio ne fodias ⁊c̄.

H ¶ Item. canes latrant pro do
minis ſuis. ⁊ tu me nō vis
latrare pro chriſto. ¶ Item. vis
me tacere: ne accuſes. depone gladi
um: ⁊ ego ſcutuȝ abijciam. in vno
tibi conſentire non potero: vt parcaȝ
hereticis: vt me catholicum non ꝓ
bem. ſi iſta eſt cauſa diſcordie: mo
ri poſſum: tacere non poſſum. ⁊ ſu
pra. ſi alter amicus tuꝰ eē nequeo

niſi ⁊ amicicias hereticoꝝ fuero: leuius tuas inimicicias q̄ illoruȝ amicicias ſuſtinebo.

¶ Sabinianū dyaconū lapſuȝ cū moniali.

A ¶ Samuel quondaȝ lugebat ſaulem. q2 penituerat dominū q2 vnxiſſet eum.

Z ¶ Maledictio prima cuius ɔſūmatio in combuſtionem

B ¶ Nota. iacēti manū porrigo ⁊ cōſperſum in ſāguine. vt ꝓprijs fletibus lauetur exhortor.

Item. nihil tam repugnat deo ſicut cor impenitens. ſolū crimen ē qd veniam cōſequi nō pt. ¶ Item pauco miſer ⁊ tota mente ōni corpore perhorreſco: ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuum.

C ¶ Itē. in ſyrijs ⁊ egiptijs monaſterijs v̓go ⁊ vidua que ſe deo vouerint: crinem monaſterioꝝ matribꝰ offerūt deſecāduȝ. nō detecto ſȝ velato ⁊ ligato capite incelſure. nec hoc q̄ſpiaȝ p̄ter tondētes nouit ⁊ tonſas: niſi qd q2 ab ōnibus fit pene ſcitur ab omnibus ¶ Itē. non doleo de maledictis. q2 ſem neſciat nihil niſi flagicōſū tuo ore laudari: an hoc plango quod tuipſe non plangis ¶ Itē. ſolemꝰ mala noſtre domus ſcire nouiſſimi ac liberorū ⁊ ɔiugū vicia vicinis canētibus ignorare. Idem cōtra Io. primo circa finem. vbi de metella vxore ſille.

D ¶ Itē. non timuiſti in illa domo adulteriū facere. vbi ſine iudice vir leſus vlciſa poterat.

¶ Suſānam v̓ginem cōſecratā ob ũtgacōnes de ſuo lapſu. Hanc frater Guigbo negat fuiſſe Hieronimi. vide ad colūntiā in titulo. in ſpe. hiſ. dicit ɔtrariū.

A ¶ Quo leuius eſſe crimē: vbi homo peccatum ſuum vltro confitetur.

Z ¶ Mihi grām de tuo fonte p̄ſtari cupio: ⁊ in eternum tibi adherere domine deus meus.

B ¶ Nota. vulnꝰ tumidū q̄uis graue: cū fuerit aptuȝ curatorās p̄ſtat refrigerium paſſiom.

¶ Item. vere captiuitas ē vbi anime peccato captiue ducūtur ¶ Itē quid primū. q̄d vltimū dicā. bona referaȝ que perdidiſti. an mala defleam que inueniſtis

C ¶ Itē. quotiens dico erras. totiens ingemiſcas. q2 non es quod fuiſti. ¶ Item. aperi oculos ſi potes. erige frontem ſi audes: ⁊ aliquem ſāctorum diligenter intuere. nōne tuā faciem conſciē ɔmiſſuȝ tanq̄ plūbū inclinat ⁊ deprimit. ¶ Itē. reuera non p̄t caro corrūpi. niſi mens fuerit ante corrupta. remanebit ergo in crimine anima q̄ carnem precedit in crimen.

D ¶ Item. dicis. vim paſſa ſuȝ. Rñdebit ſuſāna: cuius nomē fallaciter baiulas. q2 int̄ duos. p̄ſbiteros ⁊ iudices p̄iter poſita. vinci non potuit q2 noluit. ¶ Itē. ſolet fama ſub ſe q̄ factuȝ. ſȝ tua ad malū fama peruenit. alias p̄uenit ¶ Item. penitentia neceſſaria ē. q̄ aut equet crimen aut excedat. extima te mortuā ſicut es. ⁊ quomodo.

reuiuiſcere poſſes excogita ¶ Itē grandi plage alta ⁊ prolixa op⁹ eſt medicina.

E ¶ Itē. nec tibi de m̄ltitudine ſimiliū peccantiū blandiaris: quia multitudo ſociorum impunitatem criminis non facit.

¶ Cōtra vigilanciū

A I Vſtū quidē fuerat ne quaq̄ tibi lr̄is ſatiſfacere q̄ tuis aurib⁹ non credidiſti. Nec̄ eni credule adq̄eſces q̄ viuo ſmoni non accomodaſti fidem.

Z ¶ Tribuat tibi chriſt⁹ vt audias ⁊ taceas: vt itelligas ⁊ ſic loquaris.

b ¶ Nota. non paruū ē te ſcire q̄d neſcias. prudentis hoīs ē noſſe menſurā ſuā: nec zelo dyabolico cōcitatū impicie ſue cunctū orbem teſtem facere. ſimile in expoſitione ſymboli A. ¶ Itē. non ē eiuſdē hoīs ⁊ aureos nūmos ⁊ ſcripturas pbare degustare vina ⁊ aplo's vel pphas intelligere. ¶ Itē. ſolus es cato romani generis diſtiſſim⁹. q̄ teſtimonio tuo ⁊ prudentie velis credi.

C ¶ Itē. meipſū arguo q̄ alteri⁹ potius adq̄eui q̄ meo iudicio ⁊ oculis aliud cernentib⁹ aliud credule credidi q̄ videbam ¶ Itē meam iniuriā patient tuli. impietatē cōtra deū ferre non potui.

¶ Cōtra eundē ad ripariū. ij. ⁊ de hoc. xxiij. q. viij. legi.

A A Cceptis primum litteris tuis. non reſpondere ſupbie ē. reſpōdere temeritatis.

Z ¶ Arbor q̄ non facit fructū excidetur ⁊ in ignem mittetur

b Nota. vigilancius p antifraſim vocat hoc nomine q̄ dormitancius rectius diceretur ¶ Itē honoramus reliq̄as martirū: vt eū cuius ſūt martires adoremus. honoramus ſeruos vt ſeruoꝝ honor redūdet ad dn̄m ¶ Itē. miror epm in cuius prochia pſbiter eē dicit adq̄eſcere furijs eius: ⁊ non virga apoſtolica ⁊ ferrea ꝯfringere vas inutile ⁊ tradere in carnis interitū vt ſpiritus ſaluus fiat

C ¶ Itē. quicq̄d amens loquitur vociferatio ⁊ clamor appellādus ē ¶ Itē. forſan reprhendes cur in abſentē inuehar. fateor tibi dolorem meū. tantū ſacrilegiū paciēter audire non poſſū. hic interponitur c. legi. xxiij. q. viij. ¶ Item. plura dictare volueram: ſi non epl'aris breuitas tacendi nobis pudorem imponeret.

¶ Contra eundem requiſitiō ⁊ ripario ⁊ deſiderio. iij. de hoc. xvi. q. v. monach⁹ non.

A M Vlta in orbe monſtra generata ſunt Centauros ⁊ ſyrenas ⁊c.

Z ¶ Qui niſi tumētes vteros viderint feminaꝝ: maritos earū xp̄i miniſterio arbitrāt indignos

b ¶ Nota. hec dolentis magis effudi aīo q̄ ridentis: dū me cohibere nō poſſū: ⁊ iniuriā aplo'ꝝ ⁊ martirū aure neq̄o ſurda trāſire ¶ Itē. de cereis accēdendis in die ex deuotione: ⁊ vt vigilemus in

tenebris ſatis ponit. ¶ Itē quod ſemel feciſſe bonū eſt: non poteſt malū eſſe ſi freq̄ntius fiat.

C ¶ Itē rara eſt v̄tus v̄ginitatis nec a pluribꝰ appetitur. vid̄ cōtra iouinianū d. hic interponit p̄ al. c. monachꝰ non ¶ Itē nolo ſepe pugnare victorie: ne aliq̄n perdā victoriā. ſi fugero: gladiū euitā ſi ſtetero aut vincendū mihi ē aut cadendū. q̄d neceſſe eſt certa dimittere ꝛ incerta ſectari: aut ſcuto aut pedibꝰ mors vitanda ē. Tu q̄ pugnas ſuꝑari potes ꝛ vincere. Ego q̄ fugio non vinco in eo ꝙ fugio. ſed ido fugio ne vincar ¶ Itē nulla ſecuritas ē vicino ſerpente dormiē. p̄t fieri vt me non mordeat. ſꝫ tñ fieri p̄t vt aliq̄n me mordeat. vide ad mrēm ꝛ filiā. C. ꝛ ꝫ. ſup hie. li. v. ē ¶ Itē q̄d facit monachus in cellulis feminarꝝ q̄d ſibi volunt ſola ꝛ p̄uata colloquia ꝛ arbitros oculos fugientes

# Super.

¶ Hic ſciendū eſt ꝙ vbi Hieronimus ꝑ librorū numerū ſua ſcripta diuiſit: ad nōbilia textus q̄nq꜡ capitula deſcenderit ꝛ tūc trās libros ꝛ capl'a ſil' ꝛ diuiſiꝫ allegare licebit

¶ Super abacuck q̄d interp̄tatur ampleꝝꝰ vel luctās libros duos ad cromatiū.

P Rimum Cromaci epiſcoporum doctiſſime ſcire nos conuenit.

Z ¶ Poſtea ſaubalo equitatē eius: ꝛ cātores ceteros meo carmine ſuperabo.

H ¶ Nota. finis iudicij ē recte iudicare ¶ Itē ſecularis iudex acceptis muneribꝰ inſontē cōdemnat ꝛ reū liberat. q̄d interdūꝫ de ecctie p̄ncipibus dici p̄t. ꝙ ꝓpter munera lacerāt legem ꝛ non ꝑducant iudicium ad finē ¶ Itē nullꝰ eſt demonū qui p̄cat. omnes ad p̄dam feſtini venient. an̄ faciem ipōrum ventus vrens: quicq̄d aſpexerint q̄cquid vultu ipſorū cbuiū fuerit. vrere deſiderabunt ꝛ ꝑdere

C ¶ Itē abſurdum ē ad hoc dei deducere maieſtatꝫ vt ſciat ꝑ momenta ſingula quot naſcant culices vel muſce quot moriantur quot piſces in aq̄ natent Nō ſumꝰ tam fatui adulatores dei vt dū potentiam eius ad yma detrahimꝰ. in noſipſos iniurioſi ſimus: eandē irrationabiliū q̄ꝫ irrationabiliuꝫ ꝓuidentiā eſſe dicētes. ¶ Itē bona eſt auaricia doctoris eccliaſtici: qui nunq̄ꝫ ſaciat multitudine ſectatorꝝ ꝛ q̄nto plures diſcipulos habuerit: tanto magis ad doctrine ſtudium concitatur. ¶ Item in libro ſecūdo habet ira dei menſuras: quātum. quanto tempore. ꝛ ob quas cauſas. ꝛ quibus inferatur.

D ¶ Iteꝫ vide homines maria trāſire. ante potentū fores excubare. pati omnia que condicō ſeruorum vix patitur: vt diuicias congregent ꝛ aliquam accipiant dignitatem: que conſecute luxurie voluptati ꝛ iniquitati ſe tradunt.

⁊ cõſumit luxuria qđ auaricia con
gregauit. ⁊ ad leuē febriculam q̄ſi
latrones in carcere pctõrum cõſcīē
tia eterna ſupplicia ſuſpirabunt
¶ Itē. multi putant vineā ⁊ oliuā
in miniſterio accipi trinitatis. vt
ficus ꝓpter pomoꝝ dulcedinē ſpūs
ſanctus intelligat. Vinea ipſe xp̄s
q̄ dicit in euangelio. ego ſū vitis.
Oliua pater omnipotens a q̄ cun
cta illuminant. ⁊ de quo lux egredi
tur. ⁊ de quo dicere poſſum⁹. oli
ua in lumine tuo videbimus lumē
⁊ in filio videbim⁹ ſpm̄ ſcm̄.

¶ Sup abdiā qđ interp̄tatur ſ
uus dñi ad pamachiū. ⁊ ē xxiiiū
captm̄ de hoc. xxvij. q. ij. q̄ ꝓpter

A C Vm eēm puulus: vt
puulus loquebar.
Z ¶ Qui veriora ⁊ meliora dixe
rit: in illi⁹ ſniam trāſgredē.
B ¶ Nota. ego mereri debeo ve
niā. q in adoleſcētia mea
ꝓuocatus ardore ⁊ ſtudio ſcp̄tura
rum allegorice interp̄tatus ſuz ab
diaz. cuius hiſtoriā neſciebaz. ar
debat animus cogniōne miſtica.
⁊ q legerā omnia poſſibilia credē
tibus: ignorabam eſſe diuerſa cariſ
mata. litterulas ſeculi noueram. ⁊
ob id putabaz me libꝝ legere poſ
ſe ſignatū. Stultus ergo īducit ex
empla de tullio tertuliano origene
⁊ q̄ntiliano. q̄ certa ſua ſcp̄ta reuo
cauit. ¶ Itē. puulus ꝓpheta verſu
um ſupputacōe non ſēſuū. nam cā
ticū canticoꝝ q̄nto breui⁹ tanto dif
ficilius. ¶ Itē. in interp̄tatione ꝓ
phetica noſtrū morē ſeq̄ debemus.
vt p̄mum hiſtorie fundamenta ia
ciamus. Deinde ſi poſſum⁹ excelſas
turres ⁊ tectorū culmina ſubriga
mus. Et ibi ſequitur de volatu ⁊
intuitu aquile.
C ¶ Itē. legimus. videmus. quo
tidie ꝓbamus. q̄n pſecutio
cōtra eccliam oritur. multo peioēs
pſecutores iudeos ⁊ hereticos ī xp̄i
anos fieri q̄ ethnicos. ¶ Itē. facili
us captos ab ethnicis liberabis:
q̄ hereticoꝝ pſagijs irretitos. ¶ Itē
q iuxta hiſtoriā īterpretati ſum⁹:
⁊ inter confragoſos ſcopulos no
ſtrā nauiculam reximus: ſpūalis
intelligentie vela pandamus. vt
domino ſua reſerante miſteria leti
perueniamus ad portum.
D ¶ Petra petro donauit vt pe
tra ſit. ¶ Item. aperui os
meum: ſed neſcio an illud chriſt⁹
impleuerit.

¶ Sup aggeuz quod interpre
tatur feſtinus vel ſolemnis. de hoc
⁊. q. ⁊ hic pl'us. ⁊ c. o ꝓha.

A N Jeremias ꝓpheta ob
cauſam periurij Sede
chie regis.
Z ¶ Vt quicūq credideri in deū
hoc quaſi a nullo cõſignetur
B ¶ Nota. non eſt tempus vt
habitetis in domib⁹ laq̄a
tis ⁊ ornatis ⁊ cōpoſitis: non tam
ad vſuz ſicut ad delicias. ⁊ habita
culum meū ſancta ſanctorum ⁊ che
rubin ⁊ menſa ꝓpoſitionis pluui
is rigabitur. ſqualebit ſolitudine
⁊ ſole torrebit. ¶ Itē. non eſt tā in
iuſtus deus: vt ꝓpter multa mala

obliuiſcat paucorū bonoꝝ. de pe. di. iij. ſi qñ. ¶ Itē. ſacerdotū officiū eſt: de lege interrogatos rndere. nec ſimplicitatē ⁊ ciboꝝ cōtinentiā in magiſtro ſufficere. niſi qđ ipſe facit poſſit alios erudire. ſimile ſu per danielem. ſ. hic ſeqtur c. o pro pheta. prima. q. prima. ⁊ ibi inci pit o ꝑpheta.

¶ Sup Amos ⁊ portans libros de hoc c. ⁊ q. ⁊ odit de⁹

A. AMos propheta qui ſe quitur Johelem.

Z. ¶ Cuius promiſſio lex natu re eſt.

b ¶ Nota. naturale ē vt artifices ſue artis loqntur exemplis. ⁊ vnuſquiſq; in quo ſtudio nutrit etatē: illius ſimilitudines ꝓferat. Exempla poīt de nauta. milite. phi loſopho. oratore. ⁊ poeta. hoc dixit qꝛ amos paſtor loqtur de his que paſtorib⁹ cōgruunt. hic interpo nitur c. ſup trib⁹ de pe. di. v. ¶ Itē. quicqđ turpiter fit ad dei refertur iniuriam. ¶ Itē. omne flagitiū ſi terminos pudoris exceſſerit crimi na criminibus auget. ⁊ ſemper ad deteriora procedit.

C ¶ Itē. vbi de laudibus dei dici tur: hiſtorie ordo cbſeruād⁹ non eſt. ſ; freqnter prima facta ex trema dicūtur: ⁊ nouiſſima referū tur ad prima. ¶ Itē. libro. ij. ꝑmiſ ſis bonis ⁊ malis ſenectutis. ſcbit null⁹ iuxta ſcm̄ cyprianū diu tu tus eſt: piculo proxim⁹. ſed aliud eſt titubare: aliud voluptatib⁹ ob rui. ¶ Itē. ꝓprie ſubtiſſo dici ꝑtiaū quis iraſcitur: ⁊ aptis paululū la bijs ſbridere ſe ſimulat: vt ire mgr̄ nitudinez oſtendat hic interponi tur c. quando. xi. q. iij.

D ¶ Itē. odit malū. qui non ſo lum voluptate non vincit ſ; odit opa voluptatis. Et bonum diligit: q̄ non inuitus aut neceſſi tate aut legū metu facit qđ bonum eſt. ſ; idcirco: qꝛ bonum ē: ⁊ vt mer cedem boni opis habeat. hic inter ponitur ⁊ q. ⁊ odit deus. ⁊ xxiij. q. ⁊ odi. ¶ Itē. li. ij. vt ſepe teſtatus ſū: laborem ꝓpria manu ſcribendi ferre non valeo. ¶ Itē. q̄cuq; oſan guinitate vel amicicia vel e conuer ſo hoſtili odio vel inimicicijs in iu dicando ducitur. puertit iudiciū chriſti qui eſt iuſticia: ⁊ fructum illius in amaritudine conuertit

E ¶ Itē. adamas ſi ſup incudem graui ictu mallei feriat: pri⁹ incus vel malleus vulnus ſuſcipi unt q̄ adamas atteratur. nec puu los etiam ipſi⁹ angulos ignis ob tundit: lima non minuit. ſed e con trario limaz terit: ⁊ quicqđ attige rit lineis ſulcat. hic lapis ſolū hir corum cruore diſſoluitur. ⁊ miſſus in calidum ſanguinez fortitudinē ſuam pdit. ¶ Item. grandis dolor incredibiliſq; ignominia. quando maritus in media ciuitate cunctis preſentibus vxoris iniuriam pro hibere non poteſt. ¶ Itē. non eſt tantus dolor in filia ſtuprata quā tus in vxore polluta. nec tantus do lor in ceſa vxore. quantus in filijs trucidatis. Maritus enim libenti⁹ habet vxorem interfici q̄ pollui.

f ¶ Jtē· vetus narrat hiſtoria
nil ſame durius q̄ cōpellit ob
ſeſſos hūanis veſci carnib⁹: ⁊ īſuā
ſeuire naturā ¶ Jta vt nec pntes ꝑ
uul' parcāt liberis: ⁊ maritalis af
fectus vxoris dudū amate mēbra
dilaceret ¶ Jtē· qn̄ doctrina nō erit
in eccl'ſijs: intelligim⁹ perire pudi
ciciā· caſtitatē mori· ⁊ oēs obire v̓
tutes· ꝙ non ɔmederūt verbū dn̄i
¶ Jtē· occiduntur ⁊ pcuciunt' mgr̄i
vt viuificent' diſcipuli· capita diui
duntur: vt cetera mēbra ſanētur

G ¶ Jtē· corpora vmbris ocio
ꝗ marcētia tēptationes ⁊
eſtus ſeculi ferre non pn̄t· vide ad
eliodoru̅· B· hic interponitur c· ſi a
gamus· de pe· di· ⁊· Jtē· qd̓ a tan
tis viris exponitur hoc ſeq̄ndū eſt

¶ Sup cātica libros· iij· Poſt p̄
fationem ſuppoſitam q̄ cōis ē his
gloſis ⁊ tranſlationi origenis ſic
incipit·

A E Pitalamū libellus hic
e· nupciale carmen

Z Finem nō vidi
b Nota· moneo ⁊ cōſiliū do ō
ni: q̄ nondū carnis ⁊ ſāguinis mo
leſtijs caret: neqꝫ affectum nature
materialis abſcidit: vt a lectione
libelli huius ⁊ eorū q̄ in deo dicent'
ſe tempet· Aiūt enī apd̓ hebreos
obſeruari: ꝙ niſi q̄s ad etatē pfe
ctam maturāqꝫ puenerit libell⁹ h
nec in manib⁹ q̄dem teneri pmitti
tur· Jn ep'la ad atletā circa finem
Enumeratis reliq̄s libris diſcēdis
p filiā· ſub dit vltimo· ſine periculo
diſcat cā tica cāticoꝝ· ꝙ ſi in exordio

legitur· vereor ne ſub carnalibus
verbis ſpūaliū nupciaꝝ epitala
mū non intelligens vulneretur·
¶ Jtē· corpis ⁊ aīme nr̄e palmas
ptendamus ad dn̄m: vt det nob'
in virtute ſūa verbū quo poſſum⁹
ex his que ſcripta ſūt intellectū ſa
nū ⁊ edificacōem pudicicie aptum
vel nouū ipſius vel nature amoris
oſtendere ¶ Jtē· ſolus ille amor p
babilis ē· qui deo ⁊ v̓tutibus aī
me coaptatur· ⁊ infra· Nihil ē qd̓
toleret qui perfecte diligit

C ¶ Jtē· quotiens in corde noſtro
aliq̄d qd̓ diuinis dogmati
bus ⁊ ſenſib⁹ q̄ritur abſqꝫ monito
ribus inuenim⁹: totiens oſcula no
bis data eſſe a ſponſō dei verbo cre
damus· ¶ Jtē· ſpūſſanctus miſte
riorum formas obtectas eē voluit
in ſcripturis diuinis ⁊ non palā
atqꝫ in ꝓpatulo haberi· ¶ Jtē· hij
quibus herbarum ⁊ pigmentoꝝ
pericia eſt: ferūt eſſe quedam pig
menta quoꝝ ſi odorem ceperint nō
nulla animalia cōtinuo intereūt·
Alia vero eodem odore creantur
vitamqꝫ recipiunt·

D ¶ Jtē· libro ij· boni paſtoris
eſt ſtudiū: vt optima oui
bus paſcua req̄rat ⁊ vt virentia
atqꝫ opaca queqꝫ nemora ad req̄ē
meridiani exitus inueniat· ibi ſatis
q̄uo anima ɔgnoſcat ſeipſā ¶ Jtē
iuxta videt' eſſe cōminatio in eos
q̄ capaces eſſe poſſunt ad agnitio
nem ⁊ ſcientiam: ſed per deſidiam
negligunt· in q̄s iuſtiſſima eſt in
dignatio ſpōſi· quia ſcit vnius neg
ligentiā ad dampna cedere multoꝝ

Item. beate sunt ille anime que dorsum suum curuauerunt vt suscipiant super se sessorem verbum dei: et frena eius patiantur vt quocumque voluerit flectat eas.

E ¶ Item. pulcritudo genarum turturibus comparatur, quo per huiusmodi aues simul et honestos vultus et alacria iudicent. et quia turturum est natura: vt neque masculus preter vnam feminam adeat: neque femina amplius quam vnum patiatur amare. ita quod si vno interempto superest alter: pristinum coniugem extinctus ei sit concubitus amor. Item. in multis scripture locis hic iudicatur: quod aurum ad sensum mentemque reuocatur, argentum vero ad verbum atque eloquia referatur.

¶ Item. desiderari quid non potest si penitus ignoretur.

F ¶ Item. libro iij. melius est vt gramaticos offendamus: quam legentibus scrupulum aliquem in veritatis explanatione ponamus hoc dixit propter arborem mali: quam nominat meli: ne a malicia dicta putet. ¶ Item. quicumque verba mortis et interitus de faucibus proferunt: ipsorum fauces sepulcra dicunt. ¶ Item. nullus est qui ad etatem peruenerit vt amare iam possit quin non aliquid amet.

G ¶ Item. ordinate in me caritatem. docete me diuersos ordines caritatis. ¶ Item. quod omnia disposuit in numero pondere et mensura secundum mensuram meritorum cuiuscumque dilectionis tempat libram. ¶ Item. quantacumque demones miecerint tela: si inueniant mentem munitam: etiam si ignita sint: etiam si cupiditate flammis et incendijs ardent viciorum: fide et plena cuncta restringit

H ¶ Item. postquam nobis alium sensum proliues huius versiculi sermo suggerere sup v. c. ij. Ecce venit saliens in montibus transiliens colles. ¶ Item. impossibile est in carne viuenti agnoscere aliquid de occultis et inuisibilibus: nisi imaginem aliquam et similitudinem conceperit de visibilibus

¶ Sup danielem quod interpretatur Iudicauit me dominus, libros iij ad pamachium et marcellam. de hoc depe. dictis quamobrem. et de verbo. signam et rex.

A C Ontra danielem propheetam duodecimum librum scripsit porphirius.

Z ¶ Querendum est: quid ei respondere debeamus.

B ¶ Nota. obsecro vos pamachi et marcella: vt conatus meos orationibus adiuuetis. vt dominus et saluator pro causa sua suo sensu meo ore respondeat. vide contra eluidium B. et ad theodorum. et ana. B. ¶ Item. quando sancti ab infidelibus diliguntur dei misericordia non bonitatis hominum peruersorum. ¶ Item. non miremur si quando cernimus reges regibus et regna regnis succedere: que dei gubernantur mutantur et finiuntur arbitrio. causasque singulorum nouerit ipse qui omnium conditor est: et sepe malos reges pati tur suscitari vt mali malos puniant

C ¶ Item. mos nunciorum est. quod sua videri voluit bonum quod nunciant

¶ Item · excelſa piculoſius ſtant
a citius corruūt ꝙ q̄ ſublimia ſūt·
¶ Itē· oēm ſacram ſcṗturā mente
ꝑcurrēs: niſi me fallat obliuio: nō
reperio ꝙ ſanctorum quiſꝙ̄ deum
cadens adorauerit ·

D ¶ Itez· ſup verſū· forſā igno
ſcet de⁹· iiij· c· Cū beatus da
niel ṗſcius futurorū de ſentētia dei
dubitet · rem temerariā faciunt q̄
audacter pctōribus indulgentiaz
pollicent· de pe· di 1· ꝙobrez in ṗn·
allegato ¶ Itē· magna miſerie cō
ſolatio: qn̄ in tormētis poſitus ſcit
ꝓſpera ſecutura· ¶ Itē libro ij· nā
temere nos offeramus periculis: ſꝫ
q̄ntum in nobis eſt inſidias decli
nemus· vide idem infra ſuper Hie
remiam v· E·

E ¶ Itē· vij· c· ibi antiquus diez
ſedet · ſedens deſcribitur vt
maturitas ſententie comprobetur
¶ Itē· duplex officium angelorū
eſt· alioꝝ qui premia iuſtis tribu
ant· aliorum q̄ ſingulis cruciatib⁹
preſint· hic interponitur c· predix
erat· de pe· di v· ¶ Itē· ꝙ piculoſuz
eſt de ingrōrum ecc̄ie iudicare ſen
tencijs: a alterum alteri ṗferre· dicā
quid vnuſquiſꝙ ſenſerit, lectoris re
linq̄ns arbitrio: cuius expoſitionē
ſeq̄ debeat· ſimile de ſanctis ad da
maſum· viij · E

F ¶ Itē libro· iij· notandū ē· ꝙ· p·
lrām hebreus ſermo non ha
bet· ¶ Itē· non ſufficit ſcire ſapien
tiam niſi alios erudias· tacitus eī
ſermo doctrine aliū non edificans
mercedez ocij non habebit· ſimi le
ſup aggeū c· ij· ¶ Item· ibi de ſuſā
na exclamauit voce magna· Erat
vox magna: non aeris ꝑcuſſione
a faucium clamore: ſed pudicicie
magnitudine per quaz clamauit
ad dominum· cordis affect⁹ a mē
tis pura cōfeſſio a bona cōſcientia
vocem eius fecerat clariorem

¶ Super Eccleſiaſten·

A M Emini me ante hec: vt
prologus huius libri
in biblia·

Z ¶ Qui dicunt malum bonum:
a bonum malum·

B ¶ Nota· que videntur: tempo
ralia ſunt· que non vident
eterna · Fuit verbum pauli· ij· ad
corinth· iiij· in fine · idem in epyta
phio ſancte paule· ſuper zachar·
ij · a ſup cantic· iij· ¶ Item· cauſas
naturaſꝙ rerum ſermo explicare
non valet· nec oculus: vt poſſit rei
dignitas intueri· nec auris inſtru
ente doctore ad ſummam ſcientiaz
peruenire ¶ Item· prima ſapiētia
eſt carere ſtulticia · ſed ſtulticia ca
ruiſſe non poteſt niſi qui intellexe
rit illam ·

C ¶ Item· vir ſapiens in ſcriptu
ris laborat · libroſꝙ compo
nit· a memoriam ſui relinquit· ve
niuntꝙ in manus ſtultorum: qui
frequenter ſm ſui cordis prauita
tem inde ſemen hereſis capiunt· a
alienos labores calumniantur · vi
de ſuper oſee· D · ¶ Item · tempus

tacendi · tempus loquendi · Recoꝛ
pytagoricos: quorum doctrina eſt
tacere per quinquennium ⁊ poſtea
eruditos loqui · hinc originem
ſui traxiſſe decreti · Item · inuid⁹
aliena felicitate toꝛquetur · ⁊ pat
inuidie glorioſus · vide ſupra ad
demetriam · C ⁊ ſuper Galathas ·
libro tercio. G ·

D Item · vera amicicia nullo
liuore ſociata: inquanto
augetur numero tanto creſcit ⁊ ro
boꝛe · Item · c · quinto · melius eſt
ancipitem diu librare ſententiam
ꝙ in verbis facilem · in opere eſſe
difficilem · Item · c · ſexto · Omne
quod in hoc mundo laborant ho
mines: oꝛe conſumitur: ⁊ attritum
dentibus ventri traditur digeren
dum · ⁊ tamdiu tribuit voluptatē
ꝙ diu gutture detinetur · cum vero
in aluum tranſierit deſinit inter ci
bos eſſe diſtantia ·

E Item · fac talem famam lon
giorem · vt quomodo vnguē
tum nares odoꝛe delectat · ſic ad tu
um vocabulum cuncta poſteritas
delectetur · Item · maioris glo
rie ſapiens cum diuiciis: ꝙ tantum
ſapiens · Alij enim indigent ſapi
entia · alij opibus · ⁊ qui ſapiens
eſt ⁊ non diues: poteſt quidem do
cere quod bonum eſt: ſed interdū
non poteſt preſtare quod petitur ·
Item · eadem ſolis operatio li
quefacit ceram ⁊ ſiccat lutum · vi
de ad elbidiam · q · v ·

F Item · difficilis accuſatio in
epiſcopum · ſi enim peccauerit non creditur · ſi conuictus ſue
rit non punitur · Item · vides in
eccleſia imperitiſſimos quoſque flo
rere · ⁊ quia nutrierunt frontibus
audaciam ⁊ volubilitatem lingue
conſecuti ſunt: dum non recogitāt
quid loquantur · prudentes ſe ⁊ e
ruditos arbitrantur · maxime ſi
vulgi fauorem habuerint · qui ma
gis dictis leuioribus commouent ·
Et e contrario videns eruditum vi
rum latere in obſcuro ⁊ perſecutio
nes pati: ⁊ non ſolum in populo
gratiam non habere · ſed inopia ⁊
egeſtate tabeſcere · hec autem fiūt:
quia non eſt in preſenti meritorū
retributio ſed in futuro · Item ·
Euenit interdum vt cum modi
cum ſcientie quis habuerit: elat⁹
in ſuperbiam diſcere deſiſtat · et
paulatim ex eo quia nihil ſuper
additur ſubtrahatur · vt vacuum
diſciplinis pectus remaneat · fer
rumque quod acutū fuerat ebetet

G Item · frequens lectio ⁊
quotidiana meditatio a
nime ſolet magis labor eſſe ꝙ car
nis · Quomodo enim quod manu
⁊ corpore fit: manus ⁊ coꝛporis la
boꝛe completur · Ita quod ad lecti
onem pertinet: magis mentis eſt
labor ·

Super epl'as libros tres ·
de hoc · xxix · diſtinct · neceſſe · Et
eſt ſciendum ꝙ in epiſtola ſecūda
ad pammachium ⁊ marcellam ·
reſpondet ad ſex que opponebant
contra hie ſcripta per eum ·

A ¶ Sapientem virū quid teneat inter preſſuras ⁊ turbines mundi·

Z ¶ Quia gratia domini eſt cum omnibus qui diligunt eum in corruptione·

B ¶ Nota· parum eloq̄ns ſum· q̄d ad te diſertiorē legē nō digne greca in latinū tráſfero· Lege grecos ſi illiuſ lingue habes ſci entiam· Si tm̄ latinus es noli de ḡ tuito munere iudicare· Vulgare ꝓ uerbiū eſt· Equi donati noli dētes inſpicere· nunq̄ꝫ te in ius traho· ꝙ noſtra non ſcribis ¶ Itē· niſi pua fuerint magna eminere non pñt· primū non dicitur niſi ſecūdū ſe quat· ad ſūma non ſcandimus ni ſi per yma gradiamur· vide ad de ſideriū· B· hic ſequitur pal· c· nccē· ¶ Itē· libro v· inter ſanctum ⁊ im maculatum hoc intereſt· ꝙ ſanct⁹ immaculatus quoq; intelligi po teſt· immaculatus vero non ſta tim eſt ſanctus·

C ¶ Itē· immaculatus qui pecca ta non fecit· Sanctus qui vir tutibus plenus ē· ¶ Itē· virtutū vocabula etiam hij q̄ non ſequun tur diligunt· ⁊ nullus tam cōfeſſi ſceleris eſt vt non ſapientiam et iuſticiā amare ſe dicat· hic cadit c· dupl'r· de cō· di· ij· ¶ Itē inter noti onem ⁊ agnitionem illd intereſt· ꝙ notio eorū eſt q̄ āte non ſciuim⁹ ⁊ pꝰſ ſcire cepim⁹· Agnitio eoꝝ q̄ prius ſcientes ſcire deſijmus ⁊ po ſtea recordamur·

D ¶ Itē· inter poſſeſſionē ⁊ cre ationē hoc differt· ꝙ poſſi detur q̄ eſt ⁊ ſubſiſtit· creatur q̄ nō erat āteq̄ꝫ fieret: aut certe de eo q̄d erat tráſfertur in aliud· ¶ Itē· hij preſſure apud incredulos pene ſunt· apud fideles gloria ⁊ victo ria· ꝙ viciſſe aduerſarios eſt in an guſtijs non ceſſiſſe· ¶ Itē· manſue tudo nulla paſſione turbat· ⁊ ſpeci aliter ira ⁊ furore nō rūpitur· quā q̄ habuerit beatitudinē cōſequet· dñi voce ꝓmiſſam: vt terrā poſſide at imperet ⁊ dñetur corpori ſuo·

E ¶ Itē· nōnulli rugato fronte ⁊ dimiſſo ſupercilio verbiſq; tru tinatis· autoritatē ſibi doctoꝝ vēdi cant· non ꝙ ipſi dignum aliq̄d ar rogācia nouerint: ſed ꝙ ſupplices frēs q̄dam vident ſui cōparacōe neſ cire· hic interponit c· nōne· xxxvij· di· ¶ Itē non nobis moleſtū ſit ſi diu in obſcurioribus immoremur· ꝓ diximus enī inter oēs eplas pauli hanc maxime verbis ⁊ ſeſibus in uolutam· hic interponit c· quoties xxij· q· v· ¶ Item· libro· iij· q̄ iuſt⁹ eſt niſi fuerit erudit⁹: tam ꝓcul ſit a ſapiente iuſto: quantum eſt ſtellarum fulgor a lumine firma menti·

F ¶ Item· ſtultiloquium extimo non illorum tantum qui ali qua turpia narrant vt riſum mo ueant: ⁊ fatuitate ſimulata magiſ illudant illis quibus placere deſi derant· ſed etiam illorum qui ſapi entes ſeculi putantur· ⁊ de rebus phiſicis diſputantes· dicant ſe a renas littoris· guttas occeani· et celorum ſpacium terreq; punctū liquido comprehendiſſe·

Item. de nullo ſic iraſcitur deus
quomodo ſi peccator ſuperbiat: ⁊
erectus ⁊ rigidus non flectatur in
fletum: nec miam poſtulet ꝑ deli
cto. hic interponitur c. xxxij. q. ij.
ſicut non omnis. de pe. diſt. v. ecc̃ia
xxxij. q. iiij. liberorum. xxxvij. di. le
gant. Itẽ ſolent ſapientes exerci
tuum principes ea maxime oppug
nare urbium loca que parum mu
nita ſunt. vt cũ per illa irruperint:
facile munita capiantur.

H Item. dyabolus nomẽ gre
cum nomen eſt quod inter
pretatur criminator. iuxta hebrei
vero ſermonis ꝓprietatem deorſũ
fluens dici poteſt.

Sup Ezechielem. quod inter
pretatur robur vel imperium dñi.
libros. xiiij. ad Euſtochiũ.

A Finitis in yſaya decẽ ⁊
octo explanationũ vo
luminib9. ad ezechielez qd tibi ⁊ ſcẽ
memorie matri tue paule v̑go xp̃i
euſtochiũ ſepe pollicitus ſũ tráſire
cupiebam. ⁊ extremã vt dicit ma
num operi imponere ꝓlixetati. Et
ecce mihi ſubito mors pãmachij
⁊ marcelle Rome vrbis obſidio
multorũq3 fratrũ ⁊ ſororũ dormi°
nunciata eſt. atq3 ita cõſternatus
obſtupui: vt nil aliud dieb9 ⁊ no
ctibus niſi de ſalute omniũ cogita
rem: meq3 in captiuitate ſanctoruz
putarem eſſe captiuum.

Z Sciẽtia ducit ad regnũ celo
rũ ⁊ prebet nobis panẽ.

H Nota. poſtq̃ clariſſimum
terrarũ omniũ lumen extĩ
ctum eſt. ymmo Romani imperij trũ
catũ caput. ymmo vt verius dicã: in
vna vrbe totus orbis interijt. ob
mutui ⁊ humiliatus ſum. Itez.
in dubijs ſcripturis ⁊ libris: meli
us eſt obſcura relinquere vt ſunt:
q̃ aliqd temere vel praue mutare
qd neſcias. Itẽ. li. ij. in fi. Suppli
cia ⁊ cruciatus ſeq̃tur ſciẽtia dei. vt
quẽ non intelligebant ꝑ beneficia
per tormenta cognoſcant. vide ĩfra
ſuper yſayam. libro. ſecũdo.

C Item. li. iij. incipit. nihil lon
gũ eſt qd finez habet. ⁊ oĩs
retro tpm ſeries tráſacta non pro
deſt niſi bonoꝝ operꝝ ſibi viaticuz
ꝑparet: que ſp ad futura ymmo ad
eterna ꝓfiriũt ⁊ nullis terminis co
artant. vera ſententia eſt. omnia q̃
orta ſunt occiderũt ⁊ aucta ſeneſcũt
Quis crederet vt toti9 orbis extru
cta victorijs roma corrueret. vt ip
ſa ſuis populis mater fieret ⁊ ſẽ
pulcrũ. ⁊ quotidie ſancta bethleez
nobiles quondã vtriuſq3 ſexus. ⁊
omnibus diuicijs affluentes ſuſci
peret mendicantes. Quibus qñ o
pes ferre non poſſumus condole
mus: ⁊ lacrimas lacrimis iungi
mus. ⁊ infra. Cupimus verba in
opera vertere: ⁊ non dicere ſancta
ſed facere. hic interponitur c. qui
malos. xxiij. q. v. Itez. libro. iiij.
tenera infantium corpora dum ad
huc vteri calorem tenent: ⁊ p̃mo
vagitu laborioſe vite teſtant̃ exor
dia. ſolent ab obſtetricib9 ſale cõ
tingi vt ſicciora ſint ⁊ reſtringant̃
⁊ ĩ corpa barbaroꝝ romanis cor
porib9 rectiora ſunt. nam vſq3 ad

annũ tercium pãnis inuoluũtur
¶ Item. libro. v. ne librorum nu-
merus confundatur: prefaciuncu-
las ſingulis libris prepoſui
D ¶ Item. ſemper aliquid agẽ-
dum eſt: ne ager noſtri pe-
ctoris ceſſante manu malarum co-
gitationum ſentibus occupetur
¶ Itẽ. confuſionem ſequitur igno-
minia. ignominiam correctio. cor-
rectionẽ conſolatio. conſolationez
ſalus ¶ Itẽ. libro. vi. hereſis ipſa
non morit: hereditariis cõtra nos
odiorum ſuoruz catulis derelictis.
hic interponit c. putant. xxiii. q. iii
E ¶ Itẽ. manifeſta percurrim9: et
obſcuriora tranſimus. et xi.
manifeſta tranſcurrimus vt ĩ ob-
ſcurioribus immoremur. Et idez ſu-
per zachar. ii ¶ Itẽ. li. vii. in capit.
olim pueri legimus: nil tam facile
q̃n fiat difficile ſi inuitus facias. vi-
de ad pſidiũ. A. ¶ Itez ꝓpter occu-
pationes aut nobis claudendũz ẽ
oſtiũ. aut ſcripturarum ꝑ q̃s ape-
riende ſunt fores ſtudia relinquẽ-
da. et ſubdit. ꝙ ꝓpter ſenectutẽ ad
nocturnum lumen. ẽc.
F ¶ Itẽ. li. viii. Cadit mundus et
ceruix erecta non flectit: pere-
unt diuicie: et nequaꝙ̃ ceſſat aua-
ricia. cõgregare feſtinat q̃. rurſus
ab aliis occupentur ¶ Itẽ. li. ix. cir-
ca finem. in ꝓphetis interduz ordo
hiſtorie non ſeruat. non eñ narrãt
preterita: ſꝫ futura pronunciant. ꝓ
vt voluntas fuerit ſpũſſancti. In
hiſtoria vero vt ſunt libri moyſi
iudicũ ẽc. prepoſterã narrationez
non repi. vide ſup amos. C Itez

libro. x. niſi longitudo diuidat in
ptes: voluminis mod9 egreditur.
G ¶ Itẽ. o virgo xpi Euſtochi-
um eleua cum mopſe ma-
nus: vt noſtra victoria tuarũ ora-
tionũ ſit fructus ¶ Itẽ. li. xi. in fine
aꝑte impericiam cõfitemur: meli9
arbitrãtes interim nihil ꝙ̃ paruz
dicere. ¶ Item. libro xii. A minori
ſtudio v̓tutes laudamus ꝙ̃ vicia
reprehendim9. et ꝙ̃uis pulcra ſint
corpora: vni9 prauitate et deformi-
tate membri inſigniora fiunt.
H ¶ Item. gratias acturi deo: ſi
non in omnibus quod im-
poſſibile eſt ſed in pleriſqꝫ nobis
aperuit fores ſcientie. prima autẽ
vt ait ſublimis orator queqꝫ ſecũ-
ti honeſtum eſt et in ſecundis terci-
is qꝫ ſubſiſtere ¶ Item. libro. xiii.
Emulorum maledicta preuenio
qui cum noſtra diiudicent: ſua di-
iudicanda non prebent. nunꝙ̃ in
agone pugnantes: ſed de pugnã-
tib9: ocioſo preñio ſuperbo animo
iudicantes. vide ſupra ad romini-
onem. C ¶ Item. libro. xiiii. perſpi-
cuum eſt omnem creaturam: quã-
uis ad perfectionem peruenerit ta-
men indigere miſericordia dei: et
plenam perfectionem ex gratia dei
non ex merito poſſidere.

¶ Super Galathas libros
tres. de hoc prima queſtio. prima
marchion. et cap. ſequenti. et alibi
vt infra.

A P Auci admodum di-
es ſunt ꝙ epiſtolam
pauli

Z ¶ Oſtendit non a poſſe ꝑ dioceſim
tribere verꝫ eẽ q̄d dicat· niſi in
tellexerit q̄d docet ¶ In ꝓlogo.
H ¶ Nota certe ſũ Rome eſſeꝫ
nuq̃ marcella tam feſtina
me vidit: vt nõ de ſcripturis aliq̄d
interrogaret· neqꝫ more pytagori
co q̄cquid reſpõderã rectum putabat
nec ſine ratione apud eã valebat
autoritas: ſꝫ examinabat oĩa ⁊ ſa
gaci mente penſabat: vt me ſẽtirẽ
non tam diſcipulam habere q̃ iu
dicẽ. aꝗ· Nemo p̄t q̃uis eloquens
de eo diſputare q̄d neſciat· hic nꝰ
ponitur pall· c· marchion ¶ Item
tũc ſcriptura vtilis ẽ audientibus
cũ abſqꝫ xp̄o nõ dicit: cũ abſqꝫ pa
tre non ꝓphetatur: cũ ſine ſpũ non
eam inſinuat ille q̄ predicat· hic ſe
quitur c· vtilem xxij· q· ij· ¶ Iteꝫ li
bro ſecũdo· illum dicimus maledi
ctũ: q̄ facinus dignum patibulo ꝑ
petrauit· non eũ q̄ iniquitate iudi
cũ ⁊ inimicoꝝ potentia: vel clamo
re vulgi: aut virtutũ inuidia: aut
regis ira fuerit crucifixus· hic ſeq̄
tur c· uidex· xxiij· q· v·

C ¶ Itẽ. cũ dn̄s in euangelio p̄ci
piat nullũ patrem vocandũ
niſi deũ: neſcio q̄ licentia in mona
ſterijs vel vocem⁹ hoc nõĩe alios:
vel vocari nos adq̄eſcamus ¶ Iteꝫ·
ſemp cedũt minora maioribus: ⁊
pfecta imꝑfectis p̄ponuntur ¶ Item·
ledit diſcipulus mgr̃m ſi p negli
gentiam ſuam precepta eius labo
remqꝫ deperdat·

D ¶ Itẽ· ibi ego inimicus vob
⁊c̃. Similis nobis ap̄d ro
manos poete ſententia· obſequium a
micos veritas odiũ parit· Errauit
tñ vehementer· obſequium enĩ quo
putauit amicos fieri veritate ſep
ta: non tam obſequium eſt q̃ adu
latio· ⁊ potius clamdeſtina inimi
cicia dici debet ¶ Item· emulantur
bene qui cum videant in aliquib⁹
eſſe gratias dona ⁊ virtutes· ipſi
tales eſſe deſiderant: ⁊ fidem vitã
atqꝫ induſtriam eorum que per il
la meruerint nituntur imitari· vt
poſſint ea que bona emulatione
ſunt digna conſequi ⁊c̃· ¶ Item·
cum doctor in eccleſia ſermone or
natus ⁊ vita audientes quaſi ſti
mulis quibuſdam concitat ad vir
tutes: videmus omnem plebem
circa elemoſinas ieiunia caſtitatẽ
ſuſceptionem pauperum ſepultu
ras ⁊ cetera ſimilia feſtinãe diſcu
rere ⁊ feruere· cum ille autem receſ
ſerit paulatim intericiam ſequi om
nium que prius vigebant:

E ¶ Item· raro contingit vt ma
giſter ⁊ diſcipulus conſenci
ant ſibi: vt ſcilicet tantum ſuſcipe
re poſſit diſcipulus: quantum do
ctor ingerere· ac nunc omnes iudi
ces ſumus· neſcimus quotus ſit
pſalmus· que pars prophetie·
quod legis capitulum· ⁊ loquen
di facilitate interpretamur auda
cter quod non intelligimus· vide
ſuper micheam· d· ¶ Item· ſcriptu
ra diuina edificat perlecta· ſed mĩ
to plus prodeſt ſi de litteris verta
tur in vocem· vt qui per epiſtolaꝫ
docuerat: preſens inſtruat audi
entes· ⁊ infra· ẽpiſtola enim non
poteſt vocem alicui⁹ obiurgãtis

exprimere· nō valet iraſcētis reſō
nare clamorem : ⁊ dolorem pecto
ris apicibus explicare· Hic ſeq̄tur
c· qui ſcḋm carnem·xxiij·q·iiij·
¶ Itē· libro tercio in pͥncipio· Orō
rethorice artis fucata mendacio,q̄
ſi q̄dam meretricula procedit ī pub
licum: non tam erudiṫura ꝑplos q̄
fauorem populi q̄ſitura· Quod h
ſeq̄tur de ſcribentis manu· vide ſu
pra ad Ruffinum ⁊ C·

F ¶ Itē· officij mei eſt obſcura di
ſſerere· manifeſta perſtringe
re·in dubijs imorari· vnde a pleriſ
q̄ȝ cōmentariorū opus explanacō
nominatur· vide ad pāma· ⁊ mar·
ij· Hic ſeq̄tur c·reſecāde·xxiiij·q·iij·
⁊ ⁊ q⁊ vide q̄ntum ¶ Itē· opa car
nis ꝑ ſe mala patent ⁊ fugienda
mīm vt etiā hij q̄ ea faciūt cupiāt
occultare q̄d faciunt. hic ſeq̄tur c·
in eo·xxxij·q·iiij· ¶ Itē inter iracū
diam ⁊ irā hoc intereſt·q̄ iracūd9
ſemp iraſcitur· iratus ꝑ tempore ꝯ
citatur· vide ſupra titum ⁊ C·

G ¶ Itē· pulcre grecū verſuȝ de
inuidia trāſferens ſic dix
it· Inſanis inuidia nihil eſt: q̄ ꝓti
nus ipſū auctorē rodit ⁊ eius aīm
cruciat· vide ad Aſellā· d· ſup eccā
ſten·iiij· C· ⁊ ꝫ· Inter inuidū ⁊ inui
dioſū hoc intereſt· q̄ inuid9 felicio
ri inuidet· inuidioſus eſt q̄ ab alio
patitur inuidiam· ¶ Itē· vino oīs
ſenſus euertit· pedes corruūt· mēs
vacillat· ⁊ libido ſuccendit ⁊ꝫ· pul
cre ait orator deſcribens ebriū exci
tatum a ſomno. nec dormire excita
tus nec vigilare ebrius poterat· q̄
ſententia expſſit nec mortuum cuȝ

fuiſſe nec viuum. ¶ Itē· inter mo
deſtiam ⁊ continentiam hoc inter
eſt· q̄ modeſtia in pfectis viris ē
conſūmateq̄ȝ v̄tutis· cōtinentia in
via virtutis eſt ſed nondum perue
nit ad calcem ·

H ¶ Item· quid tam dei opus ē
ſicut ſcripturas legere · in
eccleſijs predicare· ſacerdocium cu
pere· ante altare miniſtrare domini
Sed ⁊ hec niſi quis omni diligen
tia cuſtodierit cor ſuum: de cupidi
tate laudis oriuntur· Subdit dem
tullij de his qui libros cōponunt
de contēnenda gloria · ⁊ tamen li
bris nomen ſuum inſcribunt· vide
ad elbidiam·q·xi· hic ſequitur c·q̄
clementiam· lxxxvi· di· ⁊·xiij·q·ij·ī
preſenti· ¶ Item· ira libido ⁊ iniu
ria que non deſiderat vltionem : ſi
me refrenem : ſi propter deum ta
ceam. fuerit mihi occaſio triūpho
rum ¶ Item· Tytus filius Veſpa
ſiani· qui in vltionem dominici ſā
guinis ſubuerſis Hieroſolimis
Romam victor ingreſſus eſt: tan
te dicitur fuiſſe bonitatis · vt cum
quodam ſero recordaretur in cena
q̄ nil boni illa die feciſſȝ: dixit· ami
ci hodie diem perdidi ·

I ¶ Item· beatus Johannes euā
geliſta cum ephesi· ſenex vix
inter diſcipulorum manus defer
retur: nil aliud per ſingulas ſole
bat proferre collectas: niſi· filioli
diligite alterutrum· Diſcipulis au
tem petentibus quare ſemper id
diceret .· reſpondit· quia precep
tum domini eſt· ⁊ ſi ſolum fiat ſuf
ficit·

¶ Itē dū lr̄atum apices recognoſ
cit: ipſum ſe putāt videre qui ſcpſe
rat. 2. in f. a. Quāuis parui ſint api
ces quibus pauli epiſtole conſcri
buntur, magne ſunt littere. quia
in litteris magnus eſt ſenſus.

¶ Itē. ad normā oīa dirigunt
ꝰ vtꝝ praua recta ne ſint cū regu
la apppoſita fuerit arguūtur 2. F. Sci
at ſe cōfſiōe nō dignū q̄ magiſ pa
tus ē 2tēnere ꝙ doceri.

¶ Sup hieremiā qđ interpretat
excelſus dni libros .xx. de hoc .xlv.
di. recedite.

A P Oſt explanacōem duo
decim pphetaꝝ: a liber
ſextus finit: dedit dona hoībus. et
xviij. incipit. habes in lamentacōi
bus. et finit vigeſimus.

Z ¶ In q̄ vniuerſitate minimꝝ ipſi
iudei cōprehēdunt. Hoc dixi
ꝙ vndecā intermedij non vincunt
qđ etiā deplorat raban⁹ in princi
pio ſuaꝝ explanationū ſup hiere
miā. ibi dicēs Caſſiodoꝝ idē aſſere
re. id etiā reperit in pn̄ li. ſui xiij.

H ¶ Nota li. v. in pn̄. quicqđ e 2li
ter licet: equali lance penſan
dū eſt. idē 2tra iouinianū. I. ¶ Itē
leui pctōꝝ ſorde maculatus: leuio
rib⁹ purgat monitis. ſ; pctā grauia
q̄ ad morte trahūt grauiorib⁹ tor
mentis indigent. vide 2tra pelagi
anos. E. ¶ Itē. qñ mgr̄ pcipit: obe
dientis iudiciū eſt; ſi dimiſſo ver
ſus eum audiat capite. ſi āt ḣgat
tergū ſignum eſt cōtemnentis.

C ¶ Itē. grādiſ offenſa nolle pla
care quē offenderis. 2. F. Alio
rū tormēta alioꝝ remedia ſūt. Cū
homicida punit alij terrent a ſcele
re. hic interponit c. 2 iurabūt. xxii.
q. v. 2. q. ij. aīaduertendū. ¶ Itē. li.
ij. in prin. nec nimia longitudine
extendendū eſt opus. nec immode
rata breuitate intelligentia auferē
da. quorū alterū onerat ſenſus le
gentiū. alterum pſcidit ſtudioſoꝝ
deſiderium. vide ſup yſayam li. xi.
¶ Itē. naturale ē vt quiſq; genita
le diligat ſolum: 2 nil h; dulcius
patria. vide ad demetriadem. B.

D ¶ Item. multo melius eſt ti
more penarum emendare
peccata: ꝙ ſpe proſperorum diuine
ſententie ſubiacēre. ¶ Item. libro
iiij. commentarios per interualla
dictabam. vt quod erat ocio ſuper
eſſet induſtrie. Hic interponitur. c.
xxiij. queſti. v. regnum. 2 capit.
homicidas.

E ¶ Item. libro. v. in principio.
Veritas claudi 2 ligari po
teſt. vinci non poteſt. que 2 ſuoruz
paucitate contenta eſt. 2 multitu
dine hoſtiuz non terretur. vide ad
Ruſticum. iij. G. ¶ Item. non eniz
quia deus ſcit futurum aliquid. ideo
futurum. ſed quia futurum eſt: de
us nouit quaſi preſcius futuroruz
¶ Item. crudeliores fuerint in pro
phetam per ſanctitatis inuidiam
qui religioni fuerint dediti. ꝙ qui
neceſſitatibus precerant. ¶ Item.
fuga non infidelitatis ſed pruden
tie iudicium eſt. ne fruſtra nos of
feramus periculis. vide ſupra con
tra vigilantium. iij. C. 2 ſuper dani
elem. ij. D.

F ¶ Itē·vi·li· incipit ꝑlixitas vo-
luminis Hieremie· vincit no-
ſtrū ꝓpoſitū vt q̄uis breuiť mlta
tn̄ dicam⁹ ¶ Itē·li·xviij·in lamen·
arguūtur negligētes rectores ec-
cleſie dei·ob quorū incuriam perit
oīs decor ꝓpl'i xp̄iani·cū nec in me
ditatione legis dn̄i ic·nec cultu pie
tatis·neq̄ȝ in ſacrarū virtutū exer
cicio laborare conētur ¶ Itē·li·xix
qū oaq̄ ſpn̄i ſcāim ſcīam ſacrā ſcīaȝ
purā tribulacōem defluētes popu
los mētes p fidē ſeq̄ntiū ſignificat
G ¶ Itē·li·xx·plerūq̄ȝ dū virtu
tū copia etiā plus q̄ȝ expe
diat ꝓſperatur in q̄ndā ſui fiduciā
mens adducit ⁊ decepta p̄ſūpcō-
ne ꝓpria repente pctō ſurripiente
fuſcať·vide ſ·primo·hic interponi
tur p̄·c·recedite ¶ Itē·rector bono
re ſuppreſſo eq̄lem ſe ſubditis bene
viuētib⁹ deputet ⁊ erga puerſos
iura rectitudinis nō exercere formi
det·nā liquet q̄ȝ oēs natura eq̄les
genuit ſȝ variante meritoꝝ ordine
alios aliis culpa poſtpoſuit ¶ Iteȝ
ibi nō p̄t eſſe maturitas cōſilij·vbi
nullus ē ordo iudicij·

¶ Sup Iohelez q̇d interp̄tatur
incipiens libros tres·de hoc·xxiij·
q·v·non ſolum.

A N On idem ordo·xij·ꝓphe
tarum·⁊ ponit interp̄
tationem omnium nominum.
Z ¶ p̄mi libri ſuper omnia taber
nacula iacob·
B ¶ Nota·omnis operacō non
in hoīs ſed in dei poteſtate
eſt·paulo dicēte oſtiū mihi eē ap-
tum eſt magnū ⁊ euidens ſȝ aduer
ſarii multi·h°·ī·ad corinth·xvi
¶ Itē·egritudinē animi dicimus
corporis non egritudo ſed egrotatio
&c·vide ſup yſayā li·v· ¶ Itē·iuſti
⁊ fortis viri ē nec aduerſis frāgi
nec ꝓſperis ſubleuari ſed i vtroq̄ȝ
eſſe moderatum.
C ¶ Itē·nulla res ita inebriat vt
animi turbatio Eſt triſticia
q̄ ducit ad mortē ⁊ hec abhominā
da ebrietas ē ¶ Itē eſt ira q̄ iuſti
ciā dei non opatur ⁊ furori ꝓxima
mentis ſue impotem facit intm̄ vt
labia tremant· dentes cōcrepant·
vultuſq̄ȝ pallorē mutet·recteq̄ȝ lau
datur illud tarentinū·vide ſ·ad ſal
uinā·d· ¶ Itē·quid locuſtis innu
merabilius ⁊ fortius quibus hu
mana induſtria reſiſtere non po
teſt·hic interponitur·de·pe·diſt·
qui ſanctus· ¶ Item·congregate
ſenes quorum etas vicini mortē
matureq̄ȝ ſententie magis timorē
⁊ cultum ſuſcipit dei.
D ¶ Iteȝ·per omnes ſenſus no
ſtros ingredi hoſtes deſide
rant ⁊ carpere vrbem bone conſcīe
tie·⁊ domos quas nobis bonis ope
ribus edificauimus deſtruere·
¶ Itē·nō deſperetis ob veniam ſce
lerum magnitudinem·quia mag
na peccata magna delebit·miſeri
cordia· ¶ Item·nunq̄ȝ tuta eſt hu
mana fragilitas ⁊ quanto virtuti
bus creſcimus tanto magis time
re debemus ne de ſublimibus cor
ruamus·vide ſuper Hieremiam li
bro·xx·Hic interponitur c·non ſo
lum·xxiij·q·v·

E ¶ Itē. non omnia que fecit ibe ſus ſcripta referuntur.

¶ Sup Jonam ꝛ colūbā. de hoc xxiij. q. v. non eſt noſtrū. ꝛ xxvi. q. ij. non ſtatim.

A T Riennuū circiter fluxit poſtq̄ quinqꝫ prophe tas interpretatus ſum.

Z ¶ Qui compantur iumentis i ſipiētib9 ꝛ aſſimilant eis.

G ¶ Nota. ſcio veteres ſuis q̄ſti onib9 non tam apuiſſe q̄ obſcuraſſe ſuas: vt ipſoꝝ interp tatio opus habeat interp̄tatione ꝛ multo incertior lector recedat q̄ fuerat anteq̄ legerat. Cū tñ cōmē tatoris officiū ſit: vt obſcura breui ter ꝛ apte diluciadet. ꝛ non tam di ſer titudinē ſuam oſtendat: q̄ ſēſū eius quē exponit ediſſerat. vide ſ. ad pāma. ꝛ mar. ij. d. Et ad ſūmā ꝛ fretellam B. ſup galath. li. iij. ff hic interponitur. c. ſicut ait. de pe. di. iij. ¶ Itē. vt totū pphete ſenſuꝫ breui pfatione cōprehēdam: nul lus melior typi ſui interpres erit: q̄ ipſe q̄ inſpirauit pphetas ꝛ futu re veritatis in ſeruis ſuis lineas ā te ſignauit. ¶ Itē. iudei habent li bros: nos librorū dñm. illi habent pphetas: nos itelligentiā pphetarū. illos occidit lrā. nos viuificat ſpūs Apud illos barrabas dimittitur: nobis xp̄s filius dei ſoluitur.

C ¶ Itē. etiā ea q̄ hoies extimant ſalutaria: deo volente vertivi demus in pniciem. in trāquillitate tēpeſtas orit. Nihil deo aduerſāte ſecurū eſt. ꝛ ꝥ Naturale ē vnūquē q̄ in ſuo piculo de alio plus ſpera re. Hic interponūtur. c. in titulo al legata ¶ Itē. tēptatio eſt vita hoīs ſup̄ terrā. in hebreo habetur mili cia. q̄ hic militamus vt alibi coro nemur. ¶ Itē. ſaccus ꝛ ieiuniū ar ma ſūt penitentie ꝛ auxilia pctōrū ꝛ ſi ex duob9 neceſſariis vnuꝫ eſt ſubtrahēdū. magis eligā ieiuniū abſqꝫ ſacco. q̄ ſaccū abſqꝫ ieiunio

D ¶ Itē. dicit plato. felices foē re publicas: ſi aut philo ſophi regerent. aut reges philo ſopharent. ¶ Itē. difficile potētes nobiles ꝛ diuites: ꝛ mlto his diffi ciliꝰ eloq̄ntes credūt deo. obcecat enī mens eoꝝ diuiciis opib9 atqꝫ luxuria: ꝛ circūdati viciis non pñt videre v̄tutes. hic interponitur. de cucurbita ꝛ hedera. ¶ Itē. carpe ꝛ detrahere etiā impiti poſſunt. docto rum ā eſt: vt laborantiū nouerint ſudorem: vel lapſis manū porrigē vel errātib9 iter oſtendere.

¶ Sup yſayaꝫ qđ interp̄tatur ſalus dñi volumen grāde diuiſum in. xviij. libros. de hoc. xxxvij. di. vi no inebriant.

A E Xpletis longo vix tē pore in. xij. pphetas xx explanationum libris.

Z ¶ Moderatam arbitratur ꝛ mi tē clementis eē ſnām iudicis

G ¶ Nota. q̄cquid ſācṫatuꝫ eſt ſcripturarū. quicq̄d p̄t hu mana lingua pferre: ꝛ mortalium ſenſus accipe: iſto volumine ꝯtine tur. ¶ Itē. animi leticia interdū do lorē corpis mitigat: q̄ ſi ad egro

tationē corpis accedat egritudo a
nimi: duplicat infirmitas. vide .iiij
ad theophilū B. et ſup iohelem B.
¶ Itē ibi c. v. diſcite bene facere. vir
tus ergo diſcēda eſt. nec naturē tm̄
bonū ſufficit ad iuſticiā: niſi qs eru
diatur bonis diſciplinis. diſcenda
eſt ergo iuſticia. et magiſtrorū ſa
pientie terenda ſunt limina.

C ¶ Itē li. ij. greci poete laudabi
lis illa ſentētia. primū eē bea
tū qui p ſe ſapit. ſecūdum q ſapiē
tem audiat. illū aūt q vtroqꝫ caret
inutilem eſſe tam ſibi ꝙ omnibus
¶ Itē. non ſtatī multitudinis ad
qeſcamus iudicio: ſed electi in prin
cipatum noſcamus menſurā nrām
et humiliemur ſub potenti manu
dei. qr ſupbis ac. ¶ Itē. qui non ſē
ſerint deum per beneficia: ſentiant
per ſupplicia.

D ¶ Itē li. iij. in pncipio. c. vi. c.
de hac viſione ante ānos
circit triginta: cū conſtantinopoliz
et apud virū eloqntiſſimū Grego
rium nazanzenū tūc eiuſdem vrb
epm ſacris lrīs erudirer: ſcio me
breuē dictaſſe ſubitūqꝫ tractatum
vt experimentū caperem ingenioli
mei: et amicis iubentibus obedirez
Ad illū itaqꝫ libelluz mitto lectorē
Oroqꝫ vt breui huius operis expo
ſitione contentus ſit ¶ Item. li. v.
hic pcedit c. non eſt crudelis. xxiiij
q. v. in mortuo rege ſemp regni letā
tur inimici. ex rebus nouis bella ci
uilia ſeditiones ac regnandi impe
ritiam preſtolantes. ¶ Itez. ſicut
trigeſimus ān9 in hoib9: ita i pecu
dib9 et iumētis ſci9 robuſtiſſim9 ē

E ¶ Itē. nil ſic offendit deū ſicut
pctōris erecta ceruix. et ex de
ſperatione cōtemptus. vide ſupra
ad abigaum B. ¶ Itē. li. vi. philo
ſophoꝝ ſententia eſt: ſibi herere v
tutes. et apoſtoli iacobi. cui vna de
fuerit oēs deeſſe vtutes. vide cōtra
pelagi. D. ¶ Itē. in comparatione du
orum maloꝝ: leui9 malū eſt aperte
peccarē ꝙ ſimularē et fingere ſctātē

F ¶ Itē. li. vij. nullus eccliaſticoꝝ
tm̄ hꝫ ſtudij in bono: qntum
heretici in malo. idē ſup hieremiaz
vij. et pſalmo lxxxij. ad theo. iij. B.
¶ Itē. ai aduertimus multos: qui
pſperis et abūdantia oim rerū deū
ſentire non poterant: p inopiaz in
telligere et cōuerti ad opa iuſticie
idē iohel. v. ¶ Itē. li. ix. Siceram dici
mus oēm potionem que inebriare
pt: et ſtatum mentis euertere: ſiue
frumento. ordeo. initio. pomoꝝ ſuc
co. palmaruz fructu. vel alio quoli
bet genere cōficiatur. idez ſuper ga
la. B. v. hic ſeqtur c. vino de quo ſ

G ¶ Itē. libro. xi. Sic ſtudēduz
breuitati: vt nullū damnū
fiat intelligētie. vide ſ ſup oſee. B.
et ſuper hiere. li. ij. ¶ Item li. xij. q
mali fuerant cōgregati diuidant
in bonum ¶ Item ꝙ falſo philoſō
phi de ſocrate gloriantur. nunqꝫ
cum plus ſolito nec triſtem fuiſſe
nec letum.

H ¶ decimuſterci9 liber incipit
Multi caſus opprimunt na
uigantes. ¶ Itē. li. xvi. Quomodo
poterit libidinem refrenare: q nec
manum valet cohibere nec linguā
¶ Item. libro. xviij. etiam ſi peccā

ciain ſit plurima multitudo: vnuſ
iuſt9 auctoꝝ vicio perire non debet

A ¶ Itē. cōtraria ſimul eē non poſ
ſunt: vt vbi exultatio ē ⁊ gau
diū q̄ fructus ē ſācti ſpūs: ibi ſlet9
⁊ planctus morari non pt̄ q̄ eſt ap
ius lamentantibus ⁊ lugētibus.
¶ Itē. non potuiſſent omnes gen
tes in tam breui tp̄e credere niſi ſi
gnoꝝ miracul' fides ipſoꝝ quodā
modo fuiſſet extorta. clamantibus
eni apoſtolis ⁊ apoſtolicis viris:
dn̄s ſignoꝝ magnitudīe r̄ndebat
vide s̄ mar. E. ¶ Itē. ſudore ⁊ labo
re nimio ad vbertatē fructuū pue
nimus ¶ Itē. melius ē lectoreꝫ ob
latū ſcripta relegere: q̄ꝫ nos dicta re
plicare. vide ad pāma. ⁊ mar. ij. G

¶ Sup Malachiā qd̄ interp̄ta
tur nūcius meus. ad mineruium et
alexandrū. de hoc. xlix. di. c. ſi. xvi.
q. ⁊ reuertimini.

A Deus p moyſen populo
iſr'l' p̄cepeāt ſacerdotes
tabernaculi ſui omni corporali vi
cio liberos.

Z ¶ Helyas quidem veniet. ⁊ ſi
creditis iam venit. in helya
iohannem intelligens.

B ¶ Nota. conuenit qd̄ i pſalmiſ
diximus. q̄ titulos nō h̄nt
ſcꝫ eoꝝ eſſe credēdos q̄rum p̄ores
pſalmi nomib9 p̄notati ſunt. vide
s̄ ad cyprianū. B. ¶ Itē aliud eſt
qn̄ ad illū vel illuꝫ ſcribim9. aliud
qn̄ contra illū ⁊ illum. q̄r in altero
ps amicicie. in altero inimiciciarū
apta eſt cōfeſſio. ¶ Itē. priora ma.
ſaint vicia p infantia puericiaꝫ et
iuuentute: q̄ poſtmodū etas firmi
or corripit atq̄ꝫ ſupplantat. Hic in
terponitur q̄ꝫ filij q̄nq̄ꝫ in bona pte
q̄nq̄ꝫ in mala recipiuntur.

C ¶ Itē. dū violant ſacramenta:
violat is cuius ſūt ſacramē
ta. hic iterponit̄ p̄al. c. vlt. xlix. di.
¶ Itē. audetiſ offerre deo qd̄ homi
bus dare non audetis. ¶ Item. re
gula ſcp̄turarū eſt. vbi manifeſtiſ
ſima ꝓphecia de futuris texitur. p. i
certa allegorie non extenuare que
ſcripta ſūt. hic interponitur c. ma
ledicam. prima q. prima.

D ¶ Itē. nō erit in illis pene di
uerſitas in q̄bus pctā ſūt
paria. hic ſup c. iij. ſeq̄tur c. ⁊ pur
gabit. l. diſt in. ⁊ c. reuertimini cir
ca finem libri.

¶ Sup Matheū li. iiij. de hoc. xi.
q. iij. q̄uo ſacerdos. ⁊ in alijs cano
nibus de q̄b9 ī. ⁊ de homici. cū iura
mento. ⁊ de ver. ſigni. qd̄ dicitur. ⁊
c. ioſeph.

A Plures fuiſſe q̄ euange
gelia ſcp̄ſerūt ⁊c̄. pre
cedunt tn̄ r. vel rubrice incipientia
de chriſti natiuitate.

Z ¶ Non ignorat eam diem q̄ua
ſe ſcit futurū cum apoſtolis.

B ¶ Nota. des euſebi exēplaria
vgini xp̄i. precipue hac te
lege conſtringens. vt ſi tu ei ab te
ſcp̄ta ſubtraxeris. illa q̄ꝫ armario
lo ſibi poſtea ſcribēda ꝯcludat. ⁊
p̄miſerat. difficile eſt oēs legere q̄
in euāgelio ſcp̄ſerūt: ſꝫ multo diffi
cilius adhibito iudicio q̄ optima
ſunt excerpere. certe noſti ⁊ mēdacij

mei erubeſcerem te teſtem vocare?
ꝙ hec tãta celeritate dictaui: vt ma
gis me aliena legere ꝙ̃ mea cõde
re putares. hic interponitur c. ge
nuit. xxvij. q. ij. ¶ Itẽ. beati pacifi
ci: q. ſ. primũ in corde ſuo: deinde inter
fratres diſſidentes pacem faciunt.
Quid enĩ prodeſt alios per te paca
ri: cum in tuo animo ſint bella vici
orũ. hic interponit̃ c. cõſidera. xxij.
q. v. ¶ Itẽ non q̃ras gloriam: ⁊ cũ
ingloriosus fueris non dolebis.

C

¶ Itẽ ſup illud. oculũ ꝓ oculo
in lege retributio ẽ. in euan
gelio grã. ibi emendat culpa. hic
peccatum auferitur exordia ¶ Itẽ.
ibi in noĩe tuo ꝓphetauimus. ꝓphe
tare. v̇tutes facere: ⁊ demonia eijce
re. interdũ eius non ẽ meriti q̃ ope
ratur: ſz vel inuocatio noĩs xp̃i hoc
agit: vel ad cõdemnationẽ inuocã
tiũ ⁊ vtilitatẽ videntiũ ⁊ audiẽtiũ
id cõceditur. ¶ Itẽ. ſi in magnete
lapide ⁊ ſuccinis hec ẽ vis dicitur
vt anulos ſtipulam ⁊ feſtucam ſi
bi copulent. q̃nto magis oĩm crea
turarũ dñs ad ſe trahẽ poterat q̃s
volebat. hoc dixit in c. ix. ꝓpter ma
theum qui ſtatim a chriſto vocat⁹
ſecutus eſt illum.

D

¶ Itẽ ſicut ſpũalia dona ſit mer
ces: ſic media ſiũt meliora
¶ Itẽ li. ij. Aliud eſt coronã victo
rie poſſidere. aliud adhuc in acie di
micaẽ. hic interponit̃ c. ſinge. xxxij
q. v. ¶ Itẽ. ſicut cõcordia ꝑue res
creſcũt. ſic diſcordia maxime dila
buntur. Saluſtius ⁊ Seneca.

E

¶ Item. ocioſũ verbum ẽ qđ ſi
ne vtilitate dicẽtis ⁊ audien
tis ꝓfertur. vt ſi obmiſſis serijs de
rebus friuolis loq̃mur: ⁊ fabulas
narremus antiquas. q̃ vero ſcurri
lia replicat ⁊ aliquid ꝓfert cupidi
nis. hic nõ ocioſi verbi ſed crimio
ſi tenebitur. ¶ Itẽ. ſi volumus ſin
gulorum verborum rationes aperire
ꝓpoſiti operis breuitatẽ excedim⁹.
⁊ ẽ. obſcura ſũt plenius differẽda
ne breuitate nimia inuoluant̃ ma
gis ſenſus ꝙ̃ exponantur. ¶ Item
diuerſus eſt hoĩm ſtomachus: alij
amaris alij dulcibus alij auſterio
rib⁹ alij leuibus delectant̃ cibis. vi
de ad algaſiam. B.

F

¶ Itẽ. ꝓpemodum naturale eſt
ciues ciuibus inuidere. nõ enĩ
conſiderant p̃ntia viri opa: ſed fra
gilis recordantur infantie ¶ Item.
libro. iij. hic premittitur c. quomo
do. xi. q. iij. q̃nto quis ampliora q̃
ſierit tanto magis ad inferiora col
labitur ſi ignorauerit menſurã ſu
am ¶ Itẽ. magna dignitas aĩma
rum eſt: vt vnaqueq; habeat ab
ortu natiuitatis in cuſtodia ſua an
gelum delegatum. Hic interſerit
quod de ſocijs diſcipulis pytago
re ponit etiam valerius li. v. c. de
vera amicicia. post quod ſequitur
c. dixit dominus. xxxij. q. v.

G

¶ Item. ſuſcitatione lazari. il
luminatione ceci ⁊ ceteris
hoc videtur mirabilius: ꝙ vn⁹ ho
mo. illo tempore cõtemptibilis ⁊ i
tm̃ vilis: vt poſtea crucifigeretur
ſcribis ⁊ phariſeis cõtra ſe ſeuien
tibus ⁊ videntibus deſtrui ſua lu
cra: potuerit ad vnius flagelli ver
bera circa multitudinem menſas ⁊

cathedra ad talia facere q̄ infinitus non fecisset exercitus ¶ Ite. semp turba mobilis ē nec in ꝓpria volū tate ꝑsistēs: atqȝ in morem fluctu um diuersorum ꝗ ventorum huc et illuc trahitur. Contra eum ei quē nunc ꝓphetam dixerunt clamaue runt postea crucifige. ¶ Item in fi ne libri. maliuolentia aliuꝫ nu trit imprudentiam.

H¶ Item qui quod nouit inter rogat: non voto discendi ſꝫ ſtudio cognoſcendi an nouerit ille q̄ reſponſurus eſt: in ſimilitudineꝫ phariſeoꝝ non q̄ſi diſcipulus ſed quaſi temptator accedit. ¶ Ite. li. iiij. ibi vſqȝ ad ſāguinem zacharie Quidam dicunt hunc patrem fuiſ ſe iohānis quē dicūt occiſuꝫ qꝛ do mini predicauit aduentum. hoc qꝛ de ſcripturis non habet autoritatē eadem facilitate contemnitur qua probatur. vide cōtra clui diū. C. ¶ Ite multi ſapientes ꝗ naturalit̄ acuti ingenij ꝑ negligentiaꝫ boni nature corrumpunt. ꝗ illis tardior induſtria ꝗ labore quod min⁹ ha buit compenſabit. hic interponit de conſe. diſt. ij. accipite.

I¶ Ite. refert ioſephus capphā vnius tm̄ anni pontificatum ab herode precio redemiſſe. nō mi rum ergo ſi iniquus pontifex iudi cauit inique ¶ Ite. ibi loquela tua ac. vinaculum loquendi ſonū mu tare non poteſt. vnde eufracii iu diciꝫ libro dicere ſinceria non poſ ſunt. vide ad Euandrū. ij. C. hic ſe quitur c. nihil. vide de pe. di. iij.

¶ Item ꝑmiſſo q aquile ꝗ vul tures ſentiunt etiam tranſmarina cadauera. ſubdit. mortuum eo: p⁹ ſignificantius dicitur cadauer ab eo qꝛ morte cadit. datur ethymolo gia: caro data vermibus.

## ¶ Super Marcum

AO Mnis ſcriba doctus in regno celorum.

Z¶ Lege ergo ꝗ imi tare aſſidue.

H¶ No ta. Ego ſimilis paupcule vidue duo minuta in gozophilacium mittē ti dicentibus meis pauperculis ac ſi de paupere aſpirantibus alimen ta: has de menſa diuitum mitto mi cas. ¶ Item chriſtus homo naſcē do vitulus: moriendo leo reſurgen do aquila eſt aſcendendo. ꝗ quatu or ſunt qualitates de quibus ſan cta euangelica contexuntur prece pta mādata teſtimonia ꝗ exēpla. in preceptis iuſticia. in mandatis caritas. in teſtimonijs fides. in ex emplis perfectio conſiſtit. Et ponit exempla hec in prologo. ¶ Item. euangelium grece latine bona an nunciacō vel predicatio: quod pro prie ad regnum dei ꝗ remiſſionem pertinet peccatorum. ꝗ ibi premit tit expoſitionem pſalmi. lxvij. Do minus dabit verbum euangeliſā tibus virtutes multas

C¶ Item temptamur: vt paciē tia nobis probationem pro batio ſpem: ſpes vero caritatem ge neret. ¶ Item. amaritudinem ra

dicis dulcedo pomi compenſat. pe
ricula maris ſpes lucri delectat. do
lorē medicine ſpes ſalutis mitigat
qui deſiderat nucleum frangat nu
cem. vide ſupra ad paulinū. ij. d.
¶ Item. precomia chriſti narrarī
poſſunt: qui ad palmam indulgē
tie meruerunt peruenire.

D ¶ Itē. nobis neceſſarium eſt
vt ſic excelſiora noſtris ſe
ſibus applicemus: vt tamē cuncta
ſm hiſtorie veritatē cernamus.
¶ Itē. his quatuor vita fundatur
eterna: vt quod corde credis ore ↄ
fitearis. et quod cōfiteris operib9 i
pleas. et qd impleueris docere nō
ceſſes ¶ Itē. in archa noe aīalia
que intus erant foris intēdebātur
et que foris erant intro erumpebāt
Sic in eccleſia agitur. iudas receſ
ſit. latro acceſſit.

E ¶ Itē. non ſanat oculum quod
calcaneo adhibetur. ieiunio
paſſiones corporis: oratione peſtes
ſanande ſunt mentis. ¶ Item. in fi
ne. terra multis plena miraculis:
vbi fidelium crudelitas plus acti
bus ꝙ lectionibus eruditur: vide
ſuper yſayam. J.

¶ Sup Micheaz qd interpreta
tur qs quaſi vel qs velit. Sic dicit
hieronimus in ꝓlogo iohelis. hic
vero interpretatur v humilitas. li
bros duos de hoc. xxxv. di. eccleſie
principes.

A Empoꝛibus ionate et
ezechie. ⁊c.

Z Ne āplius de luto et paleis
egipcias cōſtruat ciuitates.
B Nota. q in corde voluminis
eſt debet ꝓfunda cōtinere
miſteria ¶ Itē. quis non deſiderat
villam huius ſeculi oblitus poſſeſ
ſionem padiſi. vides agros agris
et terminos iungere terminis: et ꝑ
uo hominis corpuſculo rura vrbiū
non ſufficere ¶ Itē. expoſui lux. qd
mei ingenioli patiebātur āguſtie
C ¶ Itē. nil tam facile ꝙ ocioſuz
et dormiētē de alioꝝ labore et
vigilijs diſputarē. vide ſ. ſup ezech
li. xiiij. ¶ Itē tunc ſcriptū legenti ꝓ
derit ſi qd legitur opere compleat
Hic interponitur c. eccle principes
de quo ſ. et c. iudices v q v et iuxta
illud c. nunꝙ. et c. hij quoſcūqȝ. c.
que: Itē c. cū exaudieo de quo dice
tur in fine. ¶ Itē. in eius aduentu
omne bellandi ſtudium cōferatur
ad pacez. in aratra gladij mutabū
tur. haſte cudentur in falces. gens
definet bellare contra gentem. ne
mo pugnare diſcet: pugnandi ne
ceſſitate depoſita tantaqȝ erit reqes
vt non ſoluz in vrbibus ſed in vi
culis et agris ſit vnuſquiſqȝ ſecur9
D ¶ Itē. li. ij. nunc de loquenti
bus et pronūciantibus ple
nus eſt orbis. loquuntur que neſci
unt. docent q non didicerunt. ma
giſtri ſiunt cum diſcipuli ante nō
fuerūt. vide ſup ad paulinum et C.
G. et ſuper galathas B. et E. ¶ Itē
Amicicia pares aut accipit aut facit
vbi inequalitas eſt et alterius emi
nenſia alterius ſubiectio: ibi nō tā

amicicia q̄ adulatio eſt. Vnde ali
bi legimus. Sit amicus eadē aı
ma: et liticus pro amico precans.
Serues inquit anime mee dimidi
um. delicata alias delecta eſt amici
cia que amicorum felicitatem et di
uicias ſeq̄tur. iſtiuſmodi homines
non mihi videntur amicos dilige
re ſed ſeipſos. ¶ Itē. aliud eſt ho
norare duces: aliud ſpem habere ı
ducibus. honoremus epiſcopum.
preſbitero deferamus. et dyacono
aſſurgamus. tamen non ſperem⁹ ı
eis: quia vna et certa ſpes noſtra ē
in domino.

E ¶ Itē. ponent manum ſuper os
ſuam. quia ipſorum opera ō
nem eis loquēdi auferūt libertatē

¶ Sup Naum quod interpreta
tur conſolatio: ad paulaz et euſto
chium. de hoc xxiij. q. v. q̄d ergo

A I Vxta. lxx. interpretes
in ordinatione duode
cim prophetarum.

Z ¶ Irruit quidem ſed ingredi
nō poteſt. hic autem in p̄n
cipio multis autoritatibus ꝓbat
q̄ zelus aſſumitur in bona parte

H Nota. ſi ſtilla dignationis
conſumet principatus ad
uerſus quos nobis eſt pugna et
colluctatio quid fieret ſi tota ı nos
ira domini verteretur. hic interpo
nitur preallegatum c. quid ergo.
et c. querat aliquis. de pe. di. iij.

¶ Item quod vetus eſt et ſeneſcit
perditioni proximum eſt. ¶ Item
certe in lectoris arbitrio cum vtrū
q̄ percurrerit quid magis ſequi de
beat iudicare.

C ¶ Item. longum eſſet nunc di
cere q̄ virtus dyaboli maxi
me ſit in lumbo ſed qui tota mente
in chriſtum crediderit lumbos ſu
os mortificabit in chriſto. ¶ Item
non enim tante virtutis eſt ab ali
is iniuriam ſuſtinere quante gra
tie domini eſt placidum mitem at
q̄ tranquillum iniuriaz facere nō
poſſe. ¶ Item. quid iuuat portas
claudere quas dominus reſerat

D ¶ Item. differt inter eum q̄
fugit et ſtetit et qui fugiēs
nunq̄ ſtetit. qui enim ſtat fugere
ceſſauit. qui non ſtat ſemper in fu
ga proſtratus eſt. ¶ Item. tot ſūt
antichriſti quot dogmata falſita
tis. ¶ Item. ſicut quatuor ſunt vir
tutes quibus pugnamus et tegi
mur. prouidentia. iuſticia. tempe
rantia. et fortitudo. ſic etiam quatu
or ſunt vicia quibus ab hoſte per
cutimur. ſtulticia. iniquitas. luxu
ria. formido.

E ¶ Item. Malicia finem non
habet.

¶ Super Oſee quod interpre
tatur ſaluator. libros tres. de hoc
prima. q. prima. illi offerunt. et de
preſumptionibus. ſcribam eis. et
de verborum ſignificationibus. in
nouate.

A Si in explanationibus
omnium prophetaruz
ſpiritusſancti indigemus aduẽtu:
vt cuius inſtinctu ſcripta ſunt:illi
us reuelatione pandantur. Simile
in vita hylarionis. A. et inter
miſſo de yſaya ſequitur. Quãto ma
gis in explanatione oſee orandus
eſt dominus: et cũ petro dicenduz.
Ediſſere dñe parabolam iſtam:preſ
tim cum obſcuritatẽ voluminis in
fine teſtetur ipſe qui ſcripſit.

Z ¶ Et reſurrectiõnem multoruz
in iſrahel.

B ¶ Nota. Appollinaris ſup hoc
libro nimia breuitate ad
pfectam intelligentiam lectorem
adducere non poteſt. vide ſup yſa
yam li. xi. ¶ Itẽ. aliud eſt loq̃ dñz
in oſee aliud ad oſee. in oſee p ipſũ
ad alios loq̃t. ad oſee vero loq̃ns
ad ipſum ſignificat cõferre ſermo
nez. hic interponitur c. non ẽ. xxxij.
q. v. ¶ Item grauior pena eſt: quã
do in tempore meſſis et videmie ſpe
rate fruges auferũt et vinũ et q̃dã
modo tente tollunt manibus

C ¶ Itẽ obſcuritas trib9 modis
naſcit. aut rez difficultate: ã
magiſtri impitia: aut diſcentis ni
mia tarditate. itẽ ſup ezechielem
xiij. in plogo. vbi dicit hoc fuiſſe v̇
bum rethoris victorini ¶ Itẽ. veri
tas abſq3 mĩa ſuſtineri non pt. et
mĩa abſq3 veritate efficit negligen
tiã. vñ alterz alteo miſcet. ẽ qui nõ
habuerit dei noticiã non habebit.
¶ Itẽ. grandis offenſã eſt poſtq̃
peccauerim9 irã dei non vereri.

D ¶ Itẽ. li. ij. in pñ. Qui ſepe na
uigat aliq̃n patit. tẽpeſta
tem. q̃ viam freq̃nter ingredit. im
petus latronũ aut ſuſtinet aut me
tuit. omniq3 in arte tam gloria q̃
obtrectatio ſecũdis aduerſiſq3 rẽ
tis oritur: dũ aut amici plus meri
to laudant aut inimici plus iuſto
detrahũt. Raroq3 inuenies q̃ i vtrã
q3 ptem non fauore aut odio. ſ3. re
rum eq̃litate ducatur. vide ad trã
q̃llinũ. B vi. q. i. § ipſa. q3 detractio
¶ Itẽ. dũ viuim9. vident amicorũ
pdeſſe ſtudia: et nocere emuloz ob
pbria. poſtq̃ vero tã nos q̃ ſcribi
m9 q̃ eos q̃ de nobis iudicãt palli
da mors ſubtraxerit et alia venerit
generatio: primiſq3 cadẽtib9 folijs
mitẽs ſilua ſuccreuerit: tũc ſine noiz
dignitate ſola iudicant ingenia.
nec cõſiderat qui locuturus ẽ cuius
ſed quale ſit quod locuturus ẽ. vi
de ad pãma. B. et ſuper eccleſiaſtẽ.
c. ij. Hic interponitur c. transferũt
xxiiij. q. iij. de pe. di. iiij. cum ita. cuz
c. ſequenti. et de conſec. diſtinct. v.
quicquid. et c. illi offerunt. prima.
q. prima ¶ Item. fruſtra trunca
to fidei capite cetera membra ha
bere ſe iactant.

E ¶ Item libro. iij. qui icipit. nõ
ignoro pammachi. difficili
mum me duodecim prophetarum
opus cudere. et ẽ Natura leonum eſ
ſe dicitur: vt cum infremuerint et
rugierint: omnia animantia cõtre
miſcant: et fixo gradu ſe mouere
non poſſint: tantus pauor eſt: tan
taq3 formido.

¶ Itē aiunt qui de beſtiaꝝ ſcripſe re naturis ·inter oēs feras nihil eſ ſe vt' a ſeui⁹ cū pdiderit catulos vl' indiguerit cibis. hic interponitur c. ne forte. de pe. di. v. ¶ Itē infern⁹ inter fratres diuidit. q̄cq̄d ergo ſe pat frēs infernus dicēdus eſt.

¶ Super palolas libros. v. de hoc de cōſtit. ne innitaris. de pſūp. ex ſtudijs. de fur. q̄ cū fure. de ver. ſig. nam et ego. et poſt plogum q̄ habetur in biblia et incipit tribus modis ſic incipit

PArabole ſalomonis fi lij dauid regis iſrahel. parabole grece latine dicuntur ſi militudines.

Z ¶ Concedat ipſe xpicius. nos eū dignis in pn̄ti vita collauda re ſeruicijs ¶ Et ē ſciendū q̄ ſicut notabilia textus abundant: ſic et notabilia ſup textū. ponemus aūt aliqua per libros capl'aq3 diuiſa. Item ſciendū q̄ his ſcriptis hiero nimi alioꝝ dicta videnī admixta.

H ¶ Nota audiens ſapiens et c̄ oſtendit neminem in hac vita ita ſapiētē poſſe fieri: cuius ſa pientia non queat augeri. et ſeqtur nemo de ſua ſe iactet ſapientia. q2 q̄ ſapientum verba crebro audire et intelligere negligit: vitam ſuā3 gubernare non nouit. q̄nto magis nec aliorum regimini pfici. ¶ Itē. c. ij. cognate ſūt ſibi v̄tutes rectitu do et ſimplicitas: neq3 abinuice3 ſe pari queunt. vnde ſapiā vnā eam ſine altera non querit: ſed in q̄buſ dam amice oueniunt. hos cuſtodit et plegit. ¶ Itē c. iij. in pn̄. docet miſericordie opibus inſiſtendum neq3 noſtris fidendū viribꝰ: ſed a deo eſſe auxilium flagitandum et c̄.

Si iuxta eccleſiaſten ta dix: ſapiētie eſt timor domini: fructus ſapientie quis eſt niſi videre deum.

C ¶ Itē. c. iiij. nihil magis ab ſpē papiende ſapientie mentes erigit: q̄ cū eos quos in ſapiā iam claere miramur. aliq̄n puulos et indoctos fuiſſe meminimus. hic in terponitur de cretalis. nā et ego.

¶ Itē c. vi. A Spondere p amico: ē alienā aīam in piculo ſue cōuerſa tionis accipe. et dū tibi cōmiſſis co geris bona p̄dicādo dicere: te ipſū p̄us neceſſe ē q̄ dixeris cuſtodire.

¶ Itē c. vij. nulla ē hereſis que pri mis ſit contēta diſcipulis: ſed ſem per nouos quos decipiat querit.

D ¶ Itē. ibi fortiſſimi interfecti ſunt ab ea. videlicet. ſa lomon ſapientiſſim⁹. ſampſon for tiſſimus. dauid manſuetiſſimus. et origenes quē poſt apoſtolos eccle ſie magiſtrum fuiſſe q̄ bn̄ recte ſa puit qui negauerit errat ¶ Itē. li. ij. c. x. per oculos deſignātur predi catores nec immerito: quia futura preuident et recta itinera ſuis audi toribus demonſtrant ¶ Item. c. xi Statera doloſa non tantūm menſu ratōe pecunie ſ3 i iudiciaria diſcre tione tenetur. qui enim aliter cau ſam pauperis aliter potētis aliter ſodalis aliter audit ignoti: ſtateā vbiq3 librat iniqua.

E ¶ Item. ſemper iuſti iuſticia3 vbiq3 regnare deſiderant

¶ Item. xiij. cap. Fruſtra aliquid habet qui ſeipſum non habet.
¶ Item. ſimplex eſt ruſticus qui archana ſapientie comprehendere nequit: ſed tamen ſapientum exẽpla viuendo ſectans iuſte inter ſapientes cõnumerabitur.

F Itẽ. xvi. c. A. Qui vba icrepãtis humiliter recipit iam ꝓpinquam veniã habet reatꝰ quẽ geſſit. Grauius eſt pficere malũ ꝙ facere. ¶ Itẽ. c. xvij. A. Melius ẽ pua bona cũ caritate facere ſine ſciẽtia predicãdi. hoc eſt eñ fictam eſſe buccellã ꝙ magnis effulgere vtutibus cũ admixtione diſcordie ¶ Itẽ. c. xviij. Sors eſt occulta ⁊ incõprehenſibilis pſtimatio ex diuina regula pcedens q inter potẽtes ⁊ electos dũ ſingulis ꝓpria aſſignat diiudicat. ¶ Itẽ. c. xx. hic interpõitur decretalis ex ſtudijs.

G Itez. tunc ciuitates bene ordinate ſunt tunc res eccẽ recte aguntur. cũ ⁊ fortiores qꝗ viribus neceſſarijs inſiſtunt opẽribus: ⁊ ſeniores maiori pditi ſciã, de his que agẽda ſunt ſalubriter cõſulunt. ¶ Itẽ. c. xxij. A. Nomen bonũ dicit non q̄d a turbis vulgi imperiti ſed q̄d fidelium alias ſide dignoꝝ q̃uis paucorũ teſtimonio laudetur ¶ Item c. xxiiij. A. Non õms fortis ſapiens eſt. omnis aũt ſapiens ⁊ fortis dicẽdus eſt. qꝛ ſi corpe imbecillis eſt: ſi aſſit ſapiẽtia: omnia aduerſarij id eſt dyaboli certamina vincit.

H Itẽ li. iiij. c. xxv. in feruẽtiſſimis paleſtine regionibꝰ: non parꝫ delectabile eſt menſibus ſi ſubito frigus q̃uo in niue ſolet adueniat: q̄d incendia ſolis aliq̃ntulum refrigeret. ſudorem laborantium tergat: ⁊ ardentes tempet ã dẽbitus. ¶ Item xxvij. Laus quippe iuſtos cruciat: iniquos exaltat. ſed iuſtos dum cruciat purgat: iniquos dum letificat reprobos monſtrat. ¶ Item. xxviij. in occurſum beſtiarum idcirco leo nõ trepidat: ꝙ preualere ſe omnibus nõ ignorat. hic ſeq̃tur decretal' q cum ſine

I Libro. v. c. xxx. per duas occaſiones reprobi pereunt dum eos aut aduerſitas frangit aut ꝓſperitas eleuat ¶ Itez plerickꝫ tractatorum dum verba ſacri eloquij pluſꝗ debent diſcuciunt in carnalem intellectum cadunt.

¶ Super philemonez de hoc. xi. q. tercia. Si quis dixerit.

A QVi nolunt inter epiſtolas pauli eam recipere que ad philemonem ſcribitur.
Z ¶ Sed tociens creſcit quotiens auditur ⁊ lectus edificat
b ¶ Nota. in hanc epiſtolam marcio non eſt manum mittere quia ſua illam breuitas defendebat. ¶ Item. de duodecim prophetis neſcias an breuitatem ſermonum an magnitudinem ſenſuum in illis debeas ammirari ¶ Itẽ Felix qui non in ſapientia: non in diuicijs: non in potentia ſeculari ⁊ eloquentia ſed in chriſti paſſionibus gloriatur.

C ¶ Item non eſt in deum perfe
cta dilectio ⁊ fides que in mi
niſtros eius odio ⁊ infidelitate te
netur. Hic interponitur preallega
tum caplm. ſi quis dixerit. cum ca
pitulo ſequenti.
¶ Itē. nullū bonum dici pt niſi qd
vltroneū eſt. Itē. virginitas ꝓp
terea maiori p̄mio coronat᷑. q̄ p̄ce
ptū domini non hꝫ: ⁊ vltra impera
ta ſe tendit.
D ¶ Itē. aliud eſt priuatam ad
vnū hoīem aliud publicā
ad vniuerſā ecc̄iam epiſtolā fieri
¶ Itē. q̄uo apoſtoli de piſcatoribꝰ
piſciū piſcatores hoīm facti ſūt. ita
lucas de medico corpoꝝ in medicū
verſus eſt animaꝝ. ¶ Itē in fine cū
i ſpū grā fuerit totū facit hoīeꝫ ſpū
aleꝫ vt ⁊ caro ſpiritui ſeruiat ⁊ aīa
non vincatur a carne.

¶ Sup pſalteriū vide ad Cypria
nū. B. ⁊ ſup malachiā. B.

A P Salteriuꝫ ita eſt quaſi
magna domus ⁊c̄. Ali
as incipit. proxime cum origenis
pſalteriū quod euchendiō.
Z ¶ Omnis ſpūs laudet dominū
In hoc ergo regno nō caro
non ſanguis non corruptio. ſed ho
mo iam ſpiritualis totus effectus
deum in ſpiritu qui ſpiritus eſt lau
dare non deſinat. qui nobis preſta
re dignetur vt in hoc ſeculo facto
res mandatorum ſuorum alias le
gis effecti: in huius vite agone ꝓ
bati: ⁊ fideles inuenti: ſpiritualibꝰ
fructibus ditati: his continentibꝰ
mereamur adiungi. ipſi gloria et
imperium cum eterno patre ⁊ ſpi
ritu ſancto in cuncta ſecula ſeculo
rum Amen.
B ¶ Nota in prologo. non pu
tauit origenes rem mḡnā
breui ſermone concludere ⁊ infra.
Sunt qui in breui tabella terrarū
⁊ vrbium ſitus pingunt: ⁊ latiſſi
mas regiones in modico ſpacio mi
tuntur oſtendere. vide ad Aman
dum. A.
¶ In pſalmo primo. Beatus vir.
¶ Non homo ſed vir qui in perfe
ctum virum venerit xp̄m.
¶ In pſalmo quinto. Verba mea
¶ Clamor in ſcripturis non eſt vo
cis ſed cordis. ⁊ infra. quando la
crimas domino fundimus: pupil
la oculi clamat ad deum.
C ¶ In pſalmo decimoquarto.
Domine quis habitabit.
Sapientia. fortitudo. temperan
tia. ⁊ caſtitas ſolum prodeſt habē
tibus. iuſticia vero alijs ⁊ miſeris
prodeſt. que patrem vel matrem
non nouit. ſed nouit veritatem. ꝑ
ſonam non accipit: ⁊ deum imitat᷑
¶ In pſalmo decimoſeptimo. Di
ligam te domine. ¶ Ventus velo
cior eſt omnibus creaturis. ⁊ do
minus velocior eſt vento. quia pe
netrat vſqꝫ ad fines terre: ⁊ omnia
ſuauiter diſpoſuit: ⁊ quia vltra vē
tos eſt ideo velocior.
¶ Item. pſalmo viceſimotercio.
Domini eſt terra. ¶ Miſericordi
am a deo conſequitur qui ſe putat
eſſe miſerum. idem in pſalmo quin
quageſimo Miſerere in principio

D ¶ In pſalmo triceſimoprimo
Beati quorum in p̄ncipio
Peccata remittuntur per bap
tiſmū. teguntur p caritatem. non
imputantur per martirium.
¶ In pſalmo. xxxiij. benedicam do
minum in p̄ncipio. ¶ Docet nos
nec in aduerſis ſuccūbere nec in ꝓ
ſperis extolli: ſꝫ tam pſpera q̄ ꝯtra
ria equanimiter ferre.
¶ Itē. pſalmo xliij. deus auribus
Si q̄s pie viuere nunc voluerit:
ſtatī q̄ ꝓtinus irriſione blaſphemāt
¶ In pſalmo. lviij. Eripe me ibi ad
currit ¶ Cucurrit. q̄ de celo venit i
vterū. de vtero in p̄ſepe. de p̄ſepe i
crucē. de cruce in ſepulcrū. de ſepul
cro ad inferos. de inferis victor re
meauit ad celos.
E ¶ In pſalmo. lxxv. ibi. Notus
in iudea. ¶ Non ē vmbracu
lū dn̄i niſi vbi pax ē. vbi zelus at
q̄ diſcordia ibi non ē ꝓtector deus
¶ In pſalmo. lxxx. ibi. non erit in
te deus recens.
¶ Cui deus venter ē: ei deꝰ recens
eſt. q̄cūq̄ vicia habemꝰ & quotcū
q̄ peccatū: tot recentes habemꝰ de
os. iratus ſū: ira mihi deus ē. vidi
mulierem & ꝯcupiui: libido mihi
deꝰ. vnuſquiſq̄ q̄d cupit & venera
tur hoc illi deꝰ ē. auarꝰ aurū deū hꝫ
¶ In pſalmo. lxxxij. deus q̄ ſimil.
ibi. cogitauerunt vnanimiter.
F ¶ Infelix populus dei non po
tens in bono tantam habere
ꝯcordiam q̄ntā mali hn̄t ī malo
¶ Item. in pſalmo. lxxxiiij. benedi
xiſti domine. ¶ Iuſtū eſt vt figu
lus miſereatur operibus ſuis: & vt
paſtor miſereatur gregi ſuo.
¶ In pſalmo. lxxxviij. domine re
fugium. ¶ Premiſſo de adā & ma
tuſelem. Subdit. Ad ꝯpationem
eternitatis tue quicquid grāde fue
rit breue eſt. Quid enī poteſt grā
de eſſe quod finem habet. mille no
ſtri anni vna dies apud te. quid
dico vna dies: ymo vna vigilia. &
infra. In ſeptuaginta annis ꝯtra
cti ſumus. ſi autem multa octu
aginta. ſi plus vixerimus: iā non
eſt vita: ſed mors. quem enim in
ueneris octuagenarium eſſe & ſanū
dicit greca ſententia. ſenectus ip
ſa morbus eſt.
G ¶ In pſalmo nonageſimo
tercio. deus vltionum.
¶ Ruſticanus hebreus: verſum.
dominus ſcit cogitationes hom.
q̄m vane ſunt: ſic declarabat. pa
ter & mater nutriunt filium. ꝓmit
tunt ſibi de illo felicitatem. mittūt
ad ſtudia. erudiunt. venit vſq̄ ad
adoleſcentiam. diſponunt vt etiā
militet. Cum omnia cogitauerint
per annos. xxx. vna febricula venit
& tollit omnes cogitationes illoꝝ
¶ In pſalmo nonageſimooctauo
Dominus regnauit. ¶ Omne q̄d
loquimur de ſcripturis ſanctis af
firmare debemus. & infra. aut ſede
mus aut ſtamus aut ambulamꝰ
aut iacemus.
¶ In pſalmo cēteſimo. Miſericor
diam ¶ Nil ſic placet deo ſicut ſim
& innocentia. vnde ſpiritusſanctus
in volatilibus non apparuit: niſi i
columba propter ſimplicitatem.
in q̄drupedibꝰ vero nō apparuit. n

ſm cnē propter manſuetudinem

H ¶ In pſalmo C·xxxiij· Ecce nūc Quando dicit. Ecce quodā modo res digito demonſtrantur· ibi ſatis de dantib⁹ elemoſinā vel diſcentib⁹ ſcrptură ad pompam

¶ In pſalmo C·xxxvi· Sup flumina·ibi in ſalicibus ꝛc· ¶ Salix eſt lignum infructuoſū·ꝛ dicitur· ꝙ ſi quis ex illa accipiat potionem aut manducet filios non facit· Sed ſup zachariā·iij·circa finem plenius ſic dicit· Aiunt medici ꝛ hij qui de arborū ꝛ herbarum ſcripſere naturis· ꝙ ſi q̄s florez ſalicis ſiue populi mixtū aque biberit: omnis in eo frigeſcat calor ꝛ libidinis venenaſicentur. vltra que filios generare non poſſit·

¶ In C.xl·dñe clamaui· ¶ Vicia ſunt vicina v̄tutibus· ꝛ ꝫ· Certius talis dicitur eſſe v̄tutis: vt ſpū natium ſuaꝝ ſerpētes de cauernis extrahat ꝛ comedat. idez ſuper pſalmo quarto in principio.

¶ In pſalmo C·xliij· Benedictus dominus deus·

I ¶ Difficile inuenies hereticos imperitos· omnes eñi magiſtri ſunt induſtria ſeculari. habent rethe apoſtolicum: ſed cathenulas dyabolicas·

¶ In pſalmo C·xlvi· Laudate dominum qm̄ bonus· ¶ Breuius promiſim⁹ ꝛ neceſſitate cōpulſi ſum⁹ latius diſputare· mentiti ſumus: ſi hoc mendacium vltimum eſt: hora compellit vt taceam · magnitudo quidem miſteriorum compellit vt loquar·

¶ Sup Sophoniam quod interpretatur archanus domini· de hoc vq v ſacerdotes

A Verbuz domini quod factum eſt ad ſophoniaz filium chuſi·

Z ¶ Scdm ſuperiorem intelligentiam texemus preſens ꝛ extremum capitulum·

B ¶ Nota· cum altiora ciuitatis fuerint occupata facilior ē in pua deſceſus· vide ſupra ad euangium ¶ Item· quia deus nō vult inferre ſupplicia: ſed terrere paſſuros: ipſe ad penitentiaz prouocat ne faciat quod comminatus eſt·

¶ Item· ſacerdotes in loco ſanctuarij ſacrilegium commiſerūt· et cū contra legem facerent ex lege victimas offerebant·

C ¶ Item· noſcere poſſumus linguā hebraicā oim̄ linguaꝝ eſſe matricem· ¶ Item· ſynagoga que non claudicat: ſed vtroq; pede truncata eſt: dum ſperat incerta: pdit certam ſalutem·

¶ Sup Titum· de hoc·xxv·di·pmum itaq;·ꝛ in multis caneīb⁹· vt ꝫ patebit·

A Dhuc non ſunt digni ſide qui primam fidem irritam fecerunt·

Z ¶ Qualem prebere benedicēs voluiſſet·

B ¶ Nota· puer ſm grecos ꝛ famulum ſignificare poteſt ꝛ filium· hic interponitur c· ſi quis grāmaticā·xxxvij·di· ¶ Itē· omne quod corrigitur impfectum ē· hic

interponitur viij·q·i·c·q nos·ac·moiſes
xcv·di·oli·xvi·di·premunt viij·q·i·illud
¶ Item·reuera nil fedius precept ore
furioſo· qui cum debeat eſſe manſue
tus et eruditus:econtrario toruo vul
tu trementibus labijs rugata fron
te effrenatis conuicijs facie inter pal
lorem ruboremque variata clamore
perſtrepit:et errantes non tam ad bo
num retrahit quam ad malum ſeuicia
ſua precipitat.

C ¶ Item·non qui aliquando iraſcitur
iracundus eſt:ſed ille qui cre
bro hac paſſione ſuperatur· vide ſu
per galath·li·iii·ff· ¶ Item·longum
eſſet inſamias quas ebrietas ſugge
rit explicare·vides alios pocula in
tela vertentes in facie conuiue ciffi
iacere·alium ſciſſis veſtibus in vul
nera aliena proruere·alios clama
re·alios dormitare. ¶ Item·dicat
quiſque quo dolet ego loquor conſci
entiam meam·Scio mihi abſtinen
tiam:et no cuiſſe intermiſſam et pro
fuiſſe repetitam.

D ¶ Item·ſunt multi docentes
que non oportet:turpis lu
cri gratia:qui totas domus ſubuer
tunt et putant queſtum eſſe pieta
tis·vide ad Algaſiam·q·i·hic inter
ponitur c·vereor·viij·q·i· ¶ Item·
inter layci et epiſcopi iuſticiam hoc
intereſt:quod laycus apparere poteſt
in paucis·epiſcopus vero in tot ex
ercere debet iuſticiam quot ſubdi
tos habet· ¶ Item·nemo tam ſic
carius tam patricida tam veneficus
qui non aliquid boni aliquando fe
cerit·hic interponitur c· extimant
xi·q·iij·

E ¶ Item·doctrina tunc ſanitas
eſt:cum doctoris doctrina pa
riterque vita conſenciant· vide ad oc
ceanum v·C·et concordantias·hic
interponitur·xxxiij·queſt·v·cum
caput·xi·q·iij·ſi dominus in prin
cipio·xiiij·q·vi·furtum·xxiij·q·v·
ſi apud·viij·q·prima·qualis·et
xxiiij·q·iij·ſi igitur· ¶ Item·plerum
que accidit vt habeamus pugnas
legis:non ob deſiderium veritatis
ſed ob iactantiam glorie:dum apud
audientes docti volumus extima
ri·hic ſequitur·xxiiij·q·iij·inter he
reſim·et xvi·queſt·prima·apoſto
licis·

¶ Super zachariam quod inter
pretatur memoria domini·libros
tres·ad exuperium Tholoſanum·epi
ſcopum·de hoc·lxxxvi·diſtinct·ie
iunium quarti·

A S Ecundo anno darij re
gis medorum·
Z Quem de domo domini aſſe
runt auferendum·
B ¶ Nota·velim nolim ſaltem
lucratiuis per noctem ope
ribus atque furtiuis dictare compel
lor quod tibi dirigam· ¶ Item·ſi
qui ſunt quibus interpretationem
ante promiſi:ignoſcant incredibi
li in te amori meo. et quod tibi ſcri
pſi ſibi ſcriptum arbitrentur·caritas
benigna eſt:non emulatur:non que
rit que ſua ſunt· ¶ Item·qui zela
tur amare ſe quod zelat oſtendit·
C ¶ Item·grandis illorum con
ſolatio qui premuntur·ſi ſciant

hoſtes ſuos cito ꝑituros ¶ Item
non quid vel vbi ſcriptum eſt: ſed
qua ratione ſit ſcriptū cōſiderādū
eſt. vide ad Alexandrum. E. et con
tra pelagianos libro iij. G ¶ Item
libro ij. qui terciam partem iam fe
cimus: eodē debemus in reliquis
laborare ſudore: ne perdamus pre
terita: et imperfectum opus auge
at lectoris deſideriū. vide ad mar
cellam B. iij. Simile in vita beati
pauli. C

D ¶ Item. quod male verſum
eſt ex hebraico: vlla ratio
ne explanari non poteſt. ¶ Item.
in iudicio prima ſit veritas atq; iu
ſticia. deinde ſequatur miſericordia
¶ Itē. iudices iudicabant in por
tis. ne agricole cum diſpendio co
gerentur vrbes intrare: et vt tam
vrbanos quam ruſticos in introitu vr
bis et exitu audirent: et confeſtim
vnuſquiſq; ad ſedes proprias re
mearet. hic interponitur c. ieiuniū
de quo ſupra.

E ¶ Item. ad compationē eter
nitatis: omne tempus quo ī
mundo patimur vna dies appella
ri poteſt: non habitationis ſed pe
regrinationis. quia aduene ſum⁹
et peregrini: ſicut omnes patres no
ſtri. vide ſupra pſalmo. lxxxix.
¶ Item. dictorum fidem ad eos a
quibus dicta ſunt referamus.
¶ Itē. libro. iij. Quamuis elegās
ſit et exercitatum ingenium: et lon
go vſu terra currat oratio: tamen
niſi autoris manu curata fuerit et
polita redolet ſordes negligentie.

et vel nimio verborū flore luxuri
at: vel liuida vocalibus ſit: vel aſpe
ra conſonantibus. vnde de virgi
lio traditur quod libros ſuos quaſi vr
ſorum fetus lingua cōpoſuerat: et lambē
do fecerit eſſe meliores. Idem ſu
per Galathas. libro. iij. poſt prin
cipium.

F ¶ Item. tres poſuimus ſenten
cias: vt ex interpretationis
varietate quid cui coaptandum
ſit prudens lector intelligat. vide
ad damaſum de oſanna B. hic in
terponitur de leuatione lapidum
¶ Item breuiter ſingula exponi
mus vt veniamus ad calcem: ne
ſi prolixius ſcripſerimus rerū ob
ſcuritate et ſermonis longitudine
lectoris animus confundatur.
¶ Item. non putent magiſtri at
q; doctores ſua doctrina et ſapien
tia: ſed dei auxilio pacem eccleſijs
redditam.

G ¶ Item. magiſtri qui ſuum
ſeruauerint gradum: ſint
quaſi domus dei et quaſi angelus
domini ¶ Item. qui plus cupiunt
videri noſſe quam ceteri: quandoq; pa
tent veritatis regulam non tenere
¶ Item. nil crudelius nilq; miſeri
us inueniri poteſt: quam vt timore mor
tis proprie nec ſalutem filiorum:
nec vxorum pudiciciam defendere
audeant. vide ſupra Amos. libro
tercio. E.

H ¶ Item. de ſalice et populo.
vide ſupra ſuper pſalteri
um pſalmo C. xxxvi.

Habemus eti
am intitulata de beato
Hieronimo in volumi
ne decretorum per gracianu3 duc
ta et octo capl'a. poſt que quatuor
ſuperadduntur: et ſunt duodeci3: et
aliqua detrahentur · vt infra pate
bit et horũ omnium nomina vt ip
ſorum habeatur prompta noticia
hic deſcriba3 ſub ſuis titulis · quo
rum tamen multos declarabo corri
gam vel ſupplebo · et vnum ſaltem
ad quodlibet capl'm notabile colli
gabo. et vide qd de cap̃. vt veterum
ix. di. dicam poſt finẽ capitulorum3 ·

¶ diſtinctione xij. ad lucinum

¶ Illud breuiter Nota. non debẽt
aliorum conſuetudines aliorũ mo
re ſubuerti ·

¶ xv. diſtin. ſuper epiſtola ad
Tytum. ad de primo cap̃ ·

¶ Primum itaq3. Nota. Qua liber
tate prelatus peccantem corripiet
qui videt ſe eadem commiſiſſe que
corripit.

¶ xxvi. diſt. ad occeanum.

¶ Vnius vxoris ibi baptiſatum
nouum hominem dicit eſſe.

¶ xxvij. diſtinc.

¶ Vouentibus virginitatem nõ
ſolum nubere ſed etiam velle dam
nabile eſt.

¶ Contra Iouinianum. ad de
libro primo.

¶ Si nupſerit. Nota. ſi dedicata v
go nupſerit damnationem habe
bit: quia primam fidem irritam
fecit.

¶ Contra eundem. ad de eodem
libro.

¶ Virgines que poſt conſecratio
nem nupſerint: non tam adultere
ſunt ꝙ inceſte.

¶ xxix. diſtinct. ſuper epiſtola
ad ephesios. ad de in prologo.

¶ Neceſſe. Nota. Paulus per ſin
gulas eccleſias vulneribus mede
tur illatis. nec adiſtat imperiti me
dici vno collirio omnium oculos
vult curare.

¶ xxxi. diſtinct. contra Iouinia
num. ad de libro primo.

¶ Si lapſus Nota. ſi ſacerdoti ſem
per orandum eſt: ergo ſemper ma
trimonio carendum.

¶ xxxij. diſtinct. ad de. principi
um habetur ad nepocianum. me
dium ad occeanum. de vita clerico
rum. finem proſequitur ad pam
machium in apologetico.

¶ Hoſpiciolum. Nota ſi bonum ẽ
mulierem non tangere: malum eſt
ergo tangere.

¶ xxxiiij. diſtin. ad Fabiolam.
de veſte ſacerdotali.

¶ Vidua eſt cuius maritus mor
tuus eſt. eiecta que a marito viuẽ
te eijcitur. meretrix que multorum
libidini patet.

¶ xxxv. diſtin. ad de contra Io
uinianum libro primo.

¶ Ab exordio. Nota. Vinum cum
carnibus poſt diluuium dedicatũ
eſt. id eſt in vſum aſſumptum.

¶ Ex epiſtolis. ad de contra Io
uinianum libro ij. tamen vt dicit
ſuperſcriptio. verba ſunt ſalomo.

nis prouerbiorum xx. in principio.

¶ Luxurioſa res eſt vinum. contumelioſa ebrietas. omnis autem qui miſcetur cum his non erit ſapiens.

¶ Super Micheam. ad de libro primo. cap. ſecundo.

¶ Eccleſie principes. Nota Confuſio et ignominia eſt iheſum crucifixum pauperem et eſurientem farſis predicare corporibus: et ieiuniorum doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre.

¶ Vinolentum. Nota. ſponſa chriſti vinum fugiat vt venenum.

¶ Venter mero eſtuans cito diſpumat in libidinem. vbi ebrietas ibi libido dominatur et furor.

¶ xxxvi. diſtinct. ſuper leuiticum. ad de viij. cap. et eſt in ſexta omelia Origenis per eum tranſlata in fine.

¶ Si quis vult. Nota moyſes orat et donec orat populus eius vincit ſi relaxauerit manus: vincitur eius populus et fugatur.

¶ xxxij. diſtinct. ad Damaſum de filio prodigo ſupra vi.

¶ Sacerdotes dei obmiſſis euangelijs et prophetis: videmus comedias legere amatoria bucolicorum verſuum verba cantare. tenere virgilium. et que in pueris eſt cauſa neceſſitatis: crimen in ſe facere voluntatis.

¶ Idem ad de ſuper epiſtola ad epheſios. libro ſecundo et quarto.

¶ Nonne nobis. Nota. Per phas et nephas diuicias querit. hereditates captat. alienas opes congregat. et in monumento cui ſit relicturus ignorat.

¶ Super yſayam. ad de libro ix. in principio. et capitulo. xxviij.

¶ Vino inebriantur. Nota. ſcdm tropologiam pſeudoprophetas debemus accipere: qui aliter verba ſcripturarum accipiunt quam ſpiritus ſanctus ſonat.

¶ Super epiſtola ad epheſios. ad de libro tercio. et cap. ſexto.

¶ Legant epiſcopi. Nota. Hely ſacerdos ſanctus fuit. ſed quia filios non erudiuit in omni diſciplina et correctione: ſupinus cecidit et mortuus eſt.

¶ Super epiſtola ad Tytum. ad de poſt principium.

¶ Si quis grammaticam. Nota ſcientia pietatis eſt noſſe legere ſcripturas. prophetas intelligere. in euangelio credere. apoſtolos non ignorare.

¶ Idem ad de ſuper Danielem. et eſt pars prima ſub primo capitulo. ſecunda ibi precedit. ſcilicet in fine prologi.

¶ Qui de menſa. Nota. Aduerſus mathematicos imperitus matheſios cibi patebit.

¶ xxxviij. diſtinct. ſuper yſayam. ad de in principio.

¶ Si iuxta apoſtolum paulum chriſtus eſt dei virtus et dei ſapientia ignoratio ergo ſcripturarum: ignoratio chriſti eſt.

¶ Ad pammachium. ad de de libris contra Iouinianum in fine

¶ Eccleſiaſtica interpretatio etiam

ſi habet eloquentie venuſtatem: diſſimilare eã debes ⁊ fugere: vt non ocioſis philoſophorũ ſcolis paucisq́ diſcipulis ſed vniuerſa loquantur hominum genera.

¶ xl. diſtin. adde ad Eliodorum

¶ Non eſt facile ſtare in loco Petri ⁊ pauli ⁊ tenere cathedram cũ chriſto regnantium. Hinc dicitur non ſunt ſanctorum filij qui tenẽt loca ſanctorum: ſed qui exercent opera eorum.

¶ xlv. diſtinct. ſuper Hieremiam. adde lamentationum. quarto capitulo.

¶ Recedite inquiunt ⁊c̃. Nota Talis loquela non illuminat cecum. non ſanat egrum. non curat infirmum. ſed magis occidit ⁊ in deſperationem periclitantem mittit.

¶ Idem.

¶ Sed illud. Nota. Que iſta bonitas que miſericordia, vni parcere ⁊ omnes in diſcrimen adducere.

¶ xlix. diſtinct. ſuper Malachiam. adde primo capitulo.

¶ Sacerdotes. Nota Indignũ eſt dare deo quod dedignatur homo

¶ Quinquageſima diſtin. adde ſuper Malachiam iij. cap̃.

¶ Et purgabit filios leui: tempus eſt vt iudicium a domo dei incipiat. Et alibi dicitur. A ſanctis meis incipite.

¶ Idem. adde contra Iouinianum libro. ij. poſt principiũ. hoc etiam patet de peni. diſtinct. ij. ſi enim inquit circa finem.

¶ Iheſus filius. ibi. vxorem que colebat p̃ idolum dyabolum vocat.

¶ Idem.

¶ Quicumq́ dignitatem diuini gradus non cuſtodiunt: contenti ſunt animam ſaluare. reuerti enĩ in priſtinum gradum difficile eſt

¶ lvi. diſtin. contra Ruffinum

¶ Naſci de adulterio non eſt illius culpa qui naſcitur: ſed illius qui generat. Et in fine. Non in ſeminibus ſed in voluntate naſcentis cauſa viciorum eſt atq́ virtutum.

¶ Idem.

¶ Dominus noſter Iheſus chriſtus voluit non ſolum de alienigenis ſed de adulterinis commixtionibus naſci. Et in fine. ſi filij eius ſumus: que ipſe fecit imitari debemꝰ

¶ lxxvi. diſtinct. ſuper zachariam. adde libro ij. cap̃. viij.

¶ Ieiunium quarti. Nota Coguntur ad hebreos redire: ⁊ ſcientie veritatem de fonte magis q̃ de riuulis querere.

¶ Ad Lucinum.

¶ Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus. ⁊ infra. vnaqueq́ prouincia abundat in ſuo ſenſu.

¶ lxxxvi. diſtin. ſuper pſalmo lxxx. corrige. nonageſimo. incipit. qui habitat. ibi de laqueo venantium

¶ Eſau venator erat quoniam peccator erat. ⁊ penitus non inuenimus ſanctum aliquem venatorem piſcatores inuenimus ſanctos.

¶ Idem. adde ſuper Galathas libro tercio. capitulo ſexto.

¶ Qui clementiam non habet nec indutus eſt viſcera miſericordie ⁊

lacrimarum: quamuis ſpiritualis
ſit: non adimpleuit legem chriſti
¶ lxxxviij. diſtinct. adde ad ne
potianum.
¶ Negociatorem clericum. ex ino
pe diuitem: et ex ignobili glorio
ſum: quaſi quaſdam peſtes fuge.
¶ xcij. diſtinct. ſuper epiſtola
ad epheſios. adde libro tercio. cap.
quinto.
¶ Cantantes. Nota deo non voce.
ſed corde cantandum eſt.
¶ xciij. diſtinct. ad Ruſticum
Narbonenſem epiſcopum. adde de
ſeptem gradibus.
¶ Dyaconi ſunt. Nota Moderatio
ac pietas dei ſolum noſtrum redi
tum requirit: ac nos cupit ſua lar
ga bonitate ſaluari ſi non conuer
timur: ſi duri colli ſumus: ſi in pec
catis uſque ad mortem illicite perdu
ramus: aſſidue peccantium non
miſeretur deus.
¶ Ad Euandrum.
¶ Legimus. Nota Queris autori
tatem. audi teſtimonia. et infra. ſi
autoritas queritur: orbis maior
eſt vrbe. et infra. omne quod rarum
eſt etc. ſupra eadem epiſtola.
¶ xcv. diſtinct. ſuper epiſtola
ad Tytum. adde primo capitulo.
¶ Olim idem erat. Nota Poſtquam
vnuſquiſque eos quos baptizabat:
ſuos non chriſti eſſe putabat: in
toto orbe decretum eſt: vt vnus de
preſbiteris ſupponeretur. vt ſciſma
tum ſemina tollerentur.
¶ Ad Ruſticum Narbonenſem
epiſcopum. adde de vij. gradibus

¶ Ecce ego dico. Nota Qui non
vult preſbiteros facere qui iuben
tur a deo: dicat. quid maius eſt
chriſto? aut quid poterit corpori
et ſanguini eius anteponi? quare
ergo populum non benedicet qui
chriſtum conſecrare non metuit.
¶ Ad Nepocianum
¶ Eſto ſubiectus. Nota. ſcitum eſt
illud oratoris domicij. cur ergo in
quit te habeam vt principem: cum
tu me non habeas vt ſenatorem.
¶ Prima cauſa. queſt. prima.
ſuper Micheam. adde libro primo
circa finem. cap. tercio.
¶ Iudices. Nota. ſpiritusſanctus
nec emi nec vendi poteſt.
¶ Item in eodem.
¶ Nunquam. Nota. Quia pecuniam
accipiebant: prophecia eorum fa
cta eſt diuinatio.
¶ In Michea. adde libro pri
mo circa finem. et cap. tercio.
¶ Viri quoſcumque. Nota. In ſcan
dalum populi agentes: rei ſunt in
fidelitatis eorum qui ſcandaliſantur.
¶ Super aggeo.
¶ Sicut populus. Nota. Quam
uis ſancta videantur ſui ſpecie que
offeruntur. quia tamen tractata
ſunt ab illo qui pollutus eſt in ani
ma: polluuntur omnia.
¶ Super Amos. adde libro ſe
cundo. cap. quinto.
¶ Odit deus ſacrificia hereticorum
et a ſe proijcit: et quotiens in eius
nomine congregati fuerint: dete
ſtatur fetorem eorum: et claudit
nares ſuas.

¶ Super Ozee. ad de libro ſecū
do. c ſexto capitulo.

¶ Illi offerunt panem ſacrilegū
c dant elemoſinas: c ſectari viden
tur humilitatem: que ego ſi vere
ſicut holocauſta interpretor.

¶ Super epiſtola ad Galath.
ad de cap. primo c libro primo.

¶ Marcion. Nota. Non putemus
in verbis ſcripturarum eſſe euan
gelium ſed in ſenſu: non in ſuperfi
cie ſed in medulla: non in ſermo
num folijs ſed in radice rationis.

¶ Item. ad de ibidem. libro ter
tio. capitulo quinto.

¶ Vide quantum bonum eſt cari
tas. ſi ita martirium fecerimus vt
noſtras velimus ab hominibus
reliquias venerari. c ſi opinionem
vulgi ſectantes intrepidi ſanguī
nem fuderimus: c ſubſtantiam
noſtram vſq; ad mendicitatem
propriam dederimus: huic operi
non tam premium ꝙ pena debetur
c perfidie magis ſunt tormenta:
ꝙ corona victorie.

¶ Ad Luciferianum.

¶ Sicut chriſtus. Nota. Fieri non
poteſt vt qui in baptiſmo ſanctus
eſt: ſit ad altare peccator.

¶ Super Malachiam. ad de
capitulo ſecundo.

¶ Maledicam benedictionibus ve
ſtris: hoc eſt. quicquid a vobis be
nedicetur. per me erit maledictum

¶ Super aggeo. ad de tercio
capitulo.

¶ O propheta. Nota. ſcito ꝙ ſan
ctum eſt quod in altari confertur.
ſed non tam ſanctitatis ex hoſtijs
ꝙ ex operibus mortuis polluetis.

¶ Super ſophoniam.

¶ Sacerdotes. Nota de his dici
tur. ſacerdos in quacumq; fuerit
macula: non accedat oblationes
offerre domino.

¶ Queſtione ſecunda ad Da
maſum.

¶ Clericos. Nota. qui de bonis pa
rentum ſuſtentari poſſunt: ſi quod
pauperum eſt accipiunt: ſacrilegi
um profecto committunt.

¶ Secunda queſtione ſeptima
ad Eliodorum.

¶ Non omnes. Nota. Infatuatum
ſal nihil prodeſt niſi vt proijcia
tur foris c a porcis conculcetur.

¶ Super epiſtola ad Gala
thas.

¶ Paulus Petrum reprehendit
quod non auderet: niſi ſe non im
parem ſciret.

¶ In prologo. ad de capitulo
quarto.

¶ Sancta quippe ruſticitas ſolū
ſibi prodeſt. c quantum ex vite
merito edificat eccleſiam chriſti:
tantum nocet ſi deſtruentibus non
reſiſtat.

¶ Capitulum in apibus. ſeptima
queſtione prima. vide poſt finem
capitulorum.

¶ Octaua queſtione prima.
ad de ſuper epiſtola ad Tytum.
primo capitulo.

¶ Moyſes. Nota. Extraneus ex a
lia tribu eligitur: vt ſciremus prin
cipatum in populos non ſangui

ni deferendum eſſe ſed vite.

¶ Idem. adde ſuper epiſtolam ad Tytum. capitulo primo.

¶ Quis vos ſpernit. Nota. Manifeſtum eſt eum qui apoſtoli lege contempta: eccleſiaſticum gradum non meritis voluerit alicuius deferre ſed gratie: contra chriſtum facere.

¶ Super Leuiticum. adde octauo capitulo. et eſt in ſexta omelia Origenis per eum tranſlata.

¶ Licet ergo. Nota. Qui preſtancior eſt in omni populo. qui doctior. qui ſanctior. qui in omni virtute eminentior: ille ad ſacerdocium eligitur.

¶ Super libro numerorum. adde et vij. capitulo. et eſt in duodecima omelia Origenis per eum tranſlata ad finem.

¶ Si ergo. Nota. Propinquis agrorum et prediorum relinquatur hereditas. gubernatio populi illi tradatur quem deus elegit

¶ Idem.

¶ Audacter fortaſſis aliquid dicimus. tamen quod ſcriptum eſt dicimus. non ſemper princeps populi et iudex eccleſie per dei datur arbitrium: ſed pro vt merita noſtra depoſcunt.

¶ Idem. adde ſuper epiſtola ad Tytum. primo capitulo.

¶ Iſtud inferendum Nota. ſciens ꝙ potentes potenter tormenta patientur. retrahit ſe ab hoc non tam honore ꝙ onere: et aliorum locum q̄ digni ſūt non ābiget occupare.

¶ Idem. adde ſuper epiſtola ad Tytum. ſecundo capitulo. in fine.

¶ Qualis erit edificatio diſcipuli: ſi intelligat magiſtro ſe eſſe maiorem: et poſtea vehementer eccleſiā chriſti deſtruit: meliores laycos eſſe ꝙ clericos.

¶ Idem adde ſuper epiſtola ad Tytum primo capitulo.

¶ Vereor. Nota. Plurimi in populis iudicant epiſcopos: ſubtrahentes ſe ab eccleſiaſtico gradu: et ea que epiſcopo conueniunt non exercentes.

¶ Decima queſtione prima ad Damaſum ſupra. iij.

¶ Quia ſacerdotes pro omnibus orare debent et ſolent quorum elemoſinas oblationesq; recipiunt.

¶ Capitulum abſit vt quicꝙ. vide poſt finem capitulorum. vn decima queſtione tercia. ſuper librum Iudicum.

¶ Audi deniq;. Nota. Deus qui videt in abſcondito: proſpiciens mētem viciis ſeruientem: diſcedit ab illa et relinquit domum illius vacuam.

¶ Ibidem.

¶ Nolite. nota. Deprecor vos qui fideles eſtis: vt ita vitam veſtram et conuerſationem ſeruetis: ne in aliquo vel ipſi ſcandalū patiamini vel aliis ſcandalum faciatis:

¶ Super duodecim prophetas. adde eſt ſuper amos li. ij. cap. v.

¶ Quando ergo vir eccleſiaſticus multas impietates in ea que

vocatum domus dei esse cognouerit
non solum multas: sed etiam for
tes: et que exprimere possunt iusti
ciam. et in tantum doctorum rabi
em processisse: vt accipiant preci
um in iudicio: et omnia pro mune
ribus faciant: pauperes deuitent
in portis et iudice contemnant.
taceat illo tempore: et imitetur hie
remiam dicentem. Solus sedebam
quia amaritudine repletus eram.

¶ Idem.

¶ Quorum remiseritis. Nota Qui
bus ecclesiam interdixeritis: nisi
reconciliati fuerint per satisfactio
nem: ipsis et ianua regni celestis
clausa erit.

¶ Super Matheum. adde libro
tercio post principium. cap. xvi.

¶ Quomodo sacerdos mundum
non facit leprosum: sic episcopus
vel presbiter non alligat eos qui
insontes sunt nec soluit noxios

¶ Super epistola ad philemo
nem. adde capitulo vnico.

¶ Si quis dixerit iustum iniustū
et iniustum iustum: abhominabi
lis vterque apud deum.

¶ Idem. adde ibidem.

¶ Si quis hominem. Nota Dulcem
puto sanctimoniam: amarum quod
sanctimonie contrarium est.

¶ Idem. adde super epistola
ad Tytum primo cap. in fine.

¶ Existimant. Nota. Christus sa
pientia est. iusticia. veritas. sancti
tas. fortitudo. Negatur per insipi
entiam sapientia. per iniquitatem
iusticia. per mendacium veritas.
per turpitudinem sanctitas. per
imbecillitatem animi fortitudo.
Quociens vicijs vincimur et pecca
tis: totiens deum negamus. et con
tra. quotiens bonum quid agimus:
totiens deum confitemur.

¶ Super epistola ad ephesi
os. corrige. debet dici ad Tytum.
et sic etiam intitulatur in antiqua
compilatione libro. vi. cap. quar
to. Est autem prima pars huius
ad Tytum secundo circa medium
Secunda cap. tercio in principio.

¶ Si dominus iubet. Nota. si bo
num est quod precipit imperator
iubentis exequere voluntatem. si
malum: responde. oportet deo ma
gis obedire quam hominibus.

¶ Duodecima questione pri
ma. ad nepocianum.

¶ Clericus qui. Nota Habens vi
ctum et vestitum his contentus
ero: et nudam crucem nudus sequar

¶ Ad quendam leuitam.

¶ Duo sunt genera. Nota. Nihil
miserius est: quam propter mundum
deum contemnere.

¶ Questione secunda ad nepo
cianum.

¶ Gloria episcopi est pauperum
opibus prouidere. Ignominia sa
cerdotis est. studere proprijs di
uicijs. natus in paupere domo et
in tugurio rusticano: qui vix mi
lio et cibario pane rugientem ven
trem saciare poteram: nunc simila
et mella fastidio.

¶ Ad eundem.

¶ Multi enim parietes edificant

et columnas eccleſie ſubtrahunt.
ꝛ infra. portemus crucem ꝛ delici
as tutum putemus.

¶ Ad eundem in fine.

¶ Amico rapere quidpiam furtuꝫ
eſt. eccleſiam fraudare ſacrilegiuꝫ
eſt.

¶ Eiuſdem. adde ad paulinam
de inſtitutione clerici vel monachi

¶ Socrates. Nota. Pleno ventre
facile quis de ieiunijs diſputat. nō
hieroſolimis fuiſſe: ſed hieroſoli
mis bene vixiſſe laudandum eſt

¶ xiij. queſt. ſecunda.

¶ Ebron dicitur. Nota Thobyas
dicit ad filium. cum acceperit deus
animam meam: corpus meum ſe
pelies: ꝛ honore habebis matrem
tuam omnibus diebus vite tue. ꝛ
cum ipſa compleuerit tempus ſu
um ſepelies eam iuxta me in vno
ſepulcro.

¶ Idem.

¶ Quos coniunxit vnum coniugi
um: coniungat vnum ſepulcrum:
quia vna caro ſunt.

¶ Super Geneſim. adde libro
hebraicarum queſtionum. paulo
vltra medium ſuper cap̄. xxiij.

¶ Poſtq̄. Nota. Non fuit perfecte
conſummateq́ꝫ virtutis: qui potu
it memoriam vendere mortuorum

¶ Ideꝫ. adde ſuper Galathas
libro. iij. cap̄. ſexto.

¶ In preſenti. Nota Cum ante tri
bunal chriſti venerimus: ſcimūs
nec Job nec danielem nec noe ro
gare poſſe pro quoq̄: ſed vnum
quemq́ꝫ portare onus ſuum.

¶ Vide quod de capitulo Quod
precipitur dicam poſt finem capi
tulorum.

¶ xiiij. queſt. tercia ſuper Eze
chielem. libro ſexto. adde cap̄. deci
mooctauo.

¶ Putant quidam vſuras tantū
eſſe in pecunia. quod prouidens
diuina ſcriptura: omnis rei aufert
ſuperabundantiam: vt plus non
recipias q̄ dediſti.

¶ Queſtione quinta ſuper Le
uiticum. adde quinto cap̄. in fine.
Sunt autem hec verba in tranſla
tione Origenis. de qua dixi in prin
cipio huius partis.

¶ Multi ſine. Nota. diſcant pecca
tum ſimile eſſe rapine. ſi quis inuē
ta non reddat.

¶ Item. corrige. Auguſtinus
de bono coniugali circa medium.

¶ Neq́ꝫ enim. Nota. Nec tyranni
ce factionis peruerſitas laudabi
lis erit. ſi regia clementia tyran
nos ſubditos tractet. nec vitupere
tur ordo regie poteſtatis ſi rex cru
delitate tyrannica ſeuiat.

¶ Queſtione ſexta ad Tytum
adde ij. capitulo.

¶ Furtum autem non ſolum in
maioribus: ſed etiam in minori
bus iudicatur. non enim quod fur
to ablatum eſt: ſed mens furātis
attenditur.

¶ Decimaquinta q̄ueſt. pri
ma Idem.

¶ Si quis non iratus: ſed prop
ter diſciplinam tantum alicui de
derit palmam: vel etiam caſu

occiderit ſicut ſolet fieri: quantum ad gratiā innocens eſt que voluntatem non opus requirit: quantū ad legem reus eſt: quia operam querit.

¶ xvi. queſt. prima ad ripariū ⁊ deſiderium. adde contra vigilancium in fine.

¶ Monachus non doctoris ſꝫ plangentis habet officium: qui ſe vel mundum lugeat: ⁊ domini pauidus preſtoletur aduentum.

¶ Ad paulinum adde de inſtitutione clerici vel monachi.

¶ Si cupis. Nota. Non multum diſtat in vicio decipere poſſe vel decipi chriſtianum quem ſenſeris ſē per aut crebro de nummis loquentem: inſtitorem habeto potius ꝙ̄ monachum.

¶ Ad Eliodorum.

¶ Alia cauſa eſt monachi alia clerici. clerici oues paſcūt: ego paſcor.

Ad Ruſticum.

¶ Eccleſia habet ſenatum cetum preſbiterorum: ſine quorum conſilio monachis nil agere licet.

¶ Ad eundem.

¶ Sic viue. Nota Multo tempore diſce que poſtea doceas: ⁊ imitet bonos ſemper ſectare meliores.

¶ Ad eundem.

¶ Si clericatus. Nota Ne ſcis miles anteꝙ̄ tyro. ne pri⁹ magiſter ꝙ̄ diſcipulus. mihi placet vt habeas ſanctorum contuberniū. nec ipſe te doceas. nec ſine doctore ingrediaris viam quam nunquam ingreſſus es.

¶ Super Malachiam. adde vltimo capitulo.

¶ Reuertimini ad me Nota. ſi quis doctus ⁊ eruditus lege domini poteſt alios erudire: non debet ſue aſſignare potentie ingenioqꝫ quod poſſidet. ſed gratias agat primū deo. deinde ſacerdotibus eius ac miniſtris a quibus doctus eſt. ſi enim gratias non egerit ſed ſcientiam ſibi vendicauerit: in penuria maledicetur.

¶ Idem. adde ſuper epiſtola ad Tytum in fine.

¶ Apoſtolicis viris ⁊ euangelizatoribus chriſti: in neceſſarijs vſibus nolle tribuere ſeipſum condemnare eſt.

¶ Ad damaſum ſupra. xi.

¶ Quoniam quicquid habent clerici pauperum eſt. et domus illorum omnibus debet eſſe communis: ſuſceptioni peregrinorum et hoſpitum inuigilare debent.

¶ xxvij. queſtione prima.

¶ Vouentibus vt ſupra. viceſimaſeptima diſtinctione.

¶ Viceſimaſecunda queſtione prima Hieronimus ſuper Hieremiam. hec vera ſuperſcriptio in libris antiquis. ⁊ vere hec ſunt verba Hieronimi libro primo ſuper Hieremiam. capitulo quarto. hec dixi. quia aliqui libri habēt idem. ſcilicet Auguſtinus ſuper Hieremiam. Item huic in textu continuatur infra. queſtione proxima. animaduertendum.

¶ Et iurabunt. Nota ꝙ iuramen-
tū pro confeſſione accipitur: ⁊ ad
condemnationem ydolorum per q̄
iurabat iſrahel.

¶ Super Matheum. libro pri
mo. adde c. finali.

¶ Conſidera. Nota. iurare permit
tebantur in deum: non ꝙ hoc recte
facerent: ſed ꝙ melius eſſet id deo
ꝙ demonijs exhibere.

¶ Idem.

¶ Habemus in lege. Nota Cauen
dum eſt periurium: non ſolum in
altari ſeu ſanctorum reliquijs: ſed
etiam cauendum eſt in communi
loquela.

¶ Queſtione ſecunda. ſuper
hieremiam. libro ſecundo. corri
ge: debet dicere ⁊ vt ſupra dixi in
proxima queſtione.

¶ Animaduertendum eſt. ꝙ iuſ
iurandum habet hos comites. ve
ritatem: iudicium atq; iuſticiam.
ſi iſta defuerint: nequaꝙ iuramē
tum ſed periurium.

¶ Idem: adde ſuper Galathas
libro primo. cap̄. ſecundo

¶ Vtilem ſimulationem. Nota.
Poſſunt homines quamuis iuſti
aliqua ſimulare pro tempore ob
ſuam aliorumq; ſalutem.

¶ Queſtione iiij. libro de natu
ra rerum.

¶ Tribus ſiquidem modis iura
menta diſſoluenda ſunt. ⁊c.

¶ Queſtione v. adde ſuper epi
ſtola ad ephesios. libro ij. in fine. ⁊
cap̄. iiij.

¶ Quotiens. Nota Conſideremus
quid loquamur. quia pro omni
verbo ocioſo reddituri ſumus rati
onem in die iudicij.

¶ xxiij. q. ij. ſuper ſophoniam.

¶ Si quis fortitudinē latroni vel
pirate eneruat ⁊ infirmos reddit:
prodeſt illis ſua infirmitas. Debi
litata enim membra quibus ma
le vtebantur: a malo opere ceſſa
bunt.

¶ Queſtione iiij. adde epiſtola
ad Galathas libro ſecūdo. ⁊ cap̄.
quarto. in fine.

¶ Qui ſcdm carnem. Nota. Vnus
pater bouem creauit ⁊ culicem: et
in vna domo. non ſolum eſſe volu
it vaſa aurea vel argentea: ſed lig
nea ⁊ fictilia.

¶ Queſtione quinta ſuper na
um. adde cap̄. primo.

¶ Quid ergo. Nota. Nephas eſt
dicere ꝙ ſcriptura mentiatur. ⁊ vi
de infra de penitē. diſtinct. iij. que
rat hic aliquis.

¶ Super Jonam. adde cap̄.
primo.

¶ Non eſt noſtrum mortem arri
pere: ſed illatam ab alijs libenter
accipere.

¶ Super hieremiam. adde li
bro quarto. ſuper cap̄. xxij. in prin
cipio.

¶ Regum eſt proprium facere iu
dicium atq; iuſticiam: ⁊ liberare
de manu calumniantium oppreſſos
⁊ peregrinos.

¶ Idem. adde ſuper epiſtola
ad Tytum. ſecundo capitulo. cir
ca finem.

¶ Si apud carnales dominos in minimis fideles fuerint: incipient eis apud dominum premia maiora committi. Ornat autem doctrinam dei: qui ea que conditioni ſue apta ſunt facit. et econtra confundit illam: cui conditio ſua diſplicet

¶ Super Iohelem. adde cap̄. ij. ad finem.

¶ Non ſolum. Nota. homines miniſtri et vltores ſunt ire dei in his qui malum operantur.

¶ Super yſaya. adde libro quinto. cap̄. xiij.

¶ Non eſt crudelis qui crudeles iugulat: ſed crudelis patientibus eſſe videtur.

¶ Super Ezechielem libro iij. adde cap̄. ix. in principio.

¶ Qui malos percutit in eo quod mali ſunt: et habet vaſa interfectionis vt occidat peſſimos: miniſter eſt domini.

¶ Super epiſtola ad Galath. libro iij.

¶ Iudex non eſt autor ſceleris homines vincendo. ſed in originali dicitur nequam homines.

¶ Super Hieremiam. adde quod eſt ſupra c. regum. inter quod eſt hoc capitulum.

¶ Homicidas ſacrilegos et venenficos punire: non eſt effuſio ſanguinis ſed legis miniſterium.

¶ Queſtione viij. ad riparium

¶ Legi ſyromaſten. Nota. non eſt crudelitas pro deo crimina punire ſed pietas.

¶ xxiiij. queſt. prima. ad Damaſum. adde in expoſitione fidei.

¶ Hec eſt fides. Nota. ſi hec confeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur. quicumque me culpare voluerit ſeipſum imperitum vel maliuolum vel non catholicum ſed hereticum comprobauerit.

¶ Idem. Tytulus falſus. quod capitulum eſt auguſtini libro. vij. de baptiſmo ante finem.

¶ Omnibus conſideratis: puto me non temere dicere aliquos ita eſſe in domo dei. vt ipſi etiam ſint domus dei. et de domo plures autoritates inducit.

¶ Idem. Iſtud etiam capitulum eſt Auguſtini. libro. ij. de baptiſmo ante medium.

¶ Et miror quomodo in iſtis duobus cap̄. fuerit ſic erratum: cum iſti veri tituli eſſent in illa antiquiori compilatione decreti. de quo dicam poſt finem capitulorum. vt ibi videri poſſet c. l. et lij. in libro vij.

¶ Non afferamus ſtateras doloſas vbi appendamus quod volumus pro arbitrio noſtro: dicentes hoc eſt graue. hoc leue. et infra. quaſi iam dubitat hoc ſceleratius commiſſum quod eſt grauius iudicatum.

¶ Ad damaſum papam ſupra prima.

¶ Quoniam vetus. Nota. Inde nunc anime mee cibum poſtulo. vnde chriſti veſtimenta ſuſcepi. et infra. pro facinoribus meis ad eam ſolitudinem commigraui: que ſyriam coniuncto barbarie fine

terminat. non poſſum ſanctum do-
mini tot interiacentibus ſpacijs a
ſanctimonia tua ſemper expetere
Ideoq; collegas tuos egiptios cō-
feſſores ſequor. ⁊ ſub onerarijs p
ua nauicula delitesco.

¶ Super Amos adde lib°. ij. cir
ca finem c. quinto

¶ Odi ⁊ proieci. Nota. deus nō ſa
crificiorum magnitudine: ſed offe
rentium merita cauſaſq; dijudicat
Unde vidua que in carbonem duo
minuta poſuerat omnibus a ſalua
tore prefertur.

¶ Queſt. iij. ſuper leuitico. adde
cap. xxiiij. ⁊ omeli. xiij. alias xiiij
Origenis per cum tranſlata

¶ Qui negligunt oris maledici cō
ſuetudinem reſecare: etiam ſi non
corde maledicunt: tamen immun
diciam labiorum ſcdm yſaye ver
bum ⁊ inquinamenta oris incur
runt.

¶ Idem. adde ibidem

¶ Si quis non recto. Nota inter
dum qui foris mittitur: intus eſt.
⁊ qui intus retineri videtur: ille fo
ris eſt.

¶ Super epiſtola ad titum. ad
de. iij. c. in principio.

¶ Si igitur michael. Nota mere
batur dyabolus maledictum ſed
per os archangeli blaſphemia exi
re non debuit.

¶ Super libro iudicum

¶ Cum ergo. Nota ſunt qui non
metu penarum ſed benedictionum
⁊ repromiſſionum deſiderio veni
unt ad ſalutem. ⁊ contrarium ſub
dit. ⁊c.

¶ Item adde ſuper epiſtola ad
galath. libro iij. c. v.

¶ Reſecande ſunt putride carnes
⁊ ſcabioſa a caulis pecus repellen
da eſt: ne tota domus maſſa corp9
⁊ pecora ardeat corrumpatur pu
treſcat ⁊ intereat.

¶ Super epiſtola ad Galath.
corrige ad Tytum circa finem. ⁊
ſic erat i antiqua compil. libro. vij
cap. lix.

¶ Inter hereſim ⁊ ſciſma hoc inter
eſſe arbitror: q̄ hereſis peruerſuz
dogma habet. ſciſma poſt epiſco
palem diſceſſionem ab eccleſia pa
riter ſeparat.

¶ Super epiſtola ad Gala
thas adde li. iij. c. quinto.

¶ Hereſis grece. Nota. Quicumq;
aliter ſcripturam intelligit q̄ ſen
ſus ſpiritusſancti flagitat a quo
ſcripta eſt: licet ab eccleſia non re
ceſſerit: hereticus appellari poteſt:
⁊ de carnis operibus eſt eligens
que peiora ſunt.

¶ Idem. adde ſuper oſee. li
bro ſecundo in principio. eſt pars
prima.

¶ Transferunt. Nota. Veteres
ſcrutans hiſtorias inuenire non
poſſum ſcidiſſe eccleſiam: ⁊ de do
mo dei populos ſeduxiſſe: preter
eos qui ſacerdotes a deo poſiti fue
rant: ⁊ prophete verterunt in la
queum tortuoſum: in omnibus lo
cis ponentes ſcandalum.

¶ xxvi. queſt. ſecunda. ſuper
Ionam. adde capitulo primo.
In antiqua dicebatur et male: ſu
per naum.

¶ Non ſtatim debemus ſub exem
plo Jone ſortibus credere: vel ali
ud de actibus apoſtolorum huic
teſtimonio copulare.

¶ Idem.

¶ Sed et illud. Nota per vnum
membrum macula in omne corp⁹
diffunditur.

¶ xxvij. q. ij.

¶ Addit aliud. Nota. dū mortua
vxor fuerit cuiuſlibet: licet illi acci
pe aliā: ſed non repudiatam nec
deſponſatam viro ſed liberam.

¶ Super abdiam.

¶ Qua propter. Nota. Coniugia
ſponſali conuentione inciantur. et
commixtione corporum pficiunt

¶ Super matheum adde c. v.

¶ Genuit ioſeph. Nota ſponſas
vxores appellari plenius liber ad
uerſus eluidium docet.

¶ Super geneſim adde li. he
brai. queſtio. paulo ante mediū
cap. ix.

¶ Egreſſus itaq̧. Nota ſcriptura
ſponſos generos loth vocat

¶ xxviij. q. ij. ſuper epiſtola ad
thimotheum:

¶ Oportet epiſcopum. idem quod
ſupra. xxvi. di. vnius.

¶ xxxi. q. prima de virginibus
pmmo libro ꝙ contra Jouinianū
nec habemus illius nominis librū
per Hieronimū. ſed per Ambro
ſium bene et per Auguſtinum. licz
de virginitate ſcripſerit ad diuer
ſos. habetur etiam hoc principiū
ad pammachiū in apologetico

¶ Quomodo virginibus. Nota
Tollerabilius eſt vni homini pro
ſtituiſſe ꝙ multis.

¶ Ad pammachium adde apo
logeticum.

¶ Aperiant queſo aures obtrecta
tores mei: et videant me ſecundas
et tercias nupcias in domino con
ceſſiſſe. non damno bigamos: ym
mo nec trigamos: et ſi dici poteſt
octogamos. vide ſupra ad Agge
ruciam. ec.

¶ xxxij. q. prima. adde ſup Ma
theum libro. iij. c. ix.

¶ Dixit dominus. Nota ſola forni
catio eſt que vxoris vincit affectū

¶ Sup epiſtola ad corintheos

¶ In coniugio quis poſitus que
cunq̧ peccata fecerit non infuſcat
propriam coniugem.

¶ Super oſee. libro primo ad
de in principio.

¶ Non eſt culpandus Oſee pro
pheta: ſi meretricem quam duxit
ad pudiciciam conuertit: ſed poti
us laudandus: quia ex mala bo
nam fecit.

queſt. ſecunda. adde ſuper
epiſtola ad ephe ſios. libro tercio
quinto cap.

¶ Sicut non omnis. Nota matri
monium quod non ſcdm chriſti
precepta coniungitur rite. coniu
gium appellari non poteſt: ſed ma
gis adulterium.

¶ Super Matheum.

¶ Connubia. Nota ſunt plura in
quibus ſufficit ſola vis humana
neq̧ res indiget neq̧ decet adeſſe
preſentiam ſpiritusſancti.

¶ Ad Algaſiam adde queſt.
tercia.

Sicut. Nota femina paulatim formantur in vtero nec reputatur homicidium donec elementa cõfecta ſuas ymagines membraq; ſuſcipiant.

q. iiii. adde cõtra Iouinianũ. li. ij. post prin.

¶ Ad exemplũ qd ponit ſeneca de coniugibus. quorum alter potionem non ſumebat niſi alterius labijs prius tactam. Origo quidem honeſta erat amoris ſed magnitudo deformis. Nihil autẽ intereſt ex qua honeſta cauſa qs inſaniat. et c. Imitẽtur viri ſaltẽ pecudes poſtq̃ venter intumuerit. nec pdant filios nec amatorẽs ſe vxoribus prebeant ſed maritos.

¶ Idem contra iouinianũ li. ij. p9 prin.

¶ Quid ignoret. No. ſeruiuit abraham legi et tpi ſuo. ſeruiamus legi et tempori noſtro.

¶ Itẽ adde ſup Galath. li. iij. c. v.

¶ In eo fornicator. Nota ſũt crimina que et nominare turpiſſimum ẽ. ne et dicentis os et aures audientiũ polluantur.

¶ Idem adde ſuper epiſtolã ad ephesios. li. iij. c. v.

¶ Liberorũ vt diximus in matrimonio cõceſſa ſunt opa. voluptates ãt que de meretricũ capiuntur amplexibus in vxore dãnate ſũt.

¶ q. v. c. reuera attribuitur ambroſio qd fuit etiam Hieronimi.

¶ Vide ſ cõtra ſuſãnam fieri non pt vt niſi qs prius mechetur i corde mechari poſſit in corpe

¶ Sup lucam et corrige ſup matheũ et eſt in fine. xi. capli.

¶ Finge in pſecucõe aliquam virginem pſtitutam apud euangelium. qr voluntate nõ peccat virgo ſuſcipitur in lege quaſi corrupta ẽ pudiatur.

¶ Libro hebraicorũ qſtionum adde geneſ. et ẽ hoc ſup. xiij. c.

¶ Corpus mulierum non vis maculat ſed volũtas.

¶ Ad Euſtochium.

¶ Si paulus. Nota audacter dicã et c. vide ſup. iij. vbi i dyalogo. Itẽ perit et mente vgimitas. et c. Rectius fuerat hoiem ſubijſſe coniugiũ et ãbulare p plana q̃ ad dulciora tẽdentẽ in pfundum inferni cadere

¶ Ad occeanũ de morte fabiole

¶ Precepit dominus. Nota quicquid iuris precipitur hoc conſeqnter redundat ad feminas.

¶ Idem adde ibidem et quomodo continuatur vide ſupra eadem epiſtola.

¶ Apud nos quod non licet feminis eque non licet viris et eadem ſuicijs pari conditione cẽſet

¶ q. vij. ad amandum preſbiterum adde et corrupta eſt ſuper ſcriptio que habet ad damaſũ.

¶ Omnes cauſationes. Nota apoſtoli grauem coniugij ſarcinam intelligentes ſi ita eſt inquiunt. non expedit hominum vxorem accipere.

¶ De penitentia diſtin ij. ſuper pſayam.

Omnis iniquitas et oppreſſio et

iniuſticia iudicium ſanguinis eſt:
⁊ licet gladio non occidas volũta
te tamen interficis.

¶ Super exodum adde c. xviij.
⁊ eſt hoc in xi. omel. origenis per
Hieronimũ tranſlata

¶ Et venit inquit Nota. Omnia q̃
ſancti faciũt in conſpectu dei faciũt.
⁊ infra. ⁊ pleniorem dei acciperũt
⁊ plenius imbuti ſunt diſciplinis.

¶ Ad damaſũ ẽ ſecunda.

¶ Importuna Nota deus qui nul
lius intra ſe ſupari viribus poteſt
publicani p̃cib⁹ vincitur

¶ Super malachiã corrigẽ ſu
per iohelem v c.

¶ Qui ſanctus. Nota. qui peccator
eſt dormiat in ſacco vt preteritas
delicias in vite auſteritate compẽ
ſet.

¶ Super Amos adde li. iij. ad fi
nem ⁊ c. vltimo.

¶ Si agamus penitentiam ipſum
quoq; penitebit ſẽtẽtie ſue.

¶ Super danielem adde. iiij. c.

¶ Quamobrem. Nota deus homi
nibus non iraſcitur ſed vicijs que
cum in homine non fuerint nequa
q̃ punit quod mutatum eſt. Item
cum beatus daniel ⁊c̃. vide ſupra
eodem.

¶ Idem.

¶ Vide benigni. Nota quanto tẽ
pore te erraſſe noſti ⁊ quanto tem
pore deliquiſti: tanto tempore hu
milia teipſũ deo ⁊ ſatiſfacito ei ĩ cõ
feſſione penitentie

¶ Idem adde ſuper epiſtola ad
ephesios li. iij. c. v.

¶ Eccleſia chriſti eſt Nota qui pec
cator eſt aliqua ſorde maculatus.
de eccleſia chriſti non poteſt appel
lari nec xp̃o ſubiectus dici.

¶ Idem ſuper Amos lib. primo
adde poſt principiũ

¶ Super tribus. Nota. primũ
peccatum eſt cogitaſſe que mala
ſunt. Secundum cogitationib⁹ ac
quieuiſſe peruerſis. Tercium quod
mente decreuerit operibus exple
uiſſe. Quartum poſt peccatum non
agere penitentiam ⁊ ſua ſibi placẽ
re delicta.

¶ Idem adde ad pamachium
⁊ occeanum de libris origenis

¶ Secunda poſt naufragium ta
bula eſt culpam ſimpliciter confi
teri. Errauimus. iuuenes emende
mus ſenes coniungamus gemit⁹
⁊ lacrimas copulem⁹.

¶ Idem.

¶ Quia d'uinitatis. Nota. ſi quis
poſt lapſum peccatorum ad veraz
penitentiam ſe conuertit: cito a mi
ſericordie iudice veniam impetra
bit.

¶ Super Malachiam corrigẽ
ſuper oſee libro iij. ⁊ ſecũdo. c.

¶ Ne forte. Nota quod facit bap
tiſma hoc faciat penitẽtia.

¶ Idem adde ſuper danielem.
li. ij. c. ix.

¶ Predixerat. Nota in cinere ⁊ ſac
co poſtulabat impleri quod pro
miſerat dominus: non q̃ eſſet icre
dulus futurorum ſed ne ſecuritas
negligentiam ⁊ negligentia pare
ret offenſam.

¶ Idem.
¶ Menſuram. Nota Apud deum
non tam valet menſura temporis
q̄ʒ doloris. nec abſtinentia tantuʒ
ciborum q̄ʒ mortificatio viciorum.
¶ Diſtinct. ſecunda.
¶ Non eſt mirum. alias ſ. adde. et
credo q̄ ſit. p. quia poſt cap. primū
ſuper tribus ibi. inuenio Hieroni
mum hoc dixiſſe. et ſic iacet. ſi in v̄
tute gradus eſſe dicuntur: quan
do videlicet et peccati gradus ita e
uidentur monſtrantur.
¶ Contra Iouinianum. adde li
bro ſecundo in principio.
¶ Si enim inquit in fine docuimꝰ
q̄ excepto deo omnis creatura ſub
vicio ſit. non q̄ vniuerſi peccaue
rint; ſed q̄ peccare poſſunt: et ſimi
lium ruina ſtantium metus ſit.
¶ Diſtinct. iij. ad Ruſticum de
penitentia.
¶ Septies in die cadit iuſtus. ſi
cadit: quomodo iuſtus. ſi iuſtus
quomodo cadit? ſed iuſti vocabu
lum non amittit: quia per peniten
tiam ſemper reſurgit.
¶ Ibidem.
¶ Totam penitentiam. Nota Ma
gnum peccatum magna indiget
miſericordia. et infra. Concluſit e
nim deus omnia ſub peccato vt ō
nibus miſereatur.
¶ Ad eundem.
¶ Achab rex. Nota Vnum ʒelus
Achab et Ieſabel commiſerunt. et
tamen conuerſo achab ad peni
tentiam pena differtur in poſteros
et Ieſabel in ſcelere perſeuerans:
preſenti iudicio condemnatur.
¶ Super Ionā. adde in princi
pio.
¶ Sicut ait. Nota. Niniue ex peni
tencia veniam meruit; ſed quia ad
vomitum rediit ex. dei ira ſubmer
ſa fuit.
¶ Super naum.
¶ Naum prophetam. idem quod
ſupra proximum.
¶ Super Matheum. adde libro
quarto. capitulo. xxvij. in princi
pio.
¶ Nihil Iude. Nota. ſi permanent
opera: fruſtra voce aſſumitur pe
nitentia.
¶ ſuper naum. adde capitulo
ſecundo.
¶ Querat hic aliquis. Nota. Ma
gnum peccatum magniſq; diutur
nis cruciatibus luitur. et infra.
Culpa leuis preſenti ſupplicio cō
penſata ſit.
¶ ſuper Aggeum. adde capitu
lo primo.
¶ ſi quando videtis. Nota. Non
eſt tam iniuſtus deus: vt per mul
ta mala obliuiſcatur paucorum bo
norum.
¶ diſtinct. quarta. adde ſuper
Oſee. libro ſecundo. cap. vij.
¶ Cum ita. Nota. Mala eorum ſi
cut putant me latere non poſſunt.
aperta enim ſunt coram facie mea
que clare videt omnia.
¶ Idem. adde ibidem.
¶ Heretici non poſſunt. Nota. Et
cum deo celare ſe putant; oculos
eius vitare non poſſunt. quia vul

tus domini super facientes mala.
xxxiii. quest. quarta in quo
dam sermone.
¶ Sciatis fratres. Nota. Tempo
re quo agni carnes manducaturi
sumus: a carnalibus operibus ab
stinere debemus.
¶ Questione quinta. adde con
tra Jouinianum libro primo.
¶ Tunc saluabitur mulier: si il
los genuerit filios qui virgines p
mansuri sint. si quod ipsa perdidit
adquirat in liberis.
¶ Idem adde ibidem.
¶ Hec solum. Nota. sicut absq; ce
teris operibus virginitas sola nō
sufficit: sic omnia opera absq; vir
ginitate puritate continencia et ca
stitate imperfecta sunt.
¶ Idem adde ibidem.
¶ Qui sitit. Nota. Si castrati merce
dem habent regni celorum. ergo
qui se non castrauerunt locum nō
possunt accipere castratorum.
¶ Super epistola ad Tytum.
adde secundo capitulo.
¶ Cum caput. Nota. Etiam genti
les femine seruiunt viris suis com
muni lege nature.
¶ xxxiiii. questione secūda ad
Amandum.
¶ Non satis. Nota. Ne peccare fa
cias terram quam dominus deus
tuus tradidit tibi possidendam.
¶ Tricesimasexta questione se
cunda.
¶ Tria legittima. ponit legiti
mum coniugium cum raptore.
¶ De conse. distinc. secunda. su

per epistola ad ephesios. adde ca
pitulo primo.
¶ Dupliciter inquit intelligitur
caro christi et sanguis etc. scilicet
que conficitur in altari: et crucifixa.
et sequitur infra proximo.
¶ Super Leuitico.
¶ De hac quidem hostia que in
christi commemorationem mira
biliter fit: edere licet. de illa vero
quam christus in ara crucis obtu
lit secundum se nulli edere licet.
¶ In sermone quinte dominice
post epiphaniam.
¶ Singuli autem accipiunt chri
stum dominum: et in singulis por
tionibus totus est: nec per singu
los minuitur: sed integrum se pre
bet in singulis.
¶ Ad Elbidiam. adde quest. se
cunda.
¶ Nec Moyses dedit nobis pa
nem verum: sed dominus ihesus.
ipse conuiua et conuiuium. ipse co
medens et qui comeditur.
¶ Super Matheum adde libro
quarto. capitulo vicesimosexto.
¶ Accipite et comedite. Nota. Assu
mit panem qui confortat cor ho
minis: et ad verum pasche transit
sacramentum: faciens in veritate:
quod melchisedech fecit in figura
¶ Libro de membris domini.
adde. alias de essencia deitatis. et
vide supra in principio huius quar
te partis.
¶ Sacerdos. Nota. Ipse sit sacer
dos qui est sacrificium.
¶ Distinctio quarta. super

epiſtola ad philippẽſes· libro ſecundo·

¶ Eodem modo· Nota Ter mergimur: vt trinitatis vnum appareat ſacramentum·

¶ Diſtinctio quinta

¶ Non dico ebdomadas· non dico ieiunia duplicata: ſed ſaltez ſingulos dies abſq; ciborum luxuria tranſeamus·

¶ Idem· adde ad Euſtochium·

¶ Sint tibi quotidiana ieiunia ⁊ refectio ſacietatem fugiens· nihil eniz prodeſt tibi biduo vel triduo vacuum portare ventrem ſi pariter obſtruatur·

¶ Idem·

¶ Sint tibi ieiunia· Nota Ieiunium curat vulnera delinquentis: curatos q; ſanctificat·

¶ Idem·

¶ Non mediocriter errat: qui magno bono prefert bonum mediocre· ⁊ infra· Nunquid verborum multitudine flecti deus vel homo poteſt· Melior eſt quinq; pſalmorum cantatio cum cordis puritate ac ſerenitate ⁊ ſpirituali hilaritate: q̃ totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis atq; triſticia

¶ Idem· adde ſuper Oſee· libro ſecundo· ⁊ ſeptimo capitulo·

¶ Quicquid neceſſitate fit cito ſoluitur· quod voluntate arripitur perſeuerat·

¶ Idem· adde contra Iouinianum libro ſecundo·

¶ Ne tales· Nota· Non auide deuoratur· q; irritamenta gule non habẽt: ⁊ leuiori digeſtione decoquitur· ⁊ infra· non poteſt in eodem ſtatu corporum natura manere·

¶ Idem ad de ibidem·

¶ Legimus quoſdam morbos articulari ⁊ podagre humoribus laborantes: proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam ⁊ pauperes cibos redactos: conualuiſſe

¶ Ad Ruſticum monachum·

¶ Nunq̃ de manu aut oculis tuis liber pſalterij diſcedat· ⁊ infra· Ira z vince pacientia· ama ſcientiam ſcripturarum: ⁊ carnis vicia non amabis· fac aliquid operis: vt dyabolus inueniat te occupatum· ſcribãtur ⁊ libri: vt ⁊ manus operetur cibos: ⁊ anima lectione ſaturetur·

Vltra predicta ſciendum· q; ſunt in decretis quedam capitula Hieronimi per errorem alteri attributa: patet exemplum· ix diſtinct· vt veterum· quod in epiſtolis Auguſtini ad Hieronimuz non inueni· de illis loquar quas vidi· ſed ad litteram fuit Hieronimi ad Lucinum· Puto autem q; error proceſſerit ex denominatione Hieronimi que fit in ſuperſcriptione capituli precedentis· textus autem ſic iacet· Vt veterum librorum fides de hebreis voluminibus examinanda eſt: Ita nouorum greci ſermonis normam deſiderat·

¶ Item· cap̃· cum exaudiero· quinquageſima diſtinct· quod hic et in antiqua compilatione attribuitur Auguſtino· ad litteram fuit

Hieronimi ſuper Micheam. libro
primo ſuper tercio capitulo. ibi re
pletus ſum fortitudine ſpiritus do
mini. &c. & ſic dicit.

¶ Cū exaudiero eos &c. Nota. Ani
maduerte in preſenti loco poſſe do
cere aliquem poſt peccatum: ſi ta
men vicia priſtina digna peniten
tia eluerit.

¶ Vt coniungam que de Grego
rio ſuꝫ dicturus premitto c. Abſit
xi. queſt. tercia. quod attribuitur
anteros pape. qui alias dicitur ā
terues. & grecus fuit vt in croni
cis. ꝙ eius non fuerit dicere non
audeo: quia preceſſit Hieronimuꝫ
vltra centum annos: ſed ſcio ꝙ ad
litteram eſt hieronimi ad heliodo
rum: in quo ſic dicitur.

¶ Abſit vt quicꝙ̄ ſiniſtri de his
arbitremur: qui apoſtolico gra
dui ſuccedentes chriſti corpus ſa
cro ore cōficiunt. per quos nos chri
ſtiani ſumus. qui claues regni ce
lorum habentes: ante iudicij dieꝫ
iudicant. Hic ſtatim interponitur
cap̄. alia. xvi. queſt. prima. poſt
quod continuatur quod hic ſequi
tur in canone. per hoc patet hec ver
ba plus hieronimo ꝙ̄ pape con
gruere.

¶ Potentior autem eſt error. vij.
queſt. prima in apibus. quod at
tribuitur Gregorio ad Ruſticum
monachum. cum certum ſit Hie
ronimum illa verba ſcripſiſſe: nec
vſꝙ̄ auditum alias ꝙ gregorius
aliquid ad eum ſcripſerit. & certuꝫ
eſt: ꝙ nec ſcribere potuiſſet ad pri
us mortuum forte per annos ducē
tos. vt infra dicam. & verba ſunt
hec.

¶ In apibus vnus eſt princeps.
Nota. Roma vt condita eſt duos
fratres ſimul reges habere non
potuit & parricidio dedicatur. In
Rebecce vtero Eſau & Jacob bella
geſſerunt.

¶ Et idem dico de cap̄. xiiij. diſtin.
prima. quod precipitur. quod eti
am attribuitur Gregorio ad Joui
nianum. cum nuſꝙ̄ relatum ſit ꝙ
Gregorius ſcripſerit contra illum
Ad illum autem ſcribere non potu
iſſet. fuit autem Hieronimi in lib°
primo. & ſic etiam intitulatum vi
di in illa antiquiori compilatione
decreti: que diuidebatur in. vij. li
bros. in qua bis poſitum erat illd
cap̄lm. ſ. libro. i. cap̄. xxxiij. & ſecūdo
lib. c. xiiij. in fine. & in eo ſic dicitur.
Quod precipitur imperatur. quod
imperatur neceſſe eſt fieri. & ſi non ſi
at: penam habet. vbi conſiliuꝫ da
tur: offerentis arbitrium eſt. vbi
preceptum: neceſſitas ſeruientis.

Et per hoc vide quomodo error
errorem ſequitur. Nam in decret.
de ver. ſig. in his: hoc dictum attri
buitur gregorio. Et licet gregorius
idem verbum dicere potuiſſet: non
tamen in illo libro & ad illum: vt
predixi. per quod clare patet er
ror. Item poſito ꝙ id alio libro di
xiſſet: prius tamen forte per ducē
tos annos per hieronimum illud
fuerat ibi dictum. quod collige ex
his que dixi in principio huius operis.

¶ Secundo ſciendum . ꝙ quan
doqꝫ textus canonum allegāt hie
ronimuȝ vel eius dicta. patet pri
mum. xxxvij. diſtin. legimus. ſecū
dum. xxxiiij. diſtin. cap̄. primo. xv
q. vlti. cap̄. vltimo. ibi dicente bea
to hieronimo ad credenduȝ omni
anime baptiſmum eſſe perfectum.
Item. xxvi. q. ij. non exemplo ibi
¶ Quia priuilegia ſingulorum vt
Hieronimus ait: cōmunem legē
omnino facere non poſſunt. Illud
autem dicit ſuper Jonam: vt dicit
gracianus. xxv. q. prima ꝰ. vltimo
ad finem ponens etiam illa verba
⁊ coniungunt. cap̄. non ſtatiȝ. e. q.

¶ Tercio ſciendum ꝙ licet in cō
pilatione decretalium aliqua capi
tula Hieronimi habeamus. de qui
bus ſupra. conditores tamē decre
talium inſertarum ibidem tantum
hieronimū bis allegarunt. ſcilicet
de his qui fiunt a prelato. cuȝ apo
ſtolica. ⁊ de ſepul. certificari.

¶ Quarto ſciendum. ꝙ gracia
nꝰ in ſuis pagraphis voluminis
decretorum quādoqꝫ attribuit hie
ronimo ipſius verba que inducit
⁊ quandoqꝫ illis vt ꝓpriis vtitur.
⁊ patet primum. xxv. diſt. ꝰ. nunc
autem. vbi inducit verba ipſius
de epiſtola ad oceanum de verbo
vnius vxoris virum ducentis.
¶ Quod eſſe irreprehenſibile ⁊ eſſe ſi
ne crimine idem ſonat. Item ꝙ eſſe
pene contra naturam eſt quem eē
ſine crimine. ſed talis eligatur cu
ius compatione ceteri grex dicant
¶ Idem xli. diſ. ꝰ. primo ibi
¶ Vnde ait hieronimus. nec affe
ctate ſordes nec exquiſite delicie lau
dem pariunt.
¶ Idem xlij. diſt. ꝰ. primo ibi.
¶ Quomodo etiaȝ ſc̄m hieronimū
aliena rapere conuincitur qui vltra
neceſſaria ſibi retinere conatur.
¶ Idem xliij. diſ. ꝰ. primo ibi.
¶ Quia hieronimus ait Innocēs
abſqꝫ ſermone conuerſatio quantum
exemplo prodeſt: tantum ſilentio
nocet Nam latratu canum ⁊ bacu
lo paſtoruȝ lupi ſunt arcendi. ha
betur hoc in epiſtola ad oceanuȝ
de verbo vnius vxoris viri ducētis
¶ Idem. xliiij. diſ. ꝰ. primo ibi.
¶ Vnde hieronimus ait. tibi o ſa
cerdos viuere de altari: non luxuri
ari permittitur. Eſt hoc ſuper Miche
am libro v. circa finem.
¶ Idem xlvij. diſtinct. neceſſe in
fine ibi.
¶ Vnde hieronimus. non pollui
tur iuſtus ex viciis filiorum: ſed
libertas ex apoſtolo eccleſie princi
pi reſeruatur. vt talis fiat qui non
timeat per vicia liberorum extra
neos reprehendere. Et ſunt hec ver
ba ſuper epiſtola ad Tytum pri
mo capitulo.
¶ Idem prima. q. prima. ꝰ. ex his
in fine ibi.
¶ Hieronimus in Ozeē. ſacrificia
eorum panem luctus vocat: quantū
ad ſe non quantū ad effectū. quod
oſtēdit ſubiungens. quicūqꝫ come
derint ex eo cōtaminabunt.

¶ Idem· ſecunda queſtione ſepti
ma ·§· de his circa finem ibi·

¶ Hinc eſt quod Hieronimus ait ſu
per Marcum· ſcilicet xiiij· capitulo·
ſciſſio veſtis ſciſſionem ſignificat
ſacerdotis: quod in proximo ſcin
dendum erat et auferendum iudeis
et idem ſuper Matheum·xxvi·

¶ Et·§· Ite cum balaam in fine ibi·
¶ Hieronimus refert in libro vi
rorum illuſtrium· quod Damaſus pa
pa a ſubditis de adulterio accuſa
tus: cum xlij· epiſcopis ſe purga
uit·

¶ Idem·xvi·queſt·prima·§· ſuperi
ori in fine ibi·

¶ Idem etiam Hieronimus mo
nachos ſythy fertur conueniſſe in
vnum: vt ſacerdotem ſibi inueni
rent qui eis miſſarum ſolemnia ce
lebraret·

¶ Idem·xxvij·queſt·ſecunda·§· ec
ce ibi·

¶ Vt refert Hieronimus· Macha
rius precipuus inter chriſti here
mitas poſt celebrata nupciarum
conuiuia: cum veſpere thalamum
eſſet ingreſſurus: ex vrbe egredi
ens tranſmarina petijt: et heremi
ſolitudinem ſibi elegit·

¶ Idem ſubdit de allexio·
¶ Idem·viceſimaoctaua queſti·
prima·§· ex his vltra medium ibi·

¶ Iuxta illud Hieronimi· virtuti
bus romani promeruerunt impe
rium·

¶ Idem· de peniten· diſtinct· ſecun
da·§· vltimo ibi·

¶ Hieronimus contra Iouinia
num· quod vide ſupra eadem diſt·
ſi enim·

¶ Idem diſtinct· tercia·§· hac au
toritate·ibi·

¶ Renatus non aqua tantum ſed
aqua et ſpiritu· ſicut Hieronimus
contra Iouinianum ſcribit· Et·§· au
toritas in principio·ibi·

¶ Quamquam illos ſuper naum dicat
Hieronimus temporaliter a deo
punitos ne eternaliter punirent·

¶ Secundum· ſcilicet· quod verbis
Hieronimi Gracianus vtitur vt
propriis·patet·xxxv·diſtinct·§· pri
mo· Nam in epiſtola ad Oceanum
dixit hieronimus quod ibi habe
tur in verſu miniſtri· et quod ſequi
tur· Venter mero eſtuans facile
diſpumat in libidinem· vnde Noe
ebrietate nudauit femora· Loth
quem zodoma non vicit: vina vi
cerunt·

¶ Idem.xxxvi· diſtinct·§· primo·
cuius prin· in eadem epiſtola fue
runt verba hieronimi·

¶ Item· xlv· diſtinct·§· primo· Il
lud enim verbum: ſequatur eum
qui dorſum poſuit ad flagella: fuit
hieronimi in eadem epiſtola·

¶ Idem et eiuſdem epiſtole·xlvi·
diſtinct·§· ibi· Nil impudentius ar
rogantia ruſticorum qui garruli
tatem autoritatem putant· et pa
rati ad lites in ſubiectos tumide in
tonant·

¶ Idem·xlviij· diſtinct·§· primo
qui totus·dempto vero·cauſa: ſump
tus eſt de verbis hieronimi in pri
ma epiſtola·

Et cum alano
libro de planctu nature ſti
lum frenando concludam: cauſaȝ
dante quod ſcripſi in prohemio no
uelle in fine. fateor communiter
humanis correctionis limam ne
ceſſariam vt emendet. indecorum
decoret. obſcurum clarificet. ĉtracā
tidat qȝ ſuperfluum. ⁊ quod potiſ
ſime huic fabrice competit comple
at diminutum. vt inlimatuȝ reuer
tatur ad limam. impolitum redu
catur ad fabricam. inartificioſum
referatur artifici. male tortum red
datur iudici. Cuȝ ipſo tamen atte
ſtor ꝙ inanis glorie vel ſuperbie
tumor intus eſtuans vt exiret in
publicum me huius operis non
coegit ad fabricam: nec popularis
fauoris applauſus me īuitauit ad
operam. Cuius ventoſitatis fune
ſta contagio ſepe cogit ruinoſe de
ſcendere eum quem ſuper ſe īſoller
ter extollit. Sed ſoluȝ hec pinxi vt
iuxta ſupra deſcripta in prime par
te extremis: venerationem glorio
ſi doctoris quam taciturnitatis
nubis obduxerat patentando per
vere narrationis formam perpe
tuam monetatem in lucem: ⁊ tena
cis memorie clauo noticie poſtero
rum affigerem. ⁊ hoc ſuperne ma
ieſtatis dextera dexteram meaȝ di
rigente: ſine qua fragilis calami
tenuitas nil poſſet figurare ſuaue
Nec ego nature ſubiectus id poſſeȝ
cuius impotens eſt natura. que de
ſe ſic loquitur Alano teſtāte. ego
operans operantis dei veſtigijs
expreſſe inherere non poſſum: ſed
a longe qua ſuſpirans operāteȝ
reſpicio. cuius eſt operatio multi
plex. eius opus mirabile: meum
mutabile. Jlle innaſcibilis: ego na
ta. Jlle faciens: ego facta. Jlle mei
opifex operis: ego opus opificis.
Jlle operatur ex nihilo: ego mendi
co opus ex aliquo. Jlle ſuo opera
tur numine: ego illius operor
ſub nomine. Jlle rem ſolo nutu iu
bet exiſtere: mea vero opatio opa
tionis eſt nota diuine. Et vt reſpe
ctu diuine potentie meam potenti
am impotentiam eſſe ꝯgnoſcas. ſci
as meum effectum eſſe defectum:
meumqȝ vigorem vilitatem eſſe ꝑ
pendas. Hec de alano. Cuius adhuc
clipeo loricatus: ſi ob huius opis
fabricam et defectus ꝑ ipſius de
trectatores liuoris aculeo euocer
ad tribunal. teſtatione premiſſa:
ꝙ tenuis humane racōnis igniculus
ac ingenij ⁊ intellectus eſuries
nequeunt quid perfectuȝ attingē
re: dabo cum vocis moderatione re
ſponſum. ꝙ ſi figmenta que artis
poetice depinxit induſtria: licet ſi
ne palliationis remedio nudam
proſtituant falſitatem: detractato
res ipſi vna cum vniuerſo recipi
unt. eo ꝙ per exemplorum ymagines
ſigillāt hoim aīos ī incude mo
rigeracōis honeſte nec notāt ꝙ in
trē ſupficie falſū ſonuȝ poetica fictō
Exterioris falſitatis abiecto pu
tamie nucleū ſecrete veritatis intus
inueniunt: ⁊ ꝑ id ſecretuȝ altioris

intelligentie conſequuntur. Eo fortius ſtructuram hanc debent amplecti. In qua de glorioſo Hieronimo littera et ſenſus ſimul conſiderate conueniunt. vt mores informent. vicia extirpent. virtutes inſerant. ſenſualitatem rationi ſubijciant. deuotionem augeant. Et ex his ſalutem propinent eternam quam ſola ratio prioris vite promittit. vt ſupra in expoſitione ſymboli E. teſtatur ipſe glorioſus Hieronimus. etc.

Accipe Hieronimum non ex doctoribus ymum.
Nec minus minimum: ſed lingue munere primum.

¶ Explicit Hieronomymianus dñi Johãnis andree. decretorum doctoris famoſiſſimi. in deuotiõe glorioſi Hieronimi ſingulariſſimi. in euiſdem laudem editus. In quo Hieronimi vitam: facta: dicta: atque prodigia: vltra huius vite mortales perſcrutatus eſt. Cõſummatus anno dñi. M. ccc. lxxxij. nona die Auguſti.

¶ Extitit autem publicatum hoc opus anno domini. M. ccc. xlvi. paulo ante obitum Johannis andree Qui obijt anno dñi. M. ccc. xlviij. vij. die Julij.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA
Inc 126